(c) 2007 Ministerio de Cultura

(c) 2007 Ministerio de Cultura

(c) 2007 Ministerio de Cultura

(c) 2007 Ministerio de Cultura

(c) 2007 Ministerio de Cultura

(c) 2007 Ministerio de Cultura

Titulum falta.

(Miscella Antoniimariae Visdomini.)

(c) 2007 Ministerio de Cultura

Num. 112

2.

Ad Reuerendissimum Protbonotarium dominus Antonium Baleacius Bentiuolum vetustissimi Bononiensis studij Archidiaconum dignissimum Antonij Mariae Uisdomini Epistola.

Est Doctorij Gual

M ADMIRATIONEm Fortasse adduceris Antoni Baleaci Prothonotarie dignissime q̄ ego inuenis admodum pusillus et non adhuc eruditionis mediocritatem consecutus: nec cognitus tibi commertio | sed visu | ad te scribere ausus fuerim: nec scribere solum | sed nugas meas dedicare. Quod profecto non audacia | non temeritate | nec inscitia factus est. non me latebat sane qualis quantusq̄ esses. Sed singularis ac pene diuina virtus tua ad hoc me mirum i modum compulit quae quidem tanta est vt nec vel a Licerone recenseri ac extolli posset. Nec credas me tibi adulari: non enim sum adulator: quod mihi genus hominum semper odio fuit. Laudant historici Octauium Titum | Domitium | q̄ in adulatores suum semper profuderunt odium: quorum quidem maximus numerus per nobilium potentumq̄ domos temporibus nostris vagari cernitur. o pessima lues. nulla enim est gens: quae sic meistem hominuꝫ corrumpat: scelere alliget: vitio inquinet. nam aliquando suis blandissimis verbis eo impellimur | vt militem glorioſum imitari videamur. Sed cur ego adulari dicar? nonne quibus virtutibus preditus sis cognoscens? Videamus fortunaꝫ: lustremus corpus cogitemus animum: quibus bonis triplicibus volucre peripateticī laudandos esse viros. A leuioribus ad grauiora igitur quaeramus progressum. quo genere: qua psapia: quo sanguine duas originem? a Bentiuolis profecto: qui q̄ florentissimi p multos annos | q̄ q̄ honoratissimi fuerint scitur et apud parthos t armenios: ex quibus extiterūt multi insignes clariq̄ principes: quorum preclara facinora in annalibus spectantur | memorātur q̄ quotidie. Quo patre creatus es? Johanne Bentiuolo omnium suorum clarissimo: et (vt a ciue tuo docto homine scriptum habes) familiae illustratore: patriae splendore: ciuium columine: domi forisq̄ fauorabili: cunctis italiae principibus aut amicicia | aut affinitate copulato: i quo veniq̄ omia sunt: quae aut fortuna hominibus | aut natura largiūtur. Ubi natus es? Bononiae | ciuitatis quidem vetustissimae | nobilissimae | et agrorum vbertate fertilissimae | t ita fertilissimae | vt nomen adhuc pinguedinis retineat inter caeteras vrbes precipuū. Ea est p

1492.

(c) 2007 Ministerio de Cultura

terca (vt scis) omnium preclarissima artium parens | magistra inuentrix: ex vltimis terris ad eam ipsam homines confluunt scientiarum discendarum gratia. nullum est disciplinae genus | siue liberales artes: siue medicinam: siue theologiam: siue ius ciuile: siue pontificium quaeras | q̄ non Bononiae floruerit | floreatq̄: Innumerabilia in ea ingenia viguerunt | vt hanc ciuitatem non humano sed diuino consilio conditam putez. Nunc ne in illud Senecae incidam. Aliena iactant: qui genus suum laudant. Quod dictum est etiā ab Vlixe contra Aiacem apud Ouidium. Et genus et proauos et quae non fecimus ipsi Vix ea nostra voco. hoc p̄sequar quod apud iuuenalez est. Licta licet veteres exornent undiq̄ cerae Atria | nobilitas sola est atq̄ unica virtus. Nā etsi es generosissima stirpe satus: si natura in tui uniuersum corpus fuit liberalissima: si nutrimentū ac educatio tibi plurimuz profuit | multo plus tamē laudandus es ab animi bonis: quae quidem in te etsi adulescente adhuc | tanta sunt | quanta (ita enim loquar) in omnibus alijs. si te p̄fecto cognouisset doctus maroniani carminis interpres | nunq̄ illud scripsisset. Difficile est puerum laudare | tantam in te vidisset iustitiam: tantam pietatem: tantam modestiam: tantā fortitudinem. de prudentia tua nihil dicam. nam si ea in te est cognouerunt praeteritis his p̄primis diebus cardinales romae | vbi bononiensis senatus mādata ita fideliter | astute | et prudenter tractasti | vt nullus inter tot sapientissimos bononienses te idoneor | te aptior | te melior legatus mitti potuisset. Orationem preterea (ad eruditionez enim tuam et facundiam transeo) ita luculentam | concinnam | tersam | ac disertam ad summum pontificem habuisti | vt ipse cum cardinalium caetu admiratus sit | et ita admiratus | vt nihil tibi denegauerit quod tu ab sanctitate sua petieris. te sane antea credebant | sed in hac legatione aperte uiderunt bononienses te alterum scipionem: cui iunioni longe aī senatorios annos demandata est respu. Et alexandrū macedonem: qui tam natu minor tot res gesisse perhibetur. Adde preterea liberalitatem: cuius testes tātū sint ciues tui; qui quidem ita ad te confluunt tanq̄ apes ad thymuz: te sequuntur tanq̄ pisces aquam: te comitantur vt fideles: te ueneranur vt boni: tibi seruiunt vt humani: pro quorum ipse negocijs nunquaz defatigaris: nūq̄ laboribus cessas: vt iam alter Clearchus uocari possis: qui causas et amicorū et patriae preferebat suis. adde etiā comitatem | facilitatem | benignitatem |

Clearchus

(c) 2007 Ministerio de Cultura

puer namq; quantūcunq; humilis tuas aures tibi paratissimas humanissimasq; habet / quod mirum est in tanto iuuene Bentiuolo. Quid de honestate ac religione tua? prius. n. cepisti religionis laudari / q; scire posses quid religio foret: tales vtinam cuncti essent sacerdotes. Tu bñ illa dignitate dignus es: ad quā ascendisti ad maiora breui ascensurus nō corruptelis (vt saepe) non amicorum studijs (vt assidue) non principum aut regum litteris commendatitijs (vt semper) at sola virtute / probitate / doctrina / sapientia tua et tuorum parentum. Quid vltra? progredior? Nemo fame vel diutius scribens / diutius narrans / calcem attigerit: quid calcem dixi? imo nec medium laudum tuarum enumerandarum: tanta adeo est apud omne humanū genus de virtutibus tuis admiratio / vt et nos in patria nostra admiraremur / et vix crederemus q; nunc aperte iudicamus et fatemur verum. Freti igitur hijs virtutibus innumerabilibus more agricolarum antiquorum primitias meorum fructuum tibi sacrificare statuimus: quas qualescunq; sint precor laeto animo suscipias. agellus enim meus est incultus ⁊ innaratus: cuius fructus sunt asperi / rubiginosi / precoces / nō digni (fateor) tanto homine: sed tuo auspicio / tuo humore / ⁊ calore maturescent: et esui boni fient. Verum vt tandem e methaphora egrediar Reuerendissime Protbonotarie in hac tua vrbe florentissima / vbi per septennium moram traximus: quos diuersis hominibus et amicis versiculos diuersae materiei miseram: non nullorum precibus et quasi cobactibus in lucem mittere decreuimus: in quam procedere quum timerent / tuum petierunt patrocinium: sub quo tutos esse se existimant a latrantiuz morsib⁹ Hos igitur tibi commendamus. inculti sunt imperiti (fateor) et iuueniles: aetatem. n. meam vides. Preterea hos iam diu compositos cognosces. Tu illos defende: illos foue. hanc quā doctq; Miscellaz (id. n. nomen dedimus) lege in aeternū meae erga te obseruantiae monumentum: nec munus solum: sz quo animo tibi datum sit libeat intueri. Alias plura ac forsan meliora accipies / si haec tibi grata esse sensero. Interea dignere me in numero haberi tuorum clientum. Vale mi domine / decus / et mei spes maxima studij. Ex vrbe Bononia patria tua Calendis Nouembris. Mcccclxxxij.

T.3.

(c) 2007 Ministerio de Cultura

Ad eundem.

Ersu elogo illud omne factum composueraz dignissime Prothonotarie quãdo fortuna vobis paululũ aduersari visa est: fulgoremqz vestrum obnubilare: quod ideo factũ est | vt inde purior | lucidiorqz enitesceret more solis: qui interdum dispulsa nebula fulget splendidius: dissipatis nubib⁹ irradiat fla grantius: edomita coacti aeris crassitudine torret vehementi⁹. Quod quidem factum fur | nescio quem: sed illum dij perdãt: e scriniis nostris surripuit relictis hinc inde fragmentis: inter quae duo integra comperimus finez scilicet ipsius facti | hoc est Illustrissimi parentis tui reditum: et lamentationem quan dam honoratissimae dominae Genitricis tuae. Nam quum illa tempestate mors minime vera (illud enim omen dij obruerũt) parentis tui inter vulgum spargeretur | induximus Juniperam matrem tuã omni virtute decoratã ut tales querellas prupisse. Hactenus omnipotens immensi conditor orbis

Audisti nostras: verbaqz iusta: preces.
Hactenus optatis nullam sum passa repulsam.
Parsqz mei voti nulla caduca fuit.

Nunc video horriferum boream et cetera. Hanc in principio Miscellae nostrae posuissemus: si intellectum iri credidissem: quod difficile fuisset | his qui non superiora vidissent. Preterea a re mesta inchoare nolui. Sz hoc tibi dixisse volui: vt si opu | sculi residuum ad manus tuas venerit | cognoscas artificem. A reditu igitur patris tui: quae res laeta est principium summa tur. Vale.

(c) 2007 Ministerio de Cultura

De reditu Illustrissimi Principis Domini Johānis Bentiuoli

O Sic laetus erat quondam laertius heros
Sospite dulichiam quum pede pressit humum.
n Non labyrinthei s ambagibus eggredientem
Quando aryadneus thesea vidit amor.
Dirruta dardaniae audiuit quuz pergama troiae.
Non ita cum graecis graecia laeta fuit.
Nec te quuz sensit libyam euertisse superbam
Milite romano scipio roma potens.
Ut nunc bentiuolo laetata bononia rege
Incolumi patrios ad redeunte lares.
Quis tantos unq̄ sonitus: tantasq̄ choreas:
Aut ulla audiuit carmina tanta die:
Nolint roma tuos fasti narrare triumphos:
Festaq̄ non referas caesaris ulla tui:
Illa tuos ponat tulli iactantia fastus!
Quos latium reduci prebuit omne tibi:
Haec lux antiquos superabit honore triumphos:
Laetitiam vincet haec mihi (crede) tuam
Jupiter e caelo genialia festa sereno
Despicit: hocq̄ tenet lumina fixa loco.
Illic solus inest magni obseruator olympi:
Nunc et apollineo fungitur officio.
Caetera nam retinent nostras pia numina terras!
Agmina quo videant obuia laeta duci.
Venit in hunc caeli positis regionibus orbem
Ad clymenen qualis cynthius ire solet.
Qualis et occisso multis pbythone sagittis!
Quum pueri nunduz sensserat arma dei.
Et cytherea manet facie formosioz illa
Quum stetit ante pedes o pari nuda tuos.
Juxta quam mauors posita feritate morabatur!
Affectans iterum dulcia furta deae.
Delia depositis et adest modo diua sagittis
Nympharum laeto cōcomitata choro.
Est et atlantiades! nitido circundata lymbo
Cui vestis pulchra et fronte galerus erat.
Nec deus arcitenens: nec abest dea bellica! nullo
Aegide: non illis nunc adoperta minis.

i. voluptuosa. unde indulgere genio i. naturae: et cōtra detrectare genium ēst interrumpere voluptatem.

Clymene fuit mater phaetontis.

bellona
egisq̄ flebilis gri occisi minotauri

(c) 2007 Ministerio de Cultura

Littora non naxi bromium : non ipse Cytheron
Nunc tenet : astriferi nec domus ipsa poli .
Nec vos thespiades parnasia terra morabitur :
Nulla medusea membra lauatis aqua .
Uenistis sed enim redimitae tempora lauro
Atq; hederis cantu colla perita sacris !
Festa videre pij remeantis lacta Iohannis :
Qui vestros vates diligit : atq; fouet .
Iam redeunt iuuenes : redeunt pueriq; : senesq; :
Obuia bentiuolo lacta caterua duci .
Cantantes peana deis : iterumq; ferentes !
Atq; iterum serra serra benigna venit .
Curritur ad portas resonat clamoribus aether:
Serra omnis mulier ! serra vir ingeminat .
Serra veni : serram cupimus : serramq; tenemus
Serra tuis requies ! pax ! decus ! una veni
Omine serra bono : dextro pede : et alite lacta :
Nostra salus ! spes ! vis ! gloria : serra veni .
Iam iam pone nigros vrbs hactenus atra colores :
Iam ferale tuum defere iusticium .
Omnis bonos capiat nunc pulla veste relicta
Purpureas tingit quas liquor assyrius .
Attonitae gaudete domus : religate solutos
Crines : iam cesset plāctus : et ipse dolor .
Bentiuolea venit cunctis iucunda voluptas :
Perpetuumq; uenit lumen : et vrbis amor.
Optatam ingreditur iam iam dux inclitus vrbem !
Quo nostrum imperium sospite sospes erit .
Salue festa dies cunctis memoranda diebus .
Annua qua porro est uictima digna mori .
Lux et erythaeis salue signanda lapillis !
Qua nulla in toto clarior orbe fuit .
Qua redijt sperata salus : sperata voluptas
Felsineis multo thure cupita diu .
Principe quaq; fuit laetata bononia tanto :
Qua tetigit summo vertice signa poli .
Dij te conseruent longos feliciter annos
O princeps tali munere digne precor:
O priami videas : cumaeae & longa sybillae
Saecula : vel pilios dux venerande dies .

nestor dictus est propterea quod tristitiam fugaverit.

(c) 2007 Ministerio de Cultura

Te uiuo noſter venerabitur uſq; ſenatus :
Et res incolumis publica ſemper erit .
Te viuo colitur verumq; / pudorq; / fideſq; /
Ommbus et magni fit pietatis bonos .
Te viuo florent leges : mandataq; diuum :
Paxq; tuas gentes alta ſalubriſ alit .
Te viuo ruris ferrum labor omne tenere
Enſeq; depoſito miles arare ſolet.
Nec cadit irato fulmen de pectore ſummi :
Nullaq; tempeſtas turbat iniqua fretum ;
Et trahit euerſos rigida niue concitus amnis
Nullus agros : nullis nigra uenena nocent .
Num̃ es in terris : ſenior pete ſidera queſo :
Nobiſcum longo tempore ſtare velis .
Nam quando radios ſol : clarum ſidera caelum :
Et nullum aeſtiuus gramen habebit ager .
Terraq; quum nullos populos : quum nulla tenebit
Silua lupos : piſces quum mare : nilus aquas .
Quumq; die ardenti raucae cantare cicadae
Ceſſabunt: et quum tempore veris aues.
Ceſſabit mea muſa tuas deſcribere laudes :
Et ſplendor de te Bentiuolaee loqui .

Mortua Antonia iobānem Dominicum Carzolam
Sarzanenſem bis alloquitur verbis

Nunquid adhuc dubium eſt proprio te nomine dici ?
Amplius et nomen non ſimulare tuum ?
An potes a vera crudelis amante vocari
Illo / quo ſemper nomine quisq; vocat ?
Jam licet / et fas eſt nullas effingere voces :
Jam licet / et fas eſt vera referre mihi.
Quid metuis : dubitasq; tuo releuare Johannes
In latus e tepido perfida membra thoro ?
Surge / nec o timeas : audiq; nouiſſima uerba :
Ante oculos formam triſtis amantis habes .
Ad te deuenio priuata antonia luce /
Olim laetitiae delitiaeq; tuae .
Ad te deuenio volitans ſine corpore forma :
Ad te deuenio ſpiritus / vmbra leuis.

(c) 2007 Ministerio de Cultura

Ac quae non potui longo post tempore viua
Corporis aspiciam mortua forma tui.
Quam bene te poteram meritorum oblite meorum:
Et data veloci verba manere notho:
Heu vbi dextera data est? iurataq; numina? tanti
Ipse fidem? tanti scilicet ipse facis?
A te cur merui? merui cur sola relinqui?
Facta hoc digressum cur meruere mea?
Pro te saepe graues vidisti ferre dolores
Corpus: & in solido saepe iacere solo.
Pro te cumq; forem perfixa cupidinis arcu
Quot potui noctes quot vigilare dies?
Pro te sunt nostro connubia rupta marito:
Pro te diuitijs est spoliata domus.
Pro te tartareas tandem nunc ducor ad vmbras:
A quibus heu poteras me eripuisse locis.
Si tua vidissem tunc quum me corpora nundum
Infirmam lecti continuere mei.
Languida non unq̄ tenuisset membra cubile:
Tunc etiam facies causa salutis erat.
Dicebam quoties (memini) dilecte iohannes
Iura meae vitae? te quoq; habere necis.
Iura meae non tu vitae: sed mortis habebas:
Heu q̄ dura mihi corda fuere tua.
Mors haec quae potuit solatia tradere? sed quid?
Quod factum est nullus iam reuocare potest.
Mortua sum: corpusq; meum: quod saepe solebas
Amplecti: paruo conditur in tumulo.
Quod factum stygia miseram me damnat in vnda:
(Non aliud nostro corpore crimen erat)
Dum curru phoebus septennos implcat orbes:
Addat septennis lunaq; lustra decem.
Inde petet caelum purgatus spiritus igni:
Utar et aeterna pace beata poli.
Sed tamen ante tuos (fueris vbicunq;) penates
Inueniam: et solum te alloquar ore meo.
Quas ego contigero sedes antonia dicam:
Umbrarum et poenas: et loca tetra loci.
Interea natosq; meos: miserumq; parentem
Commendo: et miserae iura nouata domus.

(c) 2007 Ministerio de Cultura

Orc potes ſi non caeris hortare maritum
Aſſiduos fletus ponat vt ille ſuos.
Ecce tuo aſpectu cogor ſeccedere iam iam
Cbare vale: et pro me te rogo funde preces.

Lamentatio eiuſdem Johannis Dominici.

Quo fugis (heu miſerum me) infortunataq; vitae
Facta meae: quo nam quo fugis acer amor?
Quo fugis o ſemper vita mihi charior omni?
Maxima pars animae quo fugis vſque meae?
Quo fugis? expecta miſeros Antonia fletus:
Nec fuge: qui pro te mortuus eſſe cupit.
Praebuimus placidas ſemper tibi ſcilicet aures?
Haec modo non potero pauca referre tibi?
Praecipito donare iubes fortuna profundo
Prorſus me? et nullo poſſe manere loco?
Si ſatis hoc non eſt? perſta renouare dolores:
Nec ſatis eſſe puta ponderis orbis onus.
Cuncta feram donec ſtygias demittar ad vmbras:
Ad quas cur miſero pes mihi tardus ineſt?
Infortunatus fiet quemcunq; fidelis
Coniunget nobis foedus amicitiae.
Me fugiant pueri: fugiant iuuenesq; ſeneſq;:
Horreſcat vultus foemina quaeque meos.
Exemplum vobis Antonia mortua fiat:
Cuius imago oculos nunc manet ante meos.
Qui dij crudeles? quae te crudelia facta
Tam cito priuarunt luce fidelis amor?
Quae ve trium potuit ſcelus iſtud ferre ſororum?
Et dare tam ſubito corpus inane rogo?
Qualem te aſpicio? qualem fers ore colorem?
Quae facies oculos permanet ante meos?
Diſtabat quantum vetus hoc a corpore corpus?
A veteri preſens cũq; colore color?
Inuida parca meos ſubito quid rumpis amores?
Inuida veniſti cur properata dies?
Quare ego non potui viuam vidiſſe puellam?
Aut quãuis ſtantem non tetigiſſe thoro?
Ipſe ego cauſa tuae mortis? proh culpa doloq; ?

(c) 2007 Ministerio de Cultura

Prob facinus! tanti funeris auctor ego!
Jam laxata meos tellus precor obruc uultus:
Jnqz cadant nostrum fulmina missa caput.
Me super aereae mittentur protinus alpes:
Me super infundant dij maris omne mare.
Jam meritas de me superi rogo summite poenas:
Omnia nam merui si mea culpa fuit.
Et mea culpa fuit! si culpa vocatur egestas:
Plurima quae semper obfuit una mihi.
Sint deuota precor quicquid mare continet auri:
Et quicquid caesi regia sardis habet.
Arrabij pro me nullos habuere lapillos.
Et mihi pauperior phryx mida factus inest.
Defficit assyrijs pro me quoqz gentibus aurum:
Perdidit et pro me nobilis ostra tyros.
Mi caret auratis semper pactolus arenis:
Coenosas sumpsit mi tagus ater aquas.
Et tu magna soles! quae fertilitatis habere
Nomen: et in toto diceris orbe ferax:
Sauena! semper inops misero mihi nempe fuisti:
Et si diues eras! semper auara mihi:
Et tu precipue cuius sextertia nullus!
Agros! et gemmas connumerare ualet.
Jpse tibi dico! qui me retinere uolentem
Miteris hos equidem deseruisse lares.
Doctor in aede tua natorum ingrate tuorum
Tempore iam tanto (me piget) ipse fui.
Quae nostro merces! quae premia sumpta labore!
Quodqz datum munus stulte magister habes!
Axis adhuc vacua stat nullus porro crumena:
Parcendum est inopi sed tibi forte viro.
O furor immanis: mens prodiga. caeca voluntas:
O stolidi cultus: o noua pompa tui.
Induis hanc hodie vestem: cras summis amictus
Dissimiles: alio purpura sumpta die est.
Uestimenta dies superant tua. sed mihi semper
Percutiunt tegmen frigus & aestus idem.
Si quis sebenobarbes: superum contemptor: adulter:
Scurra: sales ad te: siue lanista venit:
Seccedunt magno donati munere cunctri:

(c) 2007 Ministerio de Cultura

Eggreditur uacuu doctus at ille manu.
Quid mirum .' similis similes sibi quaerit : et inde
Dantur opes paribus ; dissimiliqz nihil .
At tibi promitto facti te quippe pigebit :
Destituam subito teqz tuasqz domos .
Heu quid plura queror .' sum paupertate coactus
Rumpere promissam : verbaqz iura : fidem .
Cur lachrymae gemitusqz mei : magniqz dolores :
Et poenae me non plura referre sinunt.'
Da precor amplexus quales antonia possunt :
Oscula uel saltem tu mihi iunge tua .
Sed potes hoc si non dextram da iungere dextrae :
Quo licet et miserum me modo tange precor .
Hanc animā nequeo cur non effundere .' tecum
Et non tartareos tristis adire deos .'
Tristis ero semper donec mihi uita manebit :
Tardaqz post nimium funera tristis ero.

Angelus quo duce ibat ad purgatorium .

Exige iam nugas : et inania uerba : querentes :
Lumqz tuis gemitus fletibus : atqz preces .
Istud enim lachrymas tempus non postulat istas :
Horaqz non eadem talia dicta breuis .
Uana petis : nulli quoqz concedenda : sororum
Iura uetant : probibent et rata fata deum :
Nescis ! extincti nequeunt sua corpora uiuis
Jungere ! quum tales corpora nulla habeant :
Sunt animae volueres : sine sunt et tactibus umbrae :
Ossaqz nec carnem spiritus ullus habet .
Spes tua te fallit . uanas depone querellas :
Quae petis o demens nec tibi danda puta .
Fortunam quereris tibi qꝑ non esse repertam
Felicem : et nullo regna beata loco.
Hanc quid stulte tenes patriam .' quid stulte moraris
Inter taurini tecta superba soli .'
Hinc remoue gressus : venetos pete protinus : illic
Dona tibi : et largae (crede) parantur opes.
Sauineas fugito gentes : quas summus olympo
Criminibus tantis puniet ipse deus .

(c) 2007 Ministerio de Cultura

Nec patronus adhuc vidit tuus aspera mortis
Tempora : venit adhuc hora suprema sibi :
Fac tibi quod narro . nos has Antonia sedes
Linquemus : spatium tempus et hora iubent .
Incipit eoas aurora repellere nubes :
Emittitq; suum luthea stella iubar .

Eandem deflet Antoniam

Flete pij iuuenes : pueri : teneraeq; puellae :
Et tu connubio foemina iuncta sacro.
Voscq; senes longis consumpti flete diebus :
Orbatae lachrymas nec retinete sinu.
Terra diu monstret roseo sine flore dolorem :
Permaneat mestis turbida Dorys aquis .
Non cantus volucrum dulces modo praebeat aer :
Mutet at in laetos carmina mesta modos .
Ut facis o caelum non lucida sidera terris :
Nubibus at caecis sint adoperta diu .
Ut facis o currus lugubri tristis amicti
Contege deposito lumine phoebe tuos .
Tale gerat lumen soror et tua : quale videri
Quum nequeunt claro cornua parua loco .
Nam iacet extinctum lumen probitatis : et almae
Virtutis : cum quo forma pudorq; iacent .
Rumpe cupido tuos arcus : certasq; sagittas :
In quam nunc ictus experiere puer !
Nempe iacet per quam fecisti tua fortia tela :
Nempe iacet matri maxima pugna tuae .
Linque per umbrosas animalia Delia silvas
Casta sequi : castos linque Diana choros.
Cui nunc letiferos praebebis lassa ferendos
Arcus ? aut captas per iuga summa feras ?
Quae te per valles : perq; alta cacumina Cynthi
Visa sequi : et nulla destituisse die .
Nunc extincta iacet crudeli pollice rapta
Parcarum : extincta est heu tibi fida comes .
Unde pias lachrymas propter tua dona minerua :
Funera quae crudo sumpta fuere nimis.
Infandae nimium leges : et iura sororum :

(c) 2007 Ministerio de Cultura

Longius an poterat tempus ineſſe ſibi?
Cur ſinis hoc crimen ſummi pater optime caeli?
Intempeſtiuam cur tulit hora necem?
Tam cito quid meruit? ſubitas ne Antonia mortes?
An cito tam meruit funere nupta rapi?
Juſta trium ſunt haec an inſtituta ſororum?
Omnipotens pateris quo deus iſta modo?
Haec quid at? extinctam video ſine crimine nymphan:
Et conclamatum corpus ineſſe rogo.
Fac precor (vt meruit) caelo requieſcat in ipſo
O deus: et nullas ſentiat vmbra ſtyges.

Epythaphium eiuſdem.

Dicta meo a Hallo non vero nomine nympha!
Dimidium nomen cui Dominicus erat.
Hoc extincta ſolo ſubitis Antonia parcis
Rapta tegor! nullis cognita amante niſi.
Quiſquis amas! gelidumq; teneſiqui nomen amantis
Dic cubet in tumulo moliter iſte cinis.

Carmen in aduentu Reuerendiſſimi patris domini
Aſcanij Mariae Cardinalis, Mediolanenſis.

Cui nomen Boij tribuere Bononia gaude:
Gaude quae fueras Felſina dicta prius.
Laeta quies venit: venit tibi nobile munus:
Uenit qui ducet nomen in aſtra tuum.
Uenit quo ſemper toto cantaberis orbe:
Quiq; tuas ſemper nobilitabit opes.
Uenit dulcis amor! laus et veneranda deorum
Dedignata tuas non tenuiſſe domos.
Bentiuoli gaudete viri pietate et in armis
Inſignes: quorum facta canenda manent.
Uenit ſumma ſalus vobis coniuncta propago:
Qua non in mondo clarior vlla manet.
Quae ſicut phoebi ſtellis fugientibus orbem
Uenit per totum lumine clara dies!
Sic donat patriae perſplendida lumina veſtrae:
Et praebet vobis illa ſalubre decus.

(c) 2007 Ministerio de Cultura

Haec est una dies albis signanda lapillis:
Haec est felsineis usqz colenda uiris.
Qua uestram magnis intrauit cantibus urbem/
Dic princepe magna relligione sacer.
Salue igitur lux o romanae publica genti:
O laus: et patrie gloria magna tuae.
Salue quem genuit semper generosa propago
Sforzia: quae toto nobilis orbe micas.
Clarior hac ulla est: neqz enim generosior ulla:
Quae nomen duxit sidera ad usqz suum.
Hac non ulla manet bello nec fortior armis:
Et merito sumpsit nomina digna sui.
Hanc veneti/ ligures qz timent/ galliqz feroces:
Totaqz marte potens hanc timet italia.
Hanc et hyperboreae gentes: danaiqz getaeqz:
Sauromate: Licones: arsacidaeqz truces.
Hispaniusqz ferox torua cum gente sicambris
Hanc timet: hanc totam nouit uterqz polus:
Hac te digna manet: tu tali stemate dignus:
Exemplis probitas cuius in orbe micat.
Doctior/ ingenuaqz omni cultissimus arte:
Et studio praestas: ingenioqz nites.
In te summa fides: verum: piatasqz mozatur:
Et superas cunctos relligione viros.
Consilio prudens: uirtute illustrior omni/
Atqz fouet doctos doctior ipse uiros.
Quid mediolanum sine te? quid roma superba?
Et tandem sine te quid valet hesperia?
Quum te roma tenet romana potentia gaudet:
Westaqz stat tunc quum te procul esse uidet.
Sic mediolanum: sic culta bononia laeta est
Quum cernunt tanti principis ora sacra.
Nam te fama feret per saecula cuncta benignū.
Te canet exoriens occiduumqz iubar.
Salue igitur lux o romanae publica genti:
O laus: et patriae gloria magna tuae.
Munere tu et tanto laetare bononia felix.
Hic locus Ascanij nomine dignus erit.
Tuqz vale semper superum laus ampla deorum:
Quos habeas faciles in tua uota. vale.

(c) 2007 Ministerio de Cultura

Ad Eximium artium Doctorem magistrum Scipionem mantuanum de Manfredis astrologum peritissimus Antonij Mariae Uisdomini Carmen.

DNET Pastor oues: thauros det diues arator:
d Promittat varios bibliopola libros.
Ferrea dona faber: figuli testacea vasa:
Ex niueo tribuat marmore signa paros.
Aucupibus liceat solum donare volucres.
Et venatori contribuisse feras.
Nil nisi picturam tradat tibi Chous Apelles:
Nil nisi in italiam thura Sabaeus agat.
Nil tibi det si non telam donarit Arachne:
Et si non segetes nil tibi reddat ager.
Oppida dent reges: aurum det diues auarus:
Exiguas omni tempore pauper opes.
Et vos pierij tantummodo carmina uates
Mittite: conueniunt uatibus illa sacris.
Ipse ego nil aliud possum donare profecto
Haec mihi sunt pecudes: aurea dona mihi.
Accipe quaeso meas donis pro docte camenas
Scipio! qui certe tantus es astrologus
Quantus erat bello similis tibi nomine priscus
Aphrica cognomen cui superata dedit.
Noscetis atq; herbis: et tantus in arte medendi
Fluctisonis quantus nauita Typhis aquis.
Dent rogo lanificae tibi tempora longa sorores.
Scrutator magni nec moriare poli.
A Chirone manes et doctus Atlante magister:
Tertius et caeli vertice fulctor eris.

porcos insula illirie
ona eiectum ex feri
lopist, q̃ ne parium ar
ad marmoreas sculpturas
ptissimum.

ar las rõmanizãs sui
conersus in nomen q̃ nic
sustinet sicitur q̃ primo in
astrologiam incubuit tum
quod mox ipse iuuenis altos
cẽlum contigere videatur.

Uita sancti Sebastiani.

JLIJS Arma tui canimus caelestia dona:
m Uictricesq; manus: et partam funere palmam.
Altitonans igitur deus aspirato fauorem
Jam non a musis elychona colentibus altum
Expecto! tribuant alijs hae uatibus: at tu
Uere poli rector: terraeq; marisq; benignum
Ingenium concede mihi: non ficta referre
Est animus! sed enim totum diffusa per orbem.

tipolis. n. p. v. istorum in
genia adminicula q̃ nãti. fuisse in arce thessaliae
magister
chiron thessalus ipse canta
q̃ nil esculapium ac illius
cunas: historiarum
translatq.

(c) 2007 Ministerio de Cultura

Urbs opus aeneadae sociorum est inclita narbo
Narbo sui antiquo positoris nomine dicta :
Sumpsit ab hac omnis prouicia nomen honestis
Moribus : et populis : et pingui fertilis aruo .
Inde sebastianus facie presignis / et omni
Dote animi claros olim deduxerat ortus .
Sed pater et patrui charos liquere penates /
Seu fera bella iubent : seu tu fortuna repugnas
Stare solo patrio : fidum vocitabat amicum
Siue deus caelo per talia fata sereno .
Hi mediolanum collectis omnibus una
Dirrexere suos cursus : et in urbe recepti
Hic profugos posuere lares : hic creuit in aeuū
Florentem iuuenis : quo non sapientior alter :
Nec melior : nec enim virtutis amantior ullus .
Italiae tūc septra dioclitianus habebat /
Vir probus et prudens : sed quae prudentia adorat
Numina uana . sinit uel se ceu numen ab omni
Vult et adorari populo . noua fama per urbes
Sparserat italicas iuuenis moderamen honesti :
Ingeniumq3 capax : quum talia regius illi
Attulit orator cursu mandata volucri :
O decus egregium uirtutis et itale splendor :
O patriae laus ampla tuae / tibi summa potestas
Imperat : atq3 eadem precibus rogat / atq3 rogando
Concupit / ut uisas altae capitolia romae .
Nuncius en adsum tyberinis missus ab undis /
Hac tantum causa : regis pete tecta libenter .
Nec mora sit : facias quod non fecisse pigebit .
Te super armigeros / super ardua castra magistrum
Constituit : tibi cura domus erit addita primo .
Dixerat et quoniam cristi pia iussa sequentes :
Diuinosq3 sacri ritus mandare nefandae
Audierat morti : uarioq3 replere dolore :
Quo ducebāt multi in contraria / et illum
Quem prius orabant / timida iam voce negabant .
Nos ergo vt posset iuuenis retinere labantes :
Solariq3 suis morientia corpora verbis /
Talia respondit / teneris ego paruus ab annis
Inseruire pio statui facunde tyranno

(c) 2007 Ministerio de Cultura

Orator: magnicq ducis seruare cateruas
Pro te bella gerens: et in alta pericula pro te
Iustitia ascendens: et ob hoc te sume deorum
Oraui totiens / exoranicq potentem.
Ergo deus / pro qno mortem subiturus acerbam
Indu peratoris peragam non iussa libenter?
Me sine martigenas / sine nuper adire quirites:
Felicesq domos felicia munera nobis:
Nam quũ romulea fuero susceptus in urbe
Sidereum manibus caelum tractare videbor.
Ista sebastianus non intelecta / nitenti
Ore refert / ducitq suas a caesare missum
Ut qui portarit caelestia munera / in aedes.
Pars prior est noctis dapibus data: et altera somno:
Inde ubi purpureos mõstrauit lucifer ignes:
Et radijs tenebras terris dimouit ab altis
Phoebus: et humentes / siccauit flamifer herbas /
Conscendunt in equos mediolanumq relinquunt
Non tristes: paruaq die tyberina uolucres
Littora uiderunt excelsaq moenia romae.
Talis erat iuuenis pario de marmore forma
Qualis inest eburi quae non nec deficit auro:
Aut quae sunt uiolis intexta rosaria nigris.
Uaditur ad sedes / et ad alta palatia regis:
Limine qui primo iuuenem expectabat amatum
Quamuis non visum / tanta est tua gloria virtus.
Non tali specie nitida se vidit in unda
Narcisus / frustra quum se quereretur amare.
Non etiam phrygia ganimedem summus in ida
Mendaces aquilae sumpsit quũ iupiter alas.
Nec fuit oebalides tanta tibi delphice forma
Quũ tecum lau caperet certamina disci:
Quanto rex iuuenem circonspicit ille decore
Egregium quid ni? formoso corpore certe
Ille erat: ast aĩa longe formosior ipsa.
Ergo fuit regi charus subitoq creatus
Militibus ductor: longum fert armiger ensem /
Non ut caesareos defendat ab hoste quirites
Externo / sed ut hic pro te pugnaret ubiq
Sume deus: posseq tuos saluare cadentes

(c) 2007 Ministerio de Cultura

Morte graui : o quantos pro te rex impius acri
Ille dabat leto ! quanti cruciatibus acti
Deseruere tuas leges ! tua sacra tirãno
Precipiente ! tamen maior pars añ uolebat
Quaeqꝫ pati tormenta: tuo inflamata calore,
Quam: quo te fassi fuerãt priùs : ore negare,
Nobilis inter quos Marco cum fratre fuisti.
Marceliane tuo: crudeli quos quia poena
Non potuere fato de virginitate mouere
Destinat heu tenebris capitali morte tyrannus.
Jamqꝫ suprema dies aderat : vobisqꝫ cruenta
Quum venit pectus percussa ! reuincta capillos:
Et lacerata genas mater miseranda (quid ipsi
Non fecere pij natorum in morte parentes :
Omnia pertentat magnus dolor vltimus) illa
Talibus vsa sonis fletu sua verba sequente :
Quo mea progenies vita mihi chario omni
Uadis ? et ignauos aetate relinquis edaci ?
Et miseros furibunda patres . Ego viuere vestram
Post mortem potero ? poterit prius arbutus vuas :
Et quereus segetes : et aquae producere stellas.
Quae me nata sub hoc caelo infelicior vnqꝫ
Foemina ? quae peperit me tristior ? ipsa per ignes
Per mare: per terras : per inhospita saxa: per altum
Aera : perqꝫ domos inferni regis opacas :
Uos sequerer nati raptos : et ab hoste coactos
Dura pati ! funus si forte repellere possem
Frontibus a vestris : si quis vos carcere clauso
Detineat ! validas enitar rumpere portas :
At vos sponte neci mandatis corpora vestra ?
Quis furor o nati dulces ? et quod genus hoc est
Mortis inassuetum ? trahit aut dementia quae vos ?
Prob dolor ecce rogant sceleratos ore ministros
Constanti vt subito peragant rem funeris ! vlla
Absqꝫ mora : retinete manus crudelis ab ense
Turba . meoqꝫ auidas nec iam maculate cruore
Carnifices : retinete manus a morte paratas :
Nunc saltem moueant lachrymae vos compreco ista
Cura ! doloꝛqꝫ meus ! crudelia pectora quando
Flectere non possunt genitos . O mortua quũ vos

(c) 2007 Ministerio de Cultura

Infelix peperi mea viscera vel pia nunquam
Nutrissem / potius rabido sed ducta furore
Infantes undis materno a pectore raptos
Mandassez stygijs / et ad impia tartara ferro.
Tollere credidimus iam nostrae alimenta senectae:
Et regimen miseris: longis solamen et annis.
Sed tormenta quidem miserae non parua senectae:
Atqs graues poenas: et nostrae tedia vitae.
Talibus orabat lachrymans sua pignora mater:
Quum senior manibus suffulcrus membra clientum
Longaeua / ad natos venit pater: et cinere albo
In caput eiecto / tales ad sidera voces
Emisit / venio dicturus verba creatis
Huc suprema meis tacitas adeuntibus vmbras
Sponte sua: vt nostro quae iam mihi danda sepulchro
Natorum in tumulis consumam dona meorum.
O mihi sulcimen / requiesqs aetate putati
Ultima: et infirmo fiducia magna parenti:
Luminaqs vmbrarum nati geminata mearum
Quid tantum mors dira placet? quid vultis opacos
Lociti transnare lacus? quae insania mentes
Uersat? et exagitat furiosos caeca voluntas
Sensus? heu mortem fugiunt animalia quaeqs
Dum licet: at vos hanc petitis ceruice parata?
Quo possunt natura dedit cuicunqs benigna
Uiuere velle. mori sed vos mutando colendas
Naturae leges cupitis: gladioqs rogatis
Configi iugulum: quae nam precordia nostris
Pignoribus superi? quae ferrea corda dedistis?
Non patrijs precibus: non vlla voce mouentur
Caucasei: stat prisca suae sententia mentis.
Auertuntqs suos vultus: lachrymasqs parentis
Heu heu contemnunt: misero succurrite patri
Uos alij iuuenes: quibus est mea cura dolori:
A nece non quaeso natos remouete coacta.
Uosqs senes mecum mea pignora flete: vetate
Ne meus hoc sanguis patiatur tale parentes.
Iam mihi tam longo mihi iam mea lumina fletu
Deficite: atqs aciem tenebris superaddite caecis.
Ne videam ferro figi mea viscera acuto.

(c) 2007 Ministerio de Cultura

Decidit in terras post talia dicta dolore
Astrictus magno senior. ruit ecce virorum
Conscessus: veniuntq; nouae (miserabile) nuptae
Illorum vxores contusae pectora pugnis.
Et lachrymis oculos tumefactae: et ab vbere quarum
Pendebant gemini infantes: qui cuncta replebant
Vagitu: matresq; loqui tum talibus orsae.
Cui nos heu teneras | miserasq; relinquitis? aut quod
Heu nobis solamen erit? quis rector et horum
Natorumue pater? quis opes lateq; patentes
Diuidet aruorum campos? o ferrea corda
O adamante satae mentes: vagitus eorum:
Quos genuere nihil prodest: lachrymaeq; tenellae:
Et nihil aspectus nostrum: lectiq; pudici:
Cognataeue preces; nec prodest cernere patrem
(Pro scelus indignum) nuda tellure iacentem?
Materna neq; enim saeui pietate mouentur?
Nun iam succedit quantos sit passa labores|
Precipue quum vos grauida portauerit aluo
Viginti lunas? noctes vigilare diesq;
Atq; pati potuit quantos enixa dolores?
Deuouet illa diem partus, et deuouet horam
Qua thebae coniuncta fuit. q; mortua primis
Paruula conqueritur non sit sine foetibus annis.
Illa mori statuit. gladium ne in funere saeui
Materno dabitis? vestras ne in sanguine | de quo
Vos geniti quondam|palmas maculabitis atro?
Cocperat haec animus iuuenum inter talia flecti:
Et frigere sitis: desiderumq; cadendi:
Quũ narbonensis cristo dilectus in altum
Prosilit | et tales radiato e pectore uoces
Edidit | o equites caeli fortissima corda
Ne sinite aeternam uobis auferre coronam.
Et caeleste bonum: placidas et in aethere sedes
Blanditias mundi. patribus debinc talia fatur.
Foemina quid ploras? quid Tranquilline dolore
Affectus tanto? non iam vos chara relinquunt
Pignora diuisos. sed vobis gaudia caeli
Non habitura parant finem: quibus omnibus annis
Victuri aeternam requiem captabitis vna.

(c) 2007 Ministerio de Cultura

Uita quid haec presens donat mortalibus aegris
Dicite nunc sine mente patres.' quid turpius illa.'
Debiliusue quid est.' aut quid fallacius vnq̃.'
Illa quidem varios promittens multa fefellit
Irrisitq; viros : vita quis certus eadem
Est factus.' cui non homini mentita videtur.'
Illa docet fures praedas : iramq; tumentem :
Mendacesq; sequi mendacia : crimina cuncta
Persuadet fieri : longum quoq; tendit in aeuum
Impia . sed nobis quae nunc tormenta feruntur
Pro te xp̃e | breui sint haec crudelia : quãuis
Tempore deficiunt | veluti freta turbida quando
Uentisonos fluctus : scylleaq; murmura ponunt
Neptuno curru summas currente per vndas |
Si quid neptunus : nec cantant falsa poetae .
Illa ferunt demum passis tormenta | quietas |
Perpetuasq; domos | vbi lucida sidera fulgent :
Mundisatorq; choros sanctorum cernitur inter .
Sed qui fallaci vesanus credidit orbi |
Infernis peperit tenebris sine fine dolorem :
Crudelesq; sibi poenas : vbi semper in igne
Uertitur : ergo patres vestros agitetis amore
Martirij affectus : namq; hoc quum vincere credat
Perpetuus solers humanae vincitur hostis
Sentis : qui capitur dum alios deprehendere tentat :
Dumq; tenet retinetur : obit cupiens dare mortem :
Dum cruciat cruciatus adest. haec dixerat ore
Diuino iuuenis caelesti numine plenus .
Ecce nicostratis romano sanguine creti
Uenit dicta zoe non falso nomine comunx .
Cuius magna domus sanctis custodia vinctis
Semper erat . carcerq; deo tenebrosus amatis.
Posse loqui icirco erripitur : manstq; per annos
Quamplures tacitae paruo cũ murmure vocis :
Ante pedes sed tunc iuuenis reuoluta petebat
Non certis veniam signis : conatur ab illo
Audiri : exigu usq; sonus fallebat hiantem.
Tum iuuenis clara spectans ad sidera voce |
Uirginis inquit habes seruum me nate fidelem:
Nec dubium de te . si quae modo diximus istis :

(c) 2007 Ministerio de Cultura

Hausit quaeqꝫ ioe nostra enarrata loquella
Ficta meis non sunt verbis : nec fraude reperta !
Te precor ! os aperi huic ! qui muta silentia quondam
Tradita zachariae remoues ! o summa potestas
Numinis aetherei : quid enim te posse negemus.
Audiat hoc diuum contemptor ! et improba turba :
Numine quiqꝫ regi putat haec mortalia nullo :
Mira canam : sed vera tamen . clamore soluta
Protinus ista ioe magno fore vera fatetur
Quae iuuenis confessus erat . benedicta tuorum
Sermonum dixit vis : et quicunqꝫ relatis
Crediderit verbis . vidi namqꝫ omnia libro
Dicta notata tui ! quem lucidus angelus albas
Indutus vestes auratum nuper habebat .
Haec vbi conspexit caelestia facta maritus
Christicolas : quos ipse sua retinebat in aede
Dimisit : iussitqꝫ loco discedere aperto .
Inde petit subito veniam pro crimine tanto
Ante pedes sancti deiectus poplite flexo.
Nempe sebastiani verbis data magna potestas :
Gratia sed maior factis ! qui corpora tantum .
Non germana tenet quin precipitata iacerent
Montibus ex altis deiecta in vallibus imis :
Sed tam solicitos prolis de morte parentes
Ad sacra deducit nostratia ! quattuor istos
Purificaqꝫ alios plures polycarpus in vnda
Lustrat : et exonerat cõmissis omnibus idem.
Aeger erat tum forte senex : et peste maligna
Languidus in tenero curabat membra cubili .
Ast vbi purgatus sacro baptismate ! nullum
Tranquillinus habet sanato in corpore morbum .
Senserat hoc vrbis valitudine pressus eadem
Aduersa prefectus ! eumqꝫ in tecta vocarat :
Quae simulac tetigit medicum monstrauit : et omnem
Artis opem ! posset quo gramine tollere morbum .
Adsit ait medicus . veniunt polycarpus ! et ipse
Dilectus caelo iuuenis : quos talibus aeger
Alloquitur verbis . Ego vos seu pignora diuum :
Siue dei in terras claro venistis olympo
(Tollere non talem possunt nisi numina pestem

(c) 2007 Ministerio de Cultura

Credimus) assiduos rogito : quibus anginur vsq;
Torquemurq; diu ! nostros remouete dolores
Et corpus sanate meum : quod tempore tanto
Infirmum iacuit : quae non mihi thessala tristi
Herba fuit ? miseroq; mihi medicina parata ?
Quod carmen ? quae vota deis non facta ? quibusue
Auxilium precibus non affectauimus vsq; ?
Omnia sed nobis sunt irrita facta ! precamur
Uos ergo vt nostris liceat reparare priores
Pectoribus vires : morosaq; pellere damna .
Tum sanctus si vis vires reparare priores
Sanariq; lue corpus lachrymabile mota !
Da mihi posse mea vi rumpere numina falsa:
Quasq; tenes pro dijs picturas stulte sacratis .
Unus .n. in caelo deus est : qui cuncta gubernat:
Cuncta uidet ! per quem factum mare sidera ! terrae !
Ille coli solus : magno q; est dignus honore :
Ille tuos solus poterit lenire dolores :
Et corpus purgare malis : et reddere uires
Hoc famuli facient ait ille Cromatius : ast hic
Ipse ego ! non famuli ! famulos ne poena sequatur
Ut timidos ! atq; inde sibi turbata dedisse
Numina supplicium dicant . Tũc exibet aeger
Ipse potestatem uastandi numina quaeq; .
Sic Sancti ferro inuadunt quaecunq; per altas
Signa domos quae tũc pro dijs gens stulta colebat .
Jupiter hic septrum regale tenebat eburnũ
Suspensus tecto aurato : rutilasq; feroci
Immensus leua flammas qui decidit ictu
Non bene defensus duris quibus utitur armis !
In terras ualido Sancti : cadit ardua phoebi !
Palladis et niueo de marmore lucida forma.
Integra nec fuluae iunonis restat imago :
Ima petũt arcus : et tela cupidinis alti .
Ima petũt currus mauortis et arma cruenta :
Et qui romanos totiens defendit ab hoste
Jctibus haud ipsum se nũc tutatur ab istis .
Procũbit cytherea uenus : statuaeq; uirilis
Fortunae : & solido confecta ex aere diana .
Tu solita es suuis fuluos agitare leones :

(c) 2007 Ministerio de Cultura

Uincere fulmineos apros : superare recuruis
Unguibus armatos ursos : cur te modo uinci
Diua sinis .' non ne ipa potes mutare figurā
Cadmaeae prolis.'cognataq; ducere in arma
Testiaden seue conbustum stipite matris.'
Non ne tuam faecondam mimis iā tantalis iram
Sensit in extincto crudeli funere partu .'
Et demum in rigida poenā conuersa figurā .'
Cur nūc diua cadis .' ferroq; excideris uno.'
Defuit an tua uis .' an maior te deus iste est.'
Jam iam uesanos ueteres sine pectore scimus
Clos fecisse deos | sed nulla potentia uestra est.
Omnia corruerant falsorum signa deorum
Quum sic sanctus ait . priscos habuisse vigores
Debueras : sed enim timeo ne sponte recondas
Quod frangi nolis numen te criste perosum .
Sed si sic equidem nullo sanaberis aeuo .
Nil nisi tum dixit prefectus restat in aede
Auro conspicuus thalamus | fuluoq; m etallo :
Grande mei genitoris opus . consumpsit in illo
Jam ducenta pater sextertia . sunt ibi cursus
Astrorum : solisq; viae : naturaq; quando
Ingreditur geminos : et concaua brachia cancri :
Aut qñ herculei contingit terga leonis
Feruidus aut piscem phryxaea q; vellera cernit.
Uel quando lunae coniungitur obuius ipsi :
Quare etiam crescant aestiuo tempore luces :
Atq; abeat longas noctes hirsuta capillos
Bruma : quid in causa quod fulmina semper opacas
Accendant nubes : sonitusq; per aethera reddant .
Unde sit ąmotus terrae : boreaeq; potestas.
Hac nos materia quaecunq; futura uidemus :
Prescimusq; animuz caeli : die stulte uidebas
Respondit iuuenis diuino lumine tactus
Te fore perpetuis damnatum in sede tenebris
Tartarea : flāmisq; cibum : longisq; colubris :
Sed tibi donec opus (credas mihi) manserit illud
Conpositum lecto semper miserande iacebis .
Membra cupit q; enim iam iam releuare cubili
Languida prefectus ; durumq; repllere morbum .

(c) 2007 Ministerio de Cultura

Fonditus ergo ſuum thalamum imperat ore reuelli:
Atq; trabi terrae tabulata. Tiburtius obſtat
Unica ſtyrps patripatiar ne hoc nobile tantum
Ipſe opus euerti? quod non fecere profecto
Mille dies una pereat dementia: quae nam
Haec foret: aut quiſ me nuper uexaret aſyllus?
Ne tamen infirmun uidear ſic uelle parentem!
Fiant fornaces geminae: quibus ambo crementur
Robora reſtituet ſi non amiſſa parenti.
Annuit huic dicto ſanctus ruit ecce ſuperbus
Aurati paries thalami: claroq; renidens
Angelus e caelo prefecti fatur ad aures.
Sane quid in lecto tantum prefecte moraris
Surge age: nam a criſto uis eſt tibi reddita: et huius
Corporis eſt virtus: audita hac uoce cromati
Deſilis in terras: et ſoſpes ad iſtius artis
Auctorem curris: pedibus dare dulcia tentas
Oſcula: ſed quid agis? non eſt tangendus ab uno
Nondum luſtrato ſanctus. tunc ipſe tuusq;
Filius in pura ſcelus omne relinquitis unda:
Fallacesq; deum leges: et noſtra piato
Corde ſacra accipitis: ſubito quos mille ſequũtur
Ex uĩis centumq; quater. iam fama per urbem
Sparſerat hec totam. iam poſt tormenta renidens
Multa zoe (manibus fuerat nam capta nefandis)
Emiſit moriens animam ad caeleſtia regna.
Quod quũ ſenſiſſet noſtros cur foemina greſſus
Tranquillinuſ ait precedens laeta coronam
Ante rapit dignam. cur uiuimus amplius ergo?
Mors accede precor: venit illa vocata: ſepultus
Eſt ſaxis: et ad aethereas it ſpiritus auras.
Turba virum neq; enim parcit tibi ſaeua tiburti:
Aut des thura deis | ut tu iubet illa negatis:
Aut calcas nudis pedibus: quas illa fauillas
Juſſerat afferri ardentes. conſtantia magna
O iuuenis: veriq; dei veriſſimus ardor:
Ipſe per accenſas ueluti per florea prata
Cantando uadis | ſemper tibi gloria criſte
Et laus. haecq; caput dicenti quippe reciſſum
Qua colo eſt iunctũ cecidit ſine uertice truncus.

(c) 2007 Ministerio de Cultura

Et cum germano peracuto Maree fuisti
Affixus palo: cuius uox talis ab ore
Exibat: quantum dulce est o fratribus una
Esse: paremqz suo pro Cristo sumere mortem.
Ast illis Fabianus ait prefectus: honores
Qui nouiter magnos intrarat: et ipsa Cromati
Ellectus loca. Cur non haec deponitis o uos
Inscipida: et saeuo cur non a funere stulti
Erriptis uos met: tua mors non nostra vocatur
O demens laetis verbis dixere gemelli:
Nulla dies tantuz nobis iucunda: nec unquam
Hora fuit precor usqz sinas hac sede manere:
Corporis istius dum nos hac ueste tegemur.
Tunc tumida prefectus ob haec excanduit ira:
Et germana iubet transfigi corpora ferro:
Sic animae iuuenum caelum petiere volucres.
Interea regi referunt quaecūqz per urbem
Fecerat hic totam Sanctus: quem protinus ad se
Euocat: et tales emittens ore querelas
Increpat ipse meos habui te scilicet inter
Egregios primū: nostri tibi cura palati
Agminis et princeps fueras: romana merebant
Sub duce te castra: et tu tanto tempore nostris
Perfide mumeribus contrarius atqz saluti:
Hūc rapite o famuli fortiqz ligate colūnae:
Inde suum corpus peracutis omne sagittis
Replete: et misero uacuus locus haud sit in illo.
Jussa citi peragunt serui: post terga reuinctis
Stat iuuenis manibus solido ǫqz pectora saxo
Et crura implicitus vinclis. veniuntqz volucres
Qui iaciant calamos neruo stridente per artus.
Quis prior e uobis adeo temerarius arcu
Incipiet iacere arma viri: manibusqz nefandis
Percutere immeritum corpus: mililia crebris
Ictibus eueniunt: ueluti quū plurima grando
Decidit in terras: aut quū iouis ardua quercus
Uentorum quantos vi fluctus excutit acta.
Impietas o magna ducis. prob saeua uoluntas
Principis ille manet peracutis membra repletus
Heu sanctus telis: hirsutus qualis echinus

(c) 2007 Ministerio de Cultura

Talis erat iuuenis : quibus ictibus ille putatus
Mortuus a cunctis / sine per loca tetra sepulchro
Proijcitur : canibusq; auibusq; relinquitur esca .
Post aliquod tempus gradibus stans cernitur altis
Regalis tecti : nullumq; tenere fozamen
Uulneris illati : sed vt olim corpoze toto
Incolumis / similiq; sono repzehendere regem
Crudelem auditur . quid christi occidis amicas
Impie caesar oues .' aderunt (mihi crede) propinqua
Fata tibi / et forsan sic te fecisse pigebit .
Huic ne dari quondam validis ego funera telis
Induperatoz ait iussi .' non mortuus ergo
Iste sebastianus .' rapite hunc : iterumq; (paratis
Imperat hoc famulis) horrendae tradite morti .
Hunc rapiũt : et verberibus turba impia multis
Afficiunt : et fuste iterum ferroq; trucidant .
Deinde cloaca suum recipit tenebrosa cadauer :
Hoc ne christicolae venerentur : et vsq; repertum
Magnificent . sed enim meruit non tale sepulchrum .
Ergo tibi in somnis christi sanctissima virgo
Nocte sequente meũ dixit cape lucia corpus .
(Oñditq; locum) quod digno conde sepurchro .
Dira lues italas paruo post tempore gentes
Inuasit : latioq; ingens regnauit in omni .
Principio immundum funesto carpit ouile
Illa malo : nam pastor oues tellure cadentes
Sponte sua : lanasq; videt . miratur arator
Inter opus mugire boues / validosq; iuuencos /
Concidere in medijs resoluto corpore sulcis .
Acer equus moritur sub milite . et ira leonum
Cessat : et in pedibus nulla est fiducia ceruis :
Nulla suis lepori : neq; enim reminiscitur ursus
In solitas saeuire feras . dens concidit apro
Fulmineus . tandemq; lupis uiolentibus acta
Cum pecore infirmo pax est . quid plura .' cadebant
(Illa lues et enim totas uitiauerat auras)
Exanimes in humuz uolucres : et morbus habebat
Omnia . deinde uenit damno maiore per urbes
Pestis : et humanum tangit genus . ecce iacentes
In terris passim recubant : et corpora uoluunt

(c) 2007 Ministerio de Cultura

Putrida : nec possunt pedibus consistere certis.
O quanti gemitus miseris : suspiria quanta :
O quales populis lachrymae : quantiqꝫ dolores :
Coniugis ante pedes vxor | natiqꝫ parentum
Funesta cecidere lue . soror ipsa sororem :
Et frater fratrem morienti conuocat ore .
Nullus opem meruit : nocuere medentibus artes :
Qui dat et auxilium citius perit . omnibus idem
Morbus inest : et laetiferos putat esse penates
Quisqꝫ sibi : sic quisqꝫ suas cito deserit aedes .
Sed pars vestibulo primisqꝫ in faucibus altae
Saepe domus : pars saepe via cecidere . quid vltra
Euhar .' extinctis sunt omnia strata viarum
Corporibus : campi : montes : adopertaqꝫ rura .
Deficiunt thaedae membris | et ligna cremandis .
Et qui dent tumulo | tumuli si forte fuissent .
Deniqꝫ vox talis caelo est audita sereno .
Ante mori non deficient hac clade virorum
Corpora:ticini q̃ sint altaria sancto
Facta sebastiano ; quae gens vbi perdita fecit .
Morbida cessauit contagio : pestis abiuit .
Reddita pax italis . creuit tum fama per vrbes .
Religioqꝫ huius latias et gloria sancti .
Huic sacra quisqꝫ facit populus : mollitur et illi
Templa pio cultu : et magna pietate sacrata .
Istius auxerunt etiam miracula famam :
Aeternumqꝫ sacro celebrandum carmine nomen .
Mira|qnidem fecit | non iam cantanda libello
Cuncta meo : namqꝫ ipse prius quot pontus harenas |
Sidera quot caelum : quot baccas palladis arbor
Describes | et habet quot iulius vstus aristas .
Nos tamen e multis clarum hoc recitabimus vnum .
Vt discant manibus castis : et mente piata
Caelestes coluisse viri ; nec velle prophani
Templa subire deum . Postq̃ huius numine sancti
Omnis ab ausonia secessit pestis amara |
Dedita gens sacris templum aedificauerat ingens
Tuscia : quo iani lux septima post vocat idus
Innuptas | nuptasqꝫ simul | iuuenesqꝫ | senesqꝫ |
Festa sebastiani facturos magna colendi .

(c) 2007 Ministerio de Cultura

Una fuit veneris ſtimulis agitata mariti
Concubitu potita ſui : quae corpore foedo
Mixta alijs templum ingreditur . nec crimina diuos
Cuncta videre putat tenebris latitantia quãuis:
Praeſſerat haecmundum ſacrati limina templi
Intrat quum ſtygius temeratos ſpiritus artus:
Et varijs ſtimulis / varijſ cruciatibus angit :
Ducitur ad templi cuſtodem . veſte ſacerdos
Indutus diuina facit qua ſacra nitenti /
Hanc tegit / vt caecos expellat mente furores .
Sed ſubito tali ſentit ſe peſte teneri .
Maioreſq3 pati cruciatus ; namq3 tonantis
Juſſu membra malus ſuberat licet optima demon
Tunc ad anum magico deducunt carmine doctam
Hanc miſeram coniũxq3 ſuus / moeſtiq3 parentes .
Sed quando horriſonum / confuſaq3 murmura / carmen
Cepit anus / multas diuina potentia miſit
Sedibus ex ſtygijs furias : varioſq3 dolores
Corpus in iſtius . Tum flammea lumina voluit .
Et ſparſos per terga rotat furibunda capillos .
Hac nunc infelix nunc circumflectitur illac .
Obſtantesq3 ſuo conatu diſſipat omnes .
Plenior aſſueto duriſſima vincula rumpens .
Et modo liuenteſq3 genas / oculosq3 minaces :
Et modo purpureum demonſtrat in ore colorem :
Et placidos vultus : modo fit velut aſpera ſerpens .
Dein placata iacet . quandoq3 locuta latine :
Et grece quandoq3 fuit . nunc perſica profert
Verba / ſciens etiam nabathea vocabula : narrat
Sauromatae quid agant: quid agant et in orbe britanni
Nullo depoſiti : coruisq3 ſimillima membra
Aethiopes candore ſuo . tenet omnia quae ſunt
Quaeque futura loquax . tamen illa reuertitur altos
Saepius in ſtimulos : agitataq3 verbere ſaeuo
Eumenidum partes demens bacchatur in omnes .
Nempe quid eſt aliud veteris ſub pectore phoebum
Credere deiphobes frenis fera corda domare ?
Phemonoen et enim portaſſe aliena per antrum
Colla ingens ; iramq3 dei ; et ſparſiſſe vagantem

(c) 2007 Ministerio de Cultura

Obstantes tripodas . stygius nam spiritus illis
Infusus demon nostrae mala semina vitae
Ire per immensos cogebat saepe furores .
Atq; per ambages rabidas . hanc deniq; iussu
Placati lachrymis sancti prece : thureq; multo
Fortunate tuis meritis vir grate tonanti
Talibus a poenis et ab ignibus eripis atris .
Ista sebastiani vita est cum funere acerbo
Per cuius lacerum corpus : sanctumq; cruorem
Mille foraminibus pro te rex optime fusum
Pro pietate tua sparsum rogo dulcis iesu
Uiuere da laetum . da mentem in sospite sanam
Corpore . debinc fessis pacem concede quietam
Sedibus aethereis quum mors euenerit atra .
Huic quoq; sancte suis pro gentibus vsq; tonanti
Sis supplex : nec funde preces in nostra caducas
Uota rogo : careant vrbes : atq; oppida quaeq;
Funere pestifero : valeant homines q; : gregesq; :
Et mortale genus ledat contagio nulla .
Nam potes : a cunctis nos tu defende periclis
Et nobis sis vsq; comes dum vita superstat .
Et quando rapiet nos : quae rapit omnia : parca
Spiritus aethereas tecum petat arduus arces .

UALE.

(c) 2007 Ministerio de Cultura

Antonius Maria Visdomin⁹ domino Pyrrhamo Pepulo Bononiensi Salutem plurimam dicit.

AM oudum ad te (vt pollicitus fueram) mittendus
i erat libellus in numeros redactus: quem tu soluta ora
tione legeras Pyrrhame virtute nobilis et prosapia. ve
rum nõ obliuione | sed varijs impeditus negocijs fui tardiuscu
lus: nunc vero (vt quae promisseram exequar) accipies non te
profecto iuuene erudito et generoso dignum munus: sed mei er
ga te amoris monumentum et beniuolentiae: qua te semper nõ
mediocri sum prosecutus: fouebisq; debilem musam nostram:
et vndiq; ab inuidis exagitatam. demum parenti tuo sapientis
simo integerrimoq; viro: ac domino Camillo tibi fratri dignissi
mo me plurimum cõmendabis: quorum mandatis (vt tuis)
me semper habebitis paratissimum deditissimumq;. vale | 7 te
(quod facis) amantem ama. E domo Magnifi
cae Diamantis tibi amicae Idibus octobris. M.cccc.lxxxx.

De praecedentia inter magnũ Alexandrũ Hannibalem poenum:
et Scipionem romanũ per Antoniũ Mariã Visdominũ ad no
biles ac studiosum iuuenem dñm Pyrrhamũ Bononienses | fili
um magnifici ac generosi Comitis Guidonis de Pepulis libel |
lus incipit.

USA Faue | strictim dum fortia gesta canũtur |
Magnanimiq; duces: quos non capit africa nigro
m Coniuncta oceano: nec qui circũfluit indos
Assiduo tepidus nabathaeo lumine nilus.
Duxerat ad stygias: quae conterit omnia: sedes
Hannibalem mors tarda tibi | tibi martia tellus
Et cupienda prius: quuz nundum caede cruentam
Fecerat italiam gaetulo tergore vectus.
Qui postq; optatas tetigit depostus harenas |
Vidit Alexandrum praedonem totius orbis |
Si non terrarum vindex fortuna timentum
Huic inuidisset | spatiosa per arua vagantem.
Et velut in vita fuerat delator honoris:
Et tumidus maiorte suo | sic nititur illum
Tartareis superare locis: magnoq; videri
Maior Alexandro. sed enim vesana propago
Principis haec matefert pellaei: certus ab illo
Nec vinci: moriq; sui memor ille vetusti

(c) 2007 Ministerio de Cultura

Decreuit cunctos animo praecedere manes.
Hijs igitur verbis ora indignantia soluit.
Nullus in orbe ducum maior me: nullus honore
Dignior: is cessi nullis iam regibus. is iam
Principibus: sed me terrarum totus honorat
Orbis: adhucq; meo percepto nomine pallet:
Et tu plene volis audebis homuncule nostrum
Uelle locum? et tanti deposcere regis honores?
Iste tuum in corpus nam spiritus ante rediret:
Inde suos volitans portaret in aera vultus.
Poenus vt audiuit solitam pertransit in iram:
Nec se ferre potest. sed ait proh iupiter ipse
Flamminij domitor: Pauli superator: t Appi.
Et cui victori Marcelle relinquis opima:
Quem nec crispinus: quem nec seruilius acer:
Nec qui iam gelidas infecit sanguine ripas
Ticini: ausonio valuit propellere regno!
Huic ego posthabear forti? qui nil nisi moles
Deuicit populos: et vino contudit illos?
Crede mihi macedo! sic fas: sic iura loquuntur:
Sic et nostra manet sententia. tunc tibi magnus
Cedat! quisq; tenet uitio polluta nephando
Corpora luxuriae: uel quae complexa virorum
Impietas: caedisq; iuuat crudelis imago:
Multotiens et cui data foedera rumpere: et vti
Perfidia placuit: cunctos naq; uincis eisdem
Illos in uicijs. tum cretus amilchare dixit:
Te nisi praecedam! per aquas phlegetontis opacas
Iuro! moturum nigra tartara: me quoq; portas
Clausurum infernas! non est mea mortua virtus.
Et quocunque loco nullos requiescere manes
Consistam. in regem quos omnes usq; cibo.
Risit alexander temeraria dicta furentis
Sidonij ducis: et placido tunc rettulit ore.
Hannibal haud tacitos nos haec contentio reddet:
Iudicet ergo iouis minos: qui semper amator
Iustitiae! aequato gentes examine seruat
Infernas: et iusta leues fert iura per umbras.
Hoc cupit et libyae quõdam regnator: et ipsum
Quaerit agenoreum per auerna silentia regem.

(c) 2007 Ministerio de Cultura

Jam quaesitor adest minos : qui nomina postq̃
Et patriam | et causas sensit : ferat inquit uterq̃
Uirtutis nũc facta suae | quo tradere uerum
Judicium possim : et iustas cognoscere causas :
Dixerat | at libycus qui iam cupiebat honores
Uoce sua extolli : dictis et crescere nomen :
Et loca prima dari sibi | talia protulit ore .
Me iuuat hoc unumq̃ et hic | bñ nouimus ipsi
Sermones graecos: nec me superare loquendo
Hic graece poterit | minos mea percipe verba |
Illos laude puto dignos ego maxime | qui iam
Principio fuerint humiles : fastigia deinde
Ascendant : propriaq̃ duces virtute gubernent
Imperium : et grandem famaq̃ sine fine potentes
Per mare | per terras spargant | perq̃ aera magnum :
Ipse ego pene puer paucis comitatus iberum
Pugnacem uici : nostroq̃ resistere bello |
Uiribus et nostris potuit non forte saguntum
Grande opus alcydae magni . superare suprema
Hesperiam ualui : nec gallia tutior istis
Dura fuit : per quam duxi mea classica victor .
Non mihi siderei montes : nec inhospita tellus
Obstitit : et nullo perterritus ipse labore
Perdiderim quamuis intenso frigore lumen |
Quin peterem latium . tum quantas bannibal vrbes
Euerti : cecidere acies : quam bellica castra
Ense ruere meo . romana caede cruentus
Fluxit q eridanus. iacet interfectus opima
Tertia qui feretri magna suspendit in arce .
Inde nihil feciſſe putans | nisi dextera portas
Frangeret idaeas : uictriciaq̃ arma suburra
Poneret in media | transcurso protinus omnem
Italiam iubeoq̃ meis consternere campos
Aetolos poenis. (referam quid caetera ? tantos
Uno marte uiros stygijs demissimus vndis
Ut gemmae illorum modijs non stare duobus
Nobilium ereptae digitis (res cognita) possint :
Et mihi fecerunt romana cadauera pontem .
Ipse nec bãmonis dictus : nec somnia narrans
Falsa meae matris ; nec dictus ab angue creatus :

(c) 2007 Ministerio de Cultura

Omnia mortalis sed homo | namqȝ ista peregi.
Magna duces mecum prudentia mansit habendos:
Semper et in medias audacia maxima turmas
Compulit aeneadum: gladios non | saxa | sagittas:
Et neqȝ pila timens saturnia regna nec unq̃ȝ:
Fortia quae domui magna virtute relinquens
Armenios | medosqȝ simul: qui protinus omnes
Assueti nullo sua vertere terga sequente:
Et facile instanti palmaȝ praebere timentes.
Haec et plura meis perfeci viribus: et non
Imperij succesor eram: mihi regna potenti
Non fortuna dedit: nec regem fecit amilchar
Me pater: at propria creui virtute per omnem
Cognitus oceanum: tepidiqȝ a littore nili.
At quũ hic. alexander regni succesor ad issum
Persarum regem miserum vicisset: et eius
Ferret opes | opibus captus delabitur omne
In vitium: tunc atra tegit rubigo sarissas:
Dilluitur tũc cura mero: tũc principe nulla
Sollicitudo manet belli: cõuiuia sed tunc
Luxuriosa parat: tenet omnis inbertia cunctas
Tunc acies: et tunc multo madefacta lico
Castra iacent | placido capitur quoqȝ ductor amore
Bersanies: haec sunt haec principis inclita facta |
Egregijqȝ ducis facinus memorabile: et albis
Signandum fastis. superat sic scilicet omnes:
Praecipue | quia iam caros mactauit amicos
Ebrius: inde volens miseris praebere fauorem
Spiritus infernis quũ iam perfusus in undis.
Ast ego non lentus volui parere timenti
Damnatum patriae quũ me reuocaret et illud
Aequo animo tulimus semper | non ipse tyrãnus
Sed priuatus enim | potui licet usqȝ videri
Affecto: sunt haec feci quae barbarus: et me
Nullus aristoteles docuit: nullumqȝ secutus
Meonidem valui tantos euertere muros.
Haec sunt pelleo iuueni | quibus anteferendus
Ut puto | semper ero minos | nisi forsitan ille
Nunc me vincat in hoc | quod tanti principis olim
Ornauit diadema caput. sed forte decorum
Hoc apud aemathias gentes; videatur ob istud

(c) 2007 Ministerio de Cultura

Non tamen hic melior : nec me praestantior unquam
Me duce magnanimo : generoso et principe : cui non
Consilium palmam : nostrae sententia mentis
Sed dedit : et nostrae fiducia maxima dextrae .
Dixerat haec poenus . non haec oꝝ nempe
Ingenerosa fuit iudex ait europoeus .
Respondes quid ad haec taciturne : silentia rumpe :
Sit mora parua tibi . Tuꝫ sic animosa profatur
Progenies clari prorumpens verba philippi :
Debebam o minos nil respondere superbo
Huic homini : nam sola meae virtutis amicos
Fama docere potest : preclaraqꝫ nomina tanti
Principis : ipse habitus fuerim rex qualis | et iste
Sit latro : q̃ꝫ fidus ego : ꝛ q̃ꝫ perfidus iste .
Sed si scire cupis minos aduerte | videbis
Hic quãtum superatus erit virtute uel armis :
Me minor et quantum : sua ni dementia nuper
Maxima alexandro maiorem reddat habendum .
Prima mihi tenero chari fuit exequiarum
Cura pr̃is : patriaeqꝫ feros occidere caedis
Consocios meritas iubeo quos pendere poenas .
Inde rebellantes varias compescimus urbes .
Partibus eois extinxi seditiones :
Tunc tacito tremebunda gradu me tota recepit
Graecia . quumqꝫ meo uidisset marte cadentes
Thebarum muros : et moenia diruta | ab ipsa
Dux ego constituor : regno non esse paterno
Contentus volui : nec quod macedonia | sed quod
Omnis habet tellus | et dorydis aequora sedes .
Et toti dominus sperans dominarier orbi
Confero me paucis asyae comitatus ad urbes .
Hic cuꝫ dario persarum rege potenti
Innumeras retinente acies | durasqꝫ phalãges
Adrastis primam pugnam comisimus agris .
Prostratus dari miles : iacet inde per omnem
Currimus ioniam : phrygiã superamus : et ipsa
Lydia me sequitur (narrem quid caetera) non ne
Nititur audaces iterum reparare cateruas :
Et tentare iterum populo noua bela recenti .
Dariusqꝫ meas penitus cognoscere uires .

(c) 2007 Ministerio de Cultura

O quantos homines ! et quanta sonantia tela
Uidisses minos.' non totum sidera caelum
Tanta tenet : frondes non ida : nec aequora pisces :
Quot galeae instabant illic : quot scuta : quot enses :
Quid loquor .' ignoras .' dic quantas misimus orcho
Pallentes animas .° fassus mihi scilicet ipse est
Ligna charon q̄ plura suae adiunxisse phasello
Transportare tamen vix se voluisse diebus
Bissenis vmbras . saepe et gemuisse carinam
Pondere sub tanto : et multam accepisse paludem .
Tunc nostris manibus dari pulcherrima coniunx
Affuit : et natae : soror et formosa : parensq3
Et tamen intactae ad charum rediere tyrannum .
Scilicet haec penus quondam fecisset in aeuo.'
Tertia quid dicam certamina.'vector aquarum
Tunc fecisse ratem c̄ multos inquit hiatus.
Tunc asyae dominus regni caput ipse [repente
Persepolim expugno . darius honore sepultus
Regali iacuit : cui si vixisset | vt [in me
Mos erat | amissas vrbes ego restituissem .
Hoc mihi nec sat erat scythiam mauorte feroci |
Et domui hyrcanas tygres : mardosq3 subegi.
India deinde meas cepit deuicta cohortes :
Senserunt etiam Crispi mea facta sycambri .
Jam quid plura loquor .' nili caput obruit vndis
Imperium | oceani posuitq3 in littore signum .
Parcendum est igitur | diuus quibus ipse videbar |
Et non humanus | rerum mensura mearum
Tale aliquid de me genus vt mortale putaret
Efficit : at tandem mors intempesta serenum
Me rapuit regem . sed mors dic pessime qua te
Maiestate rapit | vel qua tellure morantem .'
Exul erat | vt erat crudeli porro necesse |
Conueniensq3 viro . mors scilicet inclita digno
Commemoranda loco : qui vicerit armipotentem
Hic est italiam : romanaq3 castra subegit .
Dic age quis armis.' aut qua virtute .' profecto
Perfidiaq3 : dolisq3 : et fraudibus : insidijsq3 :
Immemor et semper iusti | tu et semper honesti |
Aeneadas vincis | vocitras si perdere [vitam

(c) 2007 Ministerio de Cultura

Vicere vicisti ? quis ad haec te littora misit
Mentis inops ? niueis haec est victoria pennis .
Sed quia delicias : nostra et conuiuia versas
Ore tuo ! nobis oblitus pene videris
Hannibali cannas campana tibi arua fuisse .
Plura quidem possem ! sed dicta fideliter ista
Sufficiant ! Minos igitur iustissime . verum
Detur iudicium . dictis obmutuit istis
Magnus alexander . sed iam prope venerat vnus
Laeta triumphali redimitus tempora lauro :
Aspectu facilis : iucundus : amabilis : acer :
Atq; ferens manibus binis victricia signa .
Illorum qui quum sensisset verba virorum
Talibus alloquitur placidus minoa loquellis
Ante precor iudex audi mea gesta ! profecto
Impare laetatur numero deus : bi duo : sed post
Tres erimus . quis tu minos ait optime ? et unde
Audes tam claris ducibus temerarie ! qui te !
Te conferre modo ? respondit nomina dicam
Scipio romanus media dux inclitus olim
Natus in italia . quod quum sensisset ! acerbo
Affectus reddit minos haec dicta dolore !
Parce mihi : ignoto lata est iniuria nobis
Si qua tibi semper mauortia iura tuenti :
Quodq; cupis dicas ! coram tua gesta referto !
Percipiendus enim . cepit cornelius ergo
Talia commemorans . non haec ego dicere tento
O veneranda iouis proles ! o sancta propago
Principis aetherei minos regna inuia viuis
Qui stygios habitare lacus : hac sede silentum
Conciliumq; vocare tua ! et donare nocenti
Iustitia poenas meruisti in morte cohorti
Perferri cupiam quod cunctis : huius honoris
Nunq; auidi fuimus generis . sed scilicet esse
Maluimus tales quaz gentibus usq; videri .
Me neq; laudando tumidis (fecere quod isti)
Afficiam verbis aliquem : me iurgia nullus
Enarrante feret ! puero mibi tale profecto
Displicuit vicium . primus ego deditus annis
Artibus optandis , non tantum scire putabam

(c) 2007 Ministerio de Cultura

Magnificum sed enim natu maioribus omne
Audiui: et dignum quod vidi multa legendo!
Conatus validis illud superare lacertis.
Pene puer! nec adhuc duris assuetus in armis
Postibus erripui patrem: pauidumq; remoui
A misero sensu patriae stricto ense senatum.
Interea electus dux paruo milite ad oras
Hispanas vltor patrui necis atq; parentis
Confero me: capioq; nouas cartaginis arces;
Captiuosq; suis reddo: indulgentia multos
Illa mouet populos vt punica septra relinquant:
Et pia romulidum diuinaq; iura sequantur.
Redditur et cupido inuiolata puella marito:
Muneribusq; suum recipit Masinissa nepotem
Donatum multis: captiuaq; corpora victo
Hasdrubale hispani: quam rem admirata suprema
Hesperia appellat regem me. cepimus Hannum;
Incola quamq; vocat magnae regionis oringem.
Quid referam quantas conspexit besula sedes
Quando feros hostes nobis dare terga coegi
Hac victrice manu. quid regula funera: strage
Arserunt quanta et numidarum castra cadentum?
Atq; Syphax capitur nobis data foedera rumpens.
Singula quid narrem? victus fuit Hannibal iste;
Et procul a patria magna cum clade fugatus:
Non tamen euentus rerum me prosper earum
Eleuat: et fecit non me fortuna superbum.
Nam laetam repeto victa cartagine romam
Me patria! affines! et amici semper eundem!
Romaniq; habuere mei. Nihil emimus vnq;
Uendidimusq; nihil. non qui preciosa teneret
Uasa! argentum ingens! radiata palatia gemmis
Hic mihi diues erat: sed erat quicunq; fideles
Ille sibi diues multos fecisset amicos.
Quodq; sit hoc verum nummorum qualis auaro
Cura manet cupido! talis mihi semper amicos
Cura fuit! verosq; mihi reperire sodales.
Eq; foro nunq; proprios remeare penates!
Ni quocunque modo mihi partus inesset amicus;
Usque quibus fuerim qualis scit laelius; atq;

(c) 2007 Ministerio de Cultura

Quamplures alij : domita cartagine pulchrum
Uectus ago romam turba comitante triumphum:
Perpetuumq; fero nomen : censorq; creatus
Percurro aegyptum : syriam peto : graecia nostro
Subiacet imperio : nec me res ampla minoris
Maiorisq; asiae refugit quin tota quirino
Seruiret populo : tyberinaq; viseret arua :
Tarpeiasq; arces laetis adducta triumphis .
Inde absens hilari patrum clamore creatus
Consul in extremis regionibus arma gerebam
Aspera bella ferens : cadit illa numantia bello
Expugnata meo : tantos quae marte per annos
Obstitit audaci certis fortissima hiberis .
Sed iam finis erit . nam si mea gesta silentum
Arbiter vmbrarum vellem tibi cuncta referre
Ante quidem posset sedes hypsione natus
Pas intrare : nigramq; suo irradiare paludem
Lumine : confeci facta haec / et plurima : nec me
Pressit inaduersis / nec me fortuna secundis
Conflauit rebus : nec auarus multa talenta
Congessi : pelopis nec opes / licet ipse valerem .
Sed paruo contentus eram : nec bellica solum
Me celebrem / sed me celebranda domestica virtus
Fecit : et aeternum tribuit mihi candida nomen .
Justus eram / clemens / et libertatis amator :
Seruator patriae : nunq; me caeca libido /
Impietas nec me tenuit : mea facta prophanat
Nulla lues vitij . dixi quodcunq; volebam
Non ducibus certe egregijs vt praeferar istis :
(Sum prius hoc fassus) sed erat mihi nempe molestum /
Et graue romanos semper superasse nitenti
Non monstrare alias gentes virtute / vel armis.
Sicut pro patria pugnaui viuus : et omni
Praeposui illius pietatem / sic modo dicta
Haec sint pro patria nigri paccatoris auerni.
Publius his tacuit dictis / quum talia iudex
Recte equidem dixti : velut et romana decebat
Pectora Cornelj : minos ego quum bene noscam
Te non bis ducibus castrensi laude minorem
Maiorem potius : sed quum superasse benigni

(c) 2007 Ministerio de Cultura

Nos alijs animi virtutibus | anteferendum
Censeo te: capiasq3 locum tu Magne secundum.
Et non spernendo sedes sit tertia poeno.

Epythaphia nobilissimae pudicissimaeq3 dominae Helisabeth de Pepulis ad eumdem.

Hic iaceo Helisabeth | pepulorum semine creti
Romaei coniunx | Bentiuolea diu.

Quam pepulea domus de sanguine Bentiuolorum
Romaei vxorem ceperat alma sui |
Egi quos potui cum quo concorditer annos
Helisabeth tumulo mortua claudor in hoc.

Bentiuolos stabili | pepulosq3 ligamine quondam
Quae iunxi thaedis helisabetha meis
Hic morior a binis et adhuc comitata puellis
Hac pietas | illa parte pudicicia est.
Apicis hoc tumulo sub me quicunq3 iacentem
Salue siue precor dic mihi | siue vale.

Bentiuolis pepulos consanguinitate propinquos
Quae feci helisabeth | me tenet iste lapis.

Quisq3 pudiciciae | nec non pietatis alumnam
Dicere quam poterat moribus esse suis |
Hac vrna helisabeth stirps bentiuolea quiescit:
Cuius conceptu stat pepulea domus.

Bentiuoli generant: pepulorum thaeda iugalis
Me capit helisabeth | quae modo condor ibi.

Hic iacet helisabeth sacro veneranda pudore |
Maxima spes miseris: et pietatis bonos.
Gloria bentiuolis | contrarierat a quibus ortus:
A quibus | et pepulis gloria facta parens.

Hoc extincta solo est pietasq3 | fidesq3 | pudorq3 |
Est vbi virtutis helisabetha parens:

(c) 2007 Ministerio de Cultura

Una connubium cuius duo vincula iunxit /
Quum iunxit pepulos bentiuolosq; simul.

Per quam bentiuolis pepulorum iuncta propago
Deposita belisabetb hoc veneranda loco est.

Non te bentiuola romaeus ducit ab aede
Solam / quem generat pepuleana domus.
Sed tecum accedit pietasq; / pudorq; : nec ipse
Fit pater ex una coniuge: vero tribus.
Quae nunc tecta iacet isto belisabetha sepulchro /
Qua nunquam mater castior ulla fuit.

Bentiuolea fui virgo : sed nupta ferebar
De pepulis / posita hoc belisabetha loco.

Me quicunq; vides tumulo residere sub isto:
Dic precor ex imo talia corde tuo.
Quae simul aeterno iunxisti nobile nodo
Uirtutis pepulos bentiuolosq; decus /
Pauperibus qualis viua belisabetha fuisti /
Sit deus ipse tibi talis : et inde vale.

Epytaphium magnifici Comitis Galeaz de Pepulis.

Grande decus patriae : pepulis spes magna / suisq;
Gloria : bentiuolis sanguine iunctus bonos :
Recti : doctrinae : fidei : pietatis alumnus :
Munificus : locuplex : integer : et facilis :
Corporis / atq; animi caelebs : iucundus amicis :
Nec peragens nonas sponsus olympiadas :
Felsineus Galeaz comes hac nece praecoce raptus :
Festinoq; nimis funere tectus humo est.

De iuuene cum patre suo a basiliſco interempto / et de vi ac natura nõnullorum serpentum ad Johannem Dominicum Carzolam Sarzanensem Bononiae legibus indulgentem.

Aspice q; subitos hominiꝫ mors pallida casus
Afferat : et quantos precipitata necet. c.2.

(c) 2007 Ministerio de Cultura

Est locus antiquo Butrium qui nomine dictus:
Milia felsinea distat ab vrbe decem.
Terra ferax bacchi est: cereris quoqz: pallas et illud
Non dedignata est excoluisse solum.
Hoc senior vitam ducebat rure colonus!
Arua colens dura non aliena manu.
Huic inerat soboles arte ingeniosa paterna:
Ingentes certe qua cumulabat opes.
Hic modo faecundos praescindit vomere campos:
Ille per herbosam sarcula ducit humum.
Discipat hic glebas rastrorum pondere inhertes:
Hic spargit pinguem culta per arua simuz.
Ille trahit lento contextam vimine cratem:
Atqz aliusiactat semina sparsa manu.
Quiqz minor natu fueras ad laeta iuuencas
Pascua agis teneras: et pecus omne tuũ.
Quid de foemineo sexu? minor illius ordo
Non erat: adqz suũ non minus aptus opus.
Dum trahit haec lanas: aut telam pectine densat:
Detinet hanc chari scissa lacerna viri.
Illa cibos longas portat tondentibus herbas:
Defectas raris dentibus illa trahit.
Haec ouibus teneras modo colligit arbore frondes:
Nunc eadem curat pascere glande sues.
Nullus inhers inerat: sed cultu decitus omnis:
Et quemcunqz suum continet officium.
Felix o nimium felix et laeta iuuentus
Si foret hoc puteus nullus et unda loco.
Unus erat! sed non ad opus: per saecula longa
Nec potus: paruis sed quasi siccus aquis.
Leperat exeso ruere hinc atqz vndiqz muro:
Atqz erat in medio limus et herba solo.
Lympha nimis procul est: nobis propiore paretur
Illa loco: puteus quam vetus iste dabit.
Purgemus puteum senior sic dixit: at illi
Huic apta officio protinus arma parant.
Saepius e sũmo demissa cacumine corbis:
Quicquid et humoris manserat extrabitur.
Sed coenosa palus fundo restabat in imo:
Unum quae ex multis eijcienda uocat.

(c) 2007 Ministerio de Cultura

Unus de iuuenum turba demittitur ergo
In foueam : sed qui corpore maior erat .
Inscia mens hominum morbi | pestisq; futurae |
Quid facis ? en tacito mors venit atra pede .
Quo vadis ? remane iuuenis : funemq; relinque :
Descendis tali non rediture loco .
Molia descendit paulatim lina retractans :
Transierat medium nec bene tutus iter .
Quum capite obuerso cecidit collapsus in imum :
Excutit in medio nec sua membra fimo .
Talis in auxilium genitori casus eunti
Acccidit : et simili funere plangit humum .
Mirantur | plorantq; simul tum caetera pubes :
Et petere haec quamuis corpora chara timent .
Tum famulus (famulum senior nam diues habebat)
Talia robusto pectore fortis ait .
Quid lachrymis opus est ? nodo mea membra tenaci
Nectite | ne simili forte timore cadam .
Sic ego paulatim depostus herilia adibo
Corpora : sed lenti sint tamen vsq; gradus .
Me trahere vt ciciùs | caderent si talia signa
Possitis : et ab hac me releuare nece .
Haec vbi dicta cauam corbem subit : hacq; ligatus
Ora capit tristes per scelerata vias .
Vix bene demissus summas cum margine ripas
Liquerat : et fouea vix bene tectus erat .
Quum cepit titubare miser : quum fronte remissa
Depressisq; oculis cernere cepit humum .
Atrahitur subito | sed non vt oportuit : illa
Extinctus iacuit luce putatus humi .
Non mouet hinc humeros : non illinc brachia : verum
Sentitur tepido corde subesse calor .
Undiq; conueniunt narrantes multa coloni :
Et dantes varijs talia fata malis .
Inter quos senior vestitus tempora canis
Elloquitur longa plura notata die .
Nunc audite viri : vestrasq; aduertite mentes :
Mira feram | longo tempore visa tamen .
Vt varias hominum species natura creauit :
Quas nutrit varijs ingeniosa cibis . c.iii.

(c) 2007 Ministerio de Cultura

Magnaqꝫ multiplici repleuit vt aequora piſce :
Ut liquidum multis aera prepetibus .
Sic diuerſa dedit ſolers animalia terris.
Pars nobis proſunt . pars quoqꝫ ſaepe nocent :
Inter quae voluit uarium genus eſſe draconum :
Peſtiferis tribuit dira venena quibus .
Sanguinolenta virum quemcũqꝫ momorderis aſpis
Sopitus certe tartara nigra petet .
Ille ſiti moritur tetigit quem torrida dipſas
Flumineis quamuis merſus ineſſet aquis .
Membra fluunt : ſanieqꝫ natant : ſoluuntur et oſſa !
Qui ſenſit morſus ſeps nocituꝛe tuos .
Corpora laxantur nigro tumefacta veneno
Fulmineo preſter quae premit oꝛe ſuo .
Ex re nomen habent cherſidros : et ammoditesqꝫ :
Et iaculiꝫ: et natrix : atqꝫ ceraſta vagus .
Albis terga quoqꝫ eſt maculis diſtinctus ophites .
Et geminum poꝛtans amphiſibena caput .
Quid de te ſcytalis .? vobis quid et ipſe chelyndri
Nunc dicam .? an uobis vis data parua fuit .?
Quas habet an ſuperant hemorois aſpera .? moꝛs hac
Heu heu ꝯ multo plena cruoꝛe venit .
Namqꝫ virum ſi quem morſu deprehenderit atro
Sanguinis effundit coꝛpoꝛe quicquid habet .
Scoꝛpion exiguum uires quis credere poſſet
Tam ſubitae cauda moꝛtis habere ſua .?
At ſi uirus in hoc : et in hoc medicina moꝛatur :
Tale quidem ſed non hoc baſiliſcus habet .
Quem puto peſtiferum ueſtro cum fratre parentem
Mandaſſe ad campos protinus ellyſios .
Dira lues parui ſerpentis et alta poteſtas :
Non iam bis ſenis longioꝛ eſt digitis .
Sed ſuperat cunctas feruenti coꝛpoꝛe peſtes :
Afflatu pallent gramina cuncta ſuo .
Afflatu viridi pallent et in arboꝛe frondes :
Cumqꝫ ſuo amittit coꝛtice aduſta comas .
Fit ſterilis tellus :|et eo corrumpitur aer :
Et ſolitas volucri denegat ille vias .
Illius horrenda cunctos fugitare dracones
Uoce ferunt homines ; ꝛ tremere omne pecus.

(c) 2007 Ministerio de Cultura

Huius virus edax perfrangit marmora viua :
Euertit rupes : inquinat illud aquas .
Illi fastus inest : scit se diadema ferentes
Uertice : scit cunctis anguibus esse caput .
Ergo multiplici corpus non ducere flexu :
Pectore nec solidam radere suetus humum :
Sed media plus parte sui procedit in altum :
Errectus uoluens per caput omne nemus .
O funesta lues miseris mortalibus : o qua
Non maior toto pestis in orbe fuit .
Adde quod extemplo cernenti lumina mortem
Dat sua crudelem : sit procul ille licet
Ista morte iacent uestri fraterq3 paterq3 :
Credite : nam iuuenes hac basiliscus aqua est.
Dixit : et inde canem demisit mortuus imo
Est canis : imissus fecit et anser idem .
Credita dicta seni : ferroq3 cadauera adunco
Extracta in tumulo posta fuere breui :
Jam famulus terra surrexerat : at sibi quicq3
Non externato dicere posse datur .
Tempora longa miser permansit mutus : et idem
Mentis inops : tantam uim basiliscus habet .
Coelicolae o tales terris auertite pestes :
Sentibus et vestris hoc remouere malum.

Ad Eundem Hymnus pacis.

Tarda licet nobis Salue pax sancta sereno
Hinc demissa polo : et ramo uiridantis oliuae
Irrorata sacro phoebaeaeq3 arbore frondis
Lustrata : humanae mundo florentis ini sto
Imperio cuiusviuunt sine crimine gentes .
Tunc nullae cedes : tunc nulla incendia : nullae
Insidiae capiunt homines : nullisq3 rapinis
Conquesti doluere viri : tunc iura fidemq3
Foemina coniuncto sibi seruat quaeq3 marito .
Inuiolata suae nec rumpit foedera coniunx
Uxori : soror esse solet tunc fida sorori :
Tunc frater frati : genitus nec fallere patrem
Nititur : et paruos retinent in honore nepotes.

(c) 2007 Ministerio de Cultura

Nullos cura premit victus : nullisq3 necesse est
Ut rapiant aliena viris : sibi quisq3 potens est
Regales cumulare dapes : atq3 aurea texto
Uestimenta pilo . sine sollicitudine cuncti
Tunc homines viuunt : et dulcia gaudia sumunt
Fertilis omnis ager laetas producit aristas:
Purpureos campus flores herbasq3 virentes
Prata ferunt : manet haudq3 suis sine frondibus arbos
Quaelibet inueniunt et qui sua poma retractāt.
Non sol purpureum solitus mutare colorem
In nigras facies : nec vestimenta cruenta
Quadriiugis posuisse suis : nec pellere gentes
Eoas aduersus equos : tunc dextera summi
Rara hominum mentes motura tonitrua mittit .
Non nocet vlla ferit rapida velocior aura
Tygris : et armentis libyci non quippe leones :
Non lupus in siluis ouibus : concordia in illo
Tempore cuncta tenet : toto quoq3 regnat in orbe
Justitia : et verum : pietasq3 : fidesq3 : pudorq3 :
Omnia laeta facis : quid te stat dignior o pax :
Te quoq3 amabilior : quid inest te dulcior alma :
Quum valeat nullus vir te veneranda vocare
Quin sua labra suis labris premat : ergo petenti
Sis patriae pax longa meae : sis sancta perennis
Hentibus his passis tam longo tempore bellum .

Ad eundem querella aduersus fortunam

Jam genus humanum : mortaliaq3 aegra putabam !
Et demens aliquo numine cuncta regi .
Jam fore caelicolas memores fandi ! atq3 nefandi :
Atq3 oculis caelo cuncta videre suis .
Possidet at totum fortuna volubilis orbem .
Imperioq3 mouet quaelibet illa suo .
Felix cui vultus ostendis laeta benignos :
Felix cui resides vsq3 secunda viro .
Sed contra infelix infortunatus et ille
Qui semel expertus te violenta feram .
Quem semel aspectu signasti torua malig no
Infelix nullo tempore lactus erit .

(c) 2007 Ministerio de Cultura

Ergo ego quid faciam ? quem tu premis improba tantum ?
Assidiuum cui das hostis acerba malum ?
Quid faciam teneris fortunae inimicus ab annis ?
Qui tua cognoui fortia tela diu ?
Quid potui fecisse miser ? q̄ tempore tanto
Sint aduersa mihi sidera / terra / fretum ?
Non minor enceladi : non est mea poena typhoeus
Magne tua / pressum cui grauat etna caput .
Non tamen aethereas quicq̄ molitus in arces ;
Nec per me impositum pellion ossa tulit .
Non ego tentaui te iuno libidine motus :
Nec uolui matrem sol violare tuam .
Praecipiti tam̄ usq̄ rotae mea corpora dantur :
Et iecur est nostrum pessima uultur auis
Maiorem patior quam bellides ipse laborem :
Et quam sysiphiae per iuga celsa manus .
Quiq̄ caput iactat fugientibus ut bibat undis /
Optatum ut capiant ora morata cibum .
Sint licet humano nostrae non sanguine tinctae :
Nec quem q̄ mittant ad styga morte manus .
Quicquid ego patior / patior sine crimine damnum :
Conquestus de me non fuit ullus adhuc .
Tristis adhuc nullis iacuit mea vita . quid ergo
Fortuna o tantum uis nocuisse mihi :
Debebas saltem nostram seruare puellam :
Non est hic tali coniuge dignus homo .
Hic deformis enim : sed sponsa venustior omni
Uirgine : tu coniunx improbus : illa proba est .
Adde quod est illi gratus non ille maritus :
Et miseram tali se putat esse viro .
Adde quod illa salus : auctor solatia vitae /
Spes erat : et requies subsidiumq̄ meae .
Illa tuos animos in me lenibat / et iras :
Sic ego non omni tempore tristis eram .
Illa mihi nimbos : tempestatesq̄ fugabat :
Tuta erat in sanis sic mea puppis aquis .
Nunc agit undisonum per ihospita saxa carinaq̄ :
Et mare per syrtes : per loca plena necis .
Errantem fortuna ratem trahe in ora charybdis
Perdiderit typhin quum lacerata suum .

(c) 2007 Ministerio de Cultura

Hac sine non potero miseram nisi ducere vitam:
Hac sine mumus erit moꝛs mihi: vita doloꝛ.
Hanc mihi quum rapias | rapias pꝛecoꝛ et mihi vitam |
Ut foꝛtuna tenoꝛ desinat iste tuus.

Ad eundem de Rustico cui abscissa a meretrice fuerunt virilia.

Arderet veneris quum foꝛte colonus amoꝛe:
Atqꝫ sitim cuperet erripuisse suam.
Ad calidum vadit furiata mente lupanar:
In cuius pꝛimo limine sistit iter.
Ulterius poterat non tendere: tantus in illo
Est fuꝛoꝛ: et tantum caeca libido pꝛemit.
Nam velut admotis thaedis accenditur ignis:
Hauxerat ardoꝛem sic odoꝛ ille suum.
Ergo lupae pꝛimum visae circũligat vlnis
Colla suis: femoꝛi suppositqꝫ manum.
Illa viro exanimi iam dum femoꝛalia soluit |
(Saepius hunc moꝛem rustica turba tenet)
Illic connexam multo videt aere crumenam:
Extemplo tum se callida pꝛostrat humi.
Et tum blanditias | questus | et amabile murmur
Edidit: et lingua verba tremente sua.
Jam sopoꝛ agricolae toꝛos oppꝛesserat artus:
Ossibus atqꝫ imis iam resolutus erat.
Illa manu gladium | zona qui pendet agresti
Erripuit. Nummi pꝛob scelerata sitis.
Sidera patrantes oculos et dum tenet vltra:
Dum manet et toto languidus ille sinu.
Marsupium affectans gladium contraxit: at illo
Atractu testes | marsupiumqꝫ venit.
Ille voluptatem vicit doloꝛ: omnis abiuit
Somnus: et e dulci misit amara venus.
Plurimus ex illo manauit vulnere sanguis:
Clamoꝛ et ex illo plurimus oꝛe venit.
Deniqꝫ per multo madefactam sanguine terraꝫ
Calcitrat: et moꝛiens tartara nigra subit.
Cynthia suppositi quondam pꝛo virgine ceruam:
At nunc pꝛo loculis mentula supposita est.

(c) 2007 Ministerio de Cultura

Ad eundem de aduersa fortuna sua.

Infelix quicunq; comes mihi chare iohannes
Aduerso natus sidere semper erit.
Semper et infelix: et iniquo pondere pressus:
Cui potuit misero sors nocuisse semel.
Non venit haec vno tristi contenta dolore:
Sed venit a multis concomitata malis.
Non venit haec lentis quom cepit passibus atrox
Esse: sed heu cursu praecipitata suo.
Multa quidem de te possum fortuna referre:
Expertus vires atq; docere tuas.
Expertus valeant quid fortia tela: quid arcus:
Quid rota veloci quae reuoluta manu est.
Me me iam miserum iam me fortuna relinque:
Quid iuuenem tanto tempore dura premis?
Quid iuuenem laceras crudelis et inuida tantum?
Ex me quae victo gloria dulcis erit?
Jam iam pone tuam tantis cum fluctibus iram:
Naufraga iam media stat quasi puppis aqua.
Illa quidem expectat ventos a fronte secundos:
Quos expectanti tu dare versa potes.
Tu potes: atq; dabis nec me patiere benigna
Has miserum curas sollicitare diu.
Si mihi te talem semper fortuna manere
Crediderim: e summa mortuus arce cadam.
Sed spero nobis placidam magis vsq; futuraq;:
Decipiat ne me spes face diua precor.

De eadem ad eumdem.

Quis magis iratos habuit sine crimine diuos?
Meq; polum: et terras: et mare chare Comes.
Siue meum natale fuit: sors improba siue:
Nullus in hac vnq; tristior vrbe fuit.
An miseros tantum fortuna tenaciter angis?
Et tenor in longum te fera tempus alit?
Si forte te talem semper fortuna putarem
In me nunc morerer pectora fixus ibi.
Gaudia sed credo post multos esse dolores:
Post tenebras claram spero videre diem.

(c) 2007 Ministerio de Cultura

Ad intemeratam virginem Mariam.

Ad tua iam veni supplex altaria virgo!
Flebilis! aegrotus! pallidus atq; miser.
Ad tua nũc venio genitrix altaria Christi
Incolumis! gaudens! et rubicundus ego
Quae tibi iam voui persoluo vota: tuisq;
Numinibus grates si queo semper agam.
Aeger eram! per te sanus sum virgo parensq;!
Solamen miseris! presidiumq; viris.
Quis dolor ista legens vexaret membra requiris?
Tantus erat quod adhuc me meminisse piget.
Pessimus obscemi capitis radice virilis
Morbus erat! magnus per mea membra dolor.
Illa mihi misero! velut est focus humida ligna!
Inguina paulatim pestis edebat edax
Nil mihi profuerat baptista parisius herbis!
Non opifer nobis succus et vnda fuit.
Ad quam non aliquis frustra venit: aeger adiui
Te pia! nec frustra! nam mihi tradis opem.
Nunc velut! et semper genitrix castissima virgo
Cura mei tibi sit! sit tibi cura mei:

Ad Hulielminam

Hulielmina quidem meos amores:
Flammas et: quibus vror ipse spernis:
Nunc nunc heu video relinquor a te!
Quam plus certe oculos meos amabam
Quam: vel pectora nostra: rebus usq;
Stabas charior omnibus mihi: nam
Haec sunt iudicio dei notanda:
Haec sunt fulmine punienda dextro:
Credas haec superos uidere cuncta:
Credas et superos amasse quondam
Illi namq; sciunt amoris omnes
Poenas: percipiunt et omne dictum!
Juratumq; mibi: fuge o amata diuum
Ultrices fuge quaelo amata poenas.
In nostrosq; redi puella lusus.

(c) 2007 Ministerio de Cultura

De uirtutibus Sadoch.

Saepe mihi dicis preclaras editos laudes
Factaq; uirtutes: commemoranda: meas.
Haec mea nullus adhuc equidem bona nouit amicus
Antoni: et nostro in corpore tanta manent.
Fungor enim officio uili: nam semper equorum
Et stabuli / aut uini stat mihi cura grauis.
At si me nosscent homines / meliora pararem /
Aut mensae / aut thalami nobilis officium.
Nobilis es Sadoch / sed non cognosceris: ergo
Scribo animi dotes / et bona scribo tui.
Tu rudis / et demens / nec te dementior ille
Stultitiam Brutus qui simulauit / erat.
Immemor es / quoniam nescis mandata referre:
Iusserit hoc aliquis tu tamen istud ages.
Portasti quotiens carnes empturus oliuas:
Et quotiens ficus quum fero sume nuces.
Mala eme / tu caules: nunc caules immemor uuas:
Maffica da dixi pocula / summis aquam.
Frigidus / et mendax: et summa fraude notandus:
Erripiunt sensus dulcia uina tuos.
Nocte die sequeris pueros: tenerasq; puellas:
Inuidus: et semper desidiosus homo.
Haec bona sunt animi: quae sunt in corpore dicam:
Semper ineſt naso maxima crusta tuo.
Labra madent: pectusq; simul: rubigine dentes
Sunt pleni: medio gibbus in ore sedet.
Est caput archadicum: stillantia lumina semper:
Sunt tibi perdurae: crassaq; crura: manus.
Ursorum portas ungues: aut more leonum:
Quis latet in nigris sarcina magna simi.
Pes quoq; coenosi non sordidus inmudet unguis:
Florerent hoc nam semina sparsa loco.
Et tibi quod peius semper grauis halitus aegris
Faucibus exuberat: putreq; corpus olet.
Haec tua nam uirtus cunctis laudanda / et ubiq;:
I nunc dic laudes omnibus ipse tuas.
Scilicet hic iuuenis mensae thalamiq; minister
Dignus erit: domino et cuncta parare suo. d. i.

(c) 2007 Ministerio de Cultura

Ad Karolum Limerium Bononiensem.

Non similes natura viros : eademq; petentes :
Nec cunctos vno procreat ingenio.
Deditus omnis homo non vni : sed sua cuiq;
Ars libet : et laudat quilibet auctor opus.
Diuersis diuersa placent. gaudebit arator
Vomeribus patrios scindere semper agros.
Nauita ceruleas gaudet deducere naues
Per mare : nec terris credit inesse bonum.
Venator saltus quaerit venatibus aptos :
Quis teretes valeat tendere saepe plagas.
Diuitias alij affectant / fuluumq; metallum :
Pauperies multis grata : humilisq; cibus.
Massica delectant aliquos : mareotbica quosdam
Pocula : & bic pisces : bic modo quaerit aues.
Insequitur pueros alter : mollesq; puellas
Alter : & bic nomen virginitatis amat.
Huic placet esse nigro : cupit bic at candida membra :
Ille cupit magnum corpus at ille breue.
Quaeritat bic dulces natos : bos odit et alter
Foemineo quãuis gaudeat ille thoro.
Multos castra iuuant : crepitantia cornua : fulgor
Karole telorum : vel cathaphractus equus.
Nititur occultae varias bic reddere causas
Naturae : et gressus noscere sidereos.
Caspia sollicitent subiti cur aequora venti :
Solesq; cur maneat frigida luna magis.
Quot mare percurrant naues : quot littus barenas :
Quot caelum stellas : gramina prata habeant.
Garrula delectat multos Dialectica : multos
Grammaticae : et multos musica laeta iuuat.
Te decet elloquium Ciceronis : te et sua dicta :
Haec tua scripta igitur sal Ciceronis habent.
Sed me delectant musarum carmina : fontes
Bellorophoutei : pegasidumq; nemus.
Me iuuat et semper virides habuisse corymbos :
Me iuuat et laurum semper habere sacram.

De domo ardente.

(c) 2007 Ministerio de Cultura

Sidera adhuc totum radiabant lumine caelum
Et mundum oceano lucifer ortus erat.
Quum subitus nostras clamor peruenit ad aures.
Neptuno auxilium | fluminibusq; petens.
Assurgo exanimis: toras et pando fenestras.
Ardentem aspicio protinus ecce domum.
Non viridis prosunt Neptuni robora: nullum
Quae tunc prodessent flumen habebat aquas.
Jam tabulata cadunt | paries | ac tecta ruebant:
Flammaq; ad excelsum iam petit alta polum.
O deus ignipotens magna est vis | atq; potestas |
Cuncta tibi caedunt: te quoq; cuncta timent.
Caucaseae tygres formidant | teq; leones |
Te serpens | taurus | te timet acer equus.
Ipse caloze tuo lapides deducis | et ossa
In cinerem | per te bellica troya iacet.
Mollescit ferrum per te: tellusq; debiscit:
Atq; suas perdit te mare propter aquas.
Te quoq; terrigenas quõdam superasse gigantes
Diceris | vt dederis spicula facta ioui.
Jsta domus cecidit per te | licet ardua starent
Moenia: nec patrui profuit vnda tui.

Ad nobilem ac eruditum iuuenem dominũ Andream Berlizonium veronensem Antonij Mariae visdomini Epistola.

Lim quum ruris essem Barixellae nomine: quae praedia amenissima et feracissima sunt magnificae Diamãtis dñae nostrae | matronae quidem non inter bononienses modo sed inter latias omnes pudicissimae honestissimae | omniq; virtute matronali decoratissimae | puellulas forte quasdaz cõspexi historiam legentes: quae ꝛ si vernaculo ritmo esset composita diserta tamen et ellegans erat | lamentationem cõtinens cuiusdam nobilis puellae: quae destituta ab amante: cui virginitatem suam dederat: voluit sibi mortem conscire: a quo detenta stabili ausu seducta fuit per vocem in aere clamitantez audita.

(c) 2007 Ministerio de Cultura

Unde admonebat virgines ꝙ vt venereum amorem fugerent : ꝙ iuuenibus minime crederent ꝙ tãq̃ hij qui cupientes multa pol liceantur : cupitis autem potiti credulas et miſellas virgines de relinquant paruifaciantq̃ . hanc quum lectitaſſem ꝙ et mihi pla cuiſſet decreui e vernaculo ꝙ vulgatoq̃ verſiculo exercicij gratia in latinum conuertere : quod fecimus . Hanc igitur nunc ad te mittimus : tibi donamus : non te dignam . ſcio enim̃ precioſiora mereri nobilitatem tuam : maiora virtutes tuas : doctiora eru ditionem tuam . Uerum legas qualemcunq̃ in amoris erga te mei : qui quidem et magnus et verus eſt : teſtimonium . Nec ad mirere ſi hanc rudi illimatoq̃ carmine compoſitam in miſcella noſtra reperieris . Ideo enim Miſcellam appellauimus ꝙ vt. ſ. diuerſi generis : diuerſae materiei : diuerſaeq̃ qualitatis ſcripta caperet . melioꝛa tibi dabimus ꝙ quum id facere poterimus . Uale et me mutuo ac reciproco amoꝛe proſequere . E domo Magnificae Diamantis manſione noſtra quarto nonas nouem bris . Mcccclxxxxij .

Hiſtoria nobiliſſimae puellae : quae ob amorem quũ ſibi moꝛ tem conſcire vellet ꝙ deo prouidente liberata eſt .

Im precoꝛ intactae vobis moꝛibunda puellae
Exemplar ꝙ ſanguis quas generoſus alit .
Sim precoꝛ et toto vobis notiſſima mundo :
Uos faciat cautas haec mea vita precoꝛ .
Me doloꝛ ꝙ heu ꝙ cogit crudelem dicere poenam ꝙ
Quae extrabit e miſero pectoꝛe coꝛda meo .
Me miſeram q̃ non q̃ non ſapienter amaui :
Uita mihi infelix q̃ male recta fuit .
Me prodit crudelis amoꝛ ꝙ miſeramq̃ fefellit :
Et moꝛoꝛ vt ſiluis ipſa relicta fera .
Ne videant homines temerati coꝛporis vmbram
Ueſtibus ipſa meis haec mea membꝛa tego .
Sed uon ingenium : non ars mihi profuit vlla ꝙ
Quin monſtrer digitis deſpicienda viris .
Heu q̃ parua mihi veneris fuit illa voluptas :
Quãq̃ fuit paruo tempoꝛe dulcis amoꝛ .
Deſeroꝛ infelix q̃ primum durus amatoꝛ
Intactae ſpolium virginitatis habet .
Deuoueo flammas : ſaeuosq̃ cupidinis arcus :

(c) 2007 Ministerio de Cultura

Deuoueo veneris crimine tela meo.
Amplius heu nequeunt | nequeunt mea furta latere:
Nempe parum prudens: sedula nempe parum.
Heu quondam memini q̄ eram spes vnica nostrae
Sentis: et antiquae gloria sola domus.
Ibat fama mei totam cantanda per vrbem:
Et multos noster sollicitabat amor.
Sed vultu rigido cunctis ego dura minabar.
Nunc duro infelix cogor amore mori.
Sed moriar | magno postq̄ sum inuisa tonanti:
Postq̄ odere meum viuere signa poli.
Desine Thesiphone rapto de crinibus angue
Pestifera iam me sollicitare manu.
Impia de furijs nec me cruciato megera:
Heu satis | et nimium vestra venena bibi.
Sponte sequor mortem: miseramq̄ imitabor Elyssam:
Vel quae viperea morte perempta fuit.
Concita iam ducor | iam iam furibunda per vrbem:
Et parui nobis actus honestus inest.
Ora mihi aeternum crimen retegentia monstro:
Factaq̄ sum vulgo fabula nota leui.
Ergo tartareis quicunq̄ habitatis in vndis
Auditote meo quod loquar ore precor.
Auditote precor nostras sine fine querellas:
Atq̄ animam libeat summere fine meo.
Saxea nam requies erit | atq̄ cubilia tellus.
Terra cibum nobis | et dabit vna feris.
Quae leuat vnda sitim pecori | mihi sola leuabit.
Vt matronales aduetor ire choros.
Lingua meum facito pergas narrare dolorem:
Qui stryga vult animam sacrius adire meam.
Pro me purpureos pariunt non prata colores:
Non viridis pro me gramina ducit ager.
Nulla tenet pro me tellus pencia tempe.
Nec nitidas pro me fons habet vllus aquas.
Non venit autūnus pro me: et noua temporis aetas:
Sed pro me semper turbida regnat hyems.
Et crudelis amor tantorum est causa dolorum |
Heu vbi nunc fedus? nūc vbi pacta fides?
Hunc ego plus fratres | q̄ me quoq̄ semper amaui: d.3.

(c) 2007 Ministerio de Cultura

Sed dolor in nostro corpore factus amor
O pectus durum : rigido & crudelius vrso :
O cor caucasea tygride grande magis .
Cur tantum sequeris nostrum renouare dolorem ?
Siste precor : iam sum namq; parata mori .
Vis aliud misera q̄ me priuare salute ?
Sponte mea saeuam iam sequor ! ecce ! necem .
Jam video fratres durissima regna tenentes
Ut cunctis ! miserae qui mihi iura dabunt .
Jllic capta manet phoenissa miserrima Dido :
Jllic romanum quae capit vna ducem .
Obuertitq; suam coenoso gurgite cymbam !
Ut rapiat nostrum corpus inane Charon .
Jam dubius quaerit qua sim comitata caterua
Aeacus : ardenti quoue locanda loco .
Elligit at misere iudex mihi denicq; sedem .
Quã dolor : & curae ! & myrtea silua tegit .
Jllic phedra manet scelerato cuius amore
Hippolytus rapidis dilaceratus equis .
Quaecq; suum quondam magno dilexit amore
Sed non vt debet filia casta ! patrem .
Jllic pasiphae niueo suppossta iuuenco :
Quaecq; secuta fuit phasidas Esonidem .
Atq; tenens laqueum collo rhodopeia phyllis :
Et qua dura tulit plurima Bellerophon .
Quaecq; iouem in pulchro dilexit corpore tauri :
Et quae cum misero funus amante tulit .
Et quae concepit magni de semine martis
Sacra lauaturas dum properaret aquas .
Est & abidenum totiens experta natantem !
Et tandem e specula praecipitata sua .
Atq; alias video plures : quas improbus ardor
Ante dies stygios cogit adire lacus .
Ad te iam venio ! nisi numina iusta vetarint
Cerbere iam nostro deficit ore color .
Nil aliud restat : gladium q̄ dextera tollat :
Et miseram me me finiat iste dies .
O felix nimium ! nimium quoq; foemina felix :
Quam facient cautam nostra pericla modo .
Discite virgineum corpus seruare puellae :

(c) 2007 Ministerio de Cultura

Discite perpetua virginitate frui.
Discite falsorum verbis non credere amantum:
Heu fallunt verbis gaudia nostra suis.
Poenitet incepti. sed quid mihi poenitet istud
Heu quantum tarde poenitet istud adest.
Ergo hic finis erit lachrymarum dura mearum:
Finiet hic saeuus per mea membra dolor.
Te mare: te titan: vos sidera clara relinquo:
Numina vos patriae: vosq; valete lares.
At vos infernis qui nunc habitatis in vmbris
Accipite hanc animam quae miseranda venit.
Tu cape terra meum vuo sine sanguine corpus:
Tu nec amare mea discе puella nece.
His cito narratis nudatum corripit ensem
In cuius collum cuspide firmo meum.
Tunc audita mihi vox est. Quid foemina tentas?
Pone tuum cultrum foemina / pone tuum.
Quod scelus est istud? constans sta foemina constans:
Nunquid vt hoc faceres foemina te genui?
Quot luctus: poenas: passus mala quanta memento
Qui fecit terras: sidera: quiq; mare:
Deinde tibi ostendam quot quot deus ipse pepercit
Grande nefas ausis / et quasi quodq; scelus.
Quae loquor ipse deus sed tu mea percipe verba.
Quod cupis inuisum deserе iudicium.
Fluminibusq; tuum letheis tradito amantem:
Et credas animа dignius esse nihil.
Odia fac fugias: & vanae nomina curae!
Quae priuare tua stulta salute volunt.
Teq; volunt stygia miseram donare palude:
Ignibus et miseram te dare tartareis.
In domino velis ergo tuam sperare salutem:
Qui nullos a se reiicit vsque pius.
Ille vocat cunctos: & brachia semper aperta
Tendit vt nullos deserat ille deus.
Aspice / quae lauit lachrymis tersitq; capillis
Diuinos: & quid fecerat illa: pedes.
Thayda quid referam: bis septem manserat annis
In vitio veneris luxuriosa suae.
Illa tamen magnis intrauit in astra triumphis. d.4

(c) 2007 Ministerio de Cultura

Degit ꝛ in summo purificata polo.
Quid referam / per quam gens impia iudeorum
Tentauit veri pectora sancta dei.
Ipse sed agnoscens fraudem: prior inquit in illam
Qui bonus / atq; caret crimine / saxa ferat.
Tempore dic quanto / Cristus tamen ipe pepercit /
Dedita luxuriae Samaritana fuit?
Quid de rege loquar: cum quo deus ipse locutus;
Crimina qui caedis fecit amore furens.
Quod postq̃ agnouit / miserum me dixit / olympi
O rex / peccaui / sed miserere precor.
Quid de fure diu scelerato Dismate dices?
Tam cito qui intrauit fulgida tecta poli?
Tu quoq; Petre deum timida non voce negasti /
Sed lachrymis deles crimina dira tuis.
Quod minime effecit falsi simulator amoris:
Sed tribuit laqueo colla liganda manu.
Vis aliud q̃ Loth? pro pignora nata nefando
Concubitu / Moab quo ue creatus Amon.
Nectare ꝛ ambrosia caelo deposta sereno
Inter caelicolas fungitur ista cohore.
Non alios referam: plures adducere possem
Vita fuit quorum perscelerata diu.
Et tamen aethereas potuerunt tangere sedes /
His quia vera fides / spes quoq; magna fuit.
Ergo pone metus: istamq; imitare phalangem /
Cerbereos fugiant vt tua membra sonos.
Dixit / ꝛ extemplo fugit dolor: iraq; tristis;
Fugit ꝛ e nostro corpore velle mori.
Huic ego / quis posset fortunae obstare minaci
Talia respondi / tu nisi summe deus?
Et tibi summe deus placuit succurrere poenis /
Mortua crudeles quas patiebar ego,
Nil melius video / muro q̃ claudar in vno /
Ut pro peccatis vita luenda luat.
Spargite nunc plures fletus mea lumina q̃ qui
Fecit lachrymulis flumina magna suis.
Sic ego quo volui stygias descendere ad vmbras
Defendet gladius corpora nostra meus.
Et ne tarda malo detur medicina dolori /

(c) 2007 Ministerio de Cultura

Sanatur nullis qui medicaminibus ꝛ
Accidit vt nobis miseris persaepe puellis
Audiat ꝛ ꝛ virgo quaelibet ista ferat.
Audiat ꝛ ꝛ nolit talem perquirere amantem ꝛ
Qualis amore fui credula capta semel.
Admoneo ꝛ fugite hos iuuenes: o caeca puellae
Vulnera: letalis gaudia luxuriae.
Sic vobis dabitur clarum conscendere caelum:
Et non tartareum posse videre canem.

Ad Angelum Ugerium Pontremulensem legum scolasticum solatorium carmen.

Expectare tibi non sit graue tempus ꝛ ꝛ annos.
Multa rapit secum ꝛ ducit et vna dies.
Quae te sollicitum vexat fortuna per orbem
Restituet puppi vela secunda tuae.
Decidit in terras post visa tonitrua nymbus:
Post pluuias etiam sidera clara micant.
Uertitur assiduo stabilis non mundus ab axe:
Quisue dedit lachrymas ꝛ gaudia prebet eis.
Undicꝫ iactato si quid dedit ille veneni
Mutatus laeto mel tibi dulce dabit.
Quae te sollicitum vexat fortuna per orbem
Restituet puppi vela secunda tuae.
Non mare semper habet versas aquilonibus vndas:
Nec placidum placidis fluctibus vsqꝫ tacet.
Pellituꝛ a foribus non pauper: ꝛ vsqꝫ sacerdos
Non est diuinis deditus officijs.
Se modo dimidiam: modo se se ostendit in orbem
Luna: nec vsqꝫ micas lumine phoebe tuo.
Quae te sollicitum vexat fortuna per orbem
Restituet puppi vela secunda tuae.
Defficiunt magni fluuijs persaepe liquores.
Ponit ꝛ astrictas thracia saepe niues.
Et quandoqꝫ ignis nigro caret Angele fumo:
Et quãdoqꝫ caret gramine molis ager.
Quis dolet ꝛ lachrymat? quis tempore ridet et omni?
Crede mihi non haec haec mala semper erunt.
Quae te sollicitum vexat fortuna per orbem
Restituet puppi vela secunda tuae.

(c) 2007 Ministerio de Cultura

Amissis cupidus nummis quoq; vincere lusor:
Saudia post curas vir quoq; habere solet.
Saepe suos etiam deponere flãma calores
In se quum sparsas ardua sensit aquas.
Arbos quaeq; diu fructus produxit amaros:
Mutato succo dulcia poma tulit.
Quae te sollicitum vexat fortuna per orbem
Restituet puppi vela secunda tuae.
Pace quis aeterna mortalis viuere semper?
Aeternoq; potest vsq; decore frui?
Alta nimis venti perflant: & fulmina turres
Tangunt: & longo tempore cuncta ruunt.
Saepe humiles equidem fortuna volubilis orbe
Extulit: ellatos deposuitq; viros.
Quae te sollicitum vexat fortuna per orbem
Restituet puppi vela secunda tuae.
Tempore non omni viridantia prata videntur:
Tempore non omni dulce queruntur aues.
Tempore non omni iuuenilis vir habet annos:
Tempore non omni crimine laetus homo est.
Tempore non omni stant firma palatia: & vrbes.
Tempore non omni quercus amata ioue.
Quae te sollicitum vexat fortuna per orbem
Restituet puppi vela secunda tuae.
Non humiles semper terras canis aestifer vrit:
Non etiam semper frigida regnat hyems.
Praeterit autũnus: linquitq; recentia musta.
Uer abit accinctum tempora flore nouo.
Sorte quid est leuius? volucri pede cuncta reuoluit:
Et nihil est q̃ non mutet in orbe leuis.
Quae te sollicitum vexat fortuna per orbem
Restituet puppi vela secunda tuae.
Iniuste quisquis casus patietur amaros:
Inueniet stabili dulcia dona loco.
Et qui ciuili conscendet in etbera caede
Saepe solet siluis degere more ferae.
Et quicunq; potens timidusq; quod haud licet egit
Crudeli infelix morte perire solet.
Quae te sollicitum vexat fortuna per orbem
Restituet puppi vela secunda tuae.

(c) 2007 Ministerio de Cultura

Expectare tibi non sit graue tempus et annos:
Multa rapit secum ducit ꝙ vna dies.
Vlcisci tua facta deum permitte potentem:
Ille quidem punit tristia facta virum.
Jam tua iam video splendescere sidera caelo:
Et prebere tibi fertiliora bona.
Quae te sollicitum vexat fortuna per orbem
Restituet puppi vela secunda tuae.

Ad discipulũ suũ Troilum Silicinũ poeticae arti ac ora-
toriae deditissimum de Methamorphosi Ouidiana.

Juuenum affectas si tu cognoscere vatem:
Ingenij q̃ sint flumina magna sui.
Quã sit Nasonis foecunda loquella poetae:
Quantum pegasei sumpserit ore melos.
Troile mutatae ter quinq; volumina formae
In varias species | in noua membra lege.
Nescio quid maius | latio quid clarius orbe
Hoc opere: insigni fertiliusq; sono.
Praebeat et tantum doctrinae carmen amanti:
Atq; habeat tantas vtilitatis opes.
Quid mirum agnomen tibi si diuine poeta
Ingenium dederit? totus es ingenium.
Laedant quos vates celebrabat acbaia quondam:
Tybridis ꝙ ripas qui coluere tibi.
Si patrios aliqua meruisti linquere fines
Noxa: bistonias et terigisse niues.
Hoc opus id crimen poterat non ferre nefandum:
Hoc debebat opus te retinere domi.
Et subito factos posse emendare libellos |
Semper erat diues lingua latina |quibus:
Illa tamen tibi se semper debere fatetur:
Quid mirum? immeriti non memor illa boni.
Per te foeminicas cognoscit nempe tabellas:
Et quanti fueris causa Corinna soni.
Per te quae leges: sit ꝙ ars in amore tenenda:
Et quae iam cepto sit medicina malo.
Et pontum: et tristi descriptum voce poema:
Et romana sacro carmine festa legit:

(c) 2007 Ministerio de Cultura

Armatamq; ferum pertractat in ibida musam:
Quoq; leuamen habes liuia mesta nece.
Caesaris t laudes getico sermone notatas:
Atq; triumphantes ipsius optat equos.
Et tua pergrandi resonans medea coturno
Quaeritur: et pisces naso poeta tui.
Et quae preterea breuibus descripta leguntur!
Quae tu pene puer ingeniose facis.
Nil tamen est superet q; corpora versa: legunto
Aonios cupient qui excoluisse lacus.
Et qui flexipedes hederas subducere fronti
Jam tenerae: et capiti laurea serta suo.
Atq; alios veteres qui denodare poetas!
Et cupient veterum noscere scripta virum.
Jste liber potis est omnes fecisse peritos:
Et sine quo nullum docta talia canet.

Ad Hippolytum Sarzanensem virum peritum.

Quod tu me patrias laeteris visere sedes:
Optatam q; me nuper adisse domum:
Quod tua non meritum dignata est noscere vatem
Barbitos arguto continuata sono.
Reddo tibi: valeo si quas persoluere: grates.
Meq; scias semper docte poeta tuum.
Hoc pro principio tibi sit dignissime vates!
Ex improuiso quod tibi nempe datur.
Plura quidem scribam qñ ocia plura dabuntur:
Lassa via longa musa quiescit adhuc.

Ad eundem

Bellerophonteo mannans epigramma liquore
O decus aonidum pegasidumq; logos!
Contulit ingentem nobis in carmine laudem!
Sed non conueniens! nec mihi vera fuit.
Non ego rhetorica! ceu scribis! doctus in arte
Nauli Cyrrhei non ego fontis aquas.
Qua me laudasti: laus haec stat verior in te;
Qui tantum sacro carmine docte vales.

(c) 2007 Ministerio de Cultura

Amphion quantum cythara: vel thracius Orpheus:
Et bello Aeacidae conualuere manus.
Typhis in argolica naui. Podalyrius herbis:
Dulychius quantum calliditate / vale.

Deflet Claram Bononiensem fulmine extinctam /

Hic Balbona iaces tenera consumpta iuuenta
A viro magni fulmine Clara iouis.
Clara dies priami: longos et Nestoris annos
Uiuere / non tali digna perire nece.
Haec quid summe pater diuum commiserat in te?
Corpore quid sceleris Clara pudica suo?
Non haec piniferae subiecit pellion ossae:
Nec conquesta suo terra calore fuit.
Hanc propter canos nec sumpsit iuno capillos:
Sulcauit rugis nec sua membra tremens.
Ergo quo meruit cyclopea crimine tela?
Quo meruit Lypares ignea saxa pati?
Debuerat veneris precibus seruarier almae:
Debuit haec totum forma mouere polum.
Si tua non volucris: phoebi si delphica laurus:
Si nequit et saeuo fulmine phoca mori /
Aeolio moritur cur fulmine iupiter ista?
Hac ne fuit daphne pulchrior: aut melior?
Debebas saltem dare talia qualia tantum
Extincto partu Martia passa fuit.
Sed Brontes / steropesq; simul / niger atq; pyragmon
Uersarunt calybem forcipe in igne suum.
Quid plora? nam Clara iaces extincta: nec auris
Te superis fletu restituere queo.
Ergo vale / infernae nam te commendo paludi /
Quum nolint superi te supereſſe diu.

Ad Magdalenam

I pede felici / postq; tua sancta voluntas
Uestales voluit semper adire deas.
Cui seruire cupis Cristus tua facta secundet:
Nunc eat auspicijs mens tua firma bonis.

(c) 2007 Ministerio de Cultura

Pijs ego lactor enim : doleo quoqꝫ : parce fatenti
  Uera ꝛ loquor nostrum quod modo pectus habet.
Nos omnes doleo q̄ Magdalena relinquis :
  Antiquam q̄ vis deseruisse domum .
Sed quando aspicio quot crimina continet orbis :
  Humanumqꝫ tenet ꝛquanta pericla genus .
Quot fiunt fraudes : homicidia : furta : rapinae :
  Sit paruus summi cꝫ timor inde dei .
Gaudeo virgineam te dilexisse cohortem :
  Coepisse et sanctum relligionis iter.
Inuenisse viam superas qua prehendimus arces :
  Et fugimus ditis atria caeca nigri .
Illic te admoneo (vereor tamen haud ego) serues
  Promissam certo foedere virgo fidem .
Fac meminisse velis ꝛ q̄ comprobat exitus acta :
  Principium quid enim ? nil ꝛ sine fine bono .
Tu bene coepisti : fac vt meliora sequantur :
  Uerte bonum semper (quod facis) in melius .
I pede felici ꝛ postcꝫ tua sancta voluntas
  Uestales voluit semper adire deas .
Cui seruire paras ꝛ Christus tua cepta secundet :
  Principio faueant numina cuncta tuo :
Quae pia tu pro me fac Magdalena precaris :
  Commendo precibus : me tibi : meqꝫ tuis .

Ad Laurentium Roscium .

Hactenus arcitenens dederit q̄ tela cupido
  Fausta tibi : atqꝫ tibi fauerit alma venus .
Teqꝫ suum phoebus q̄ iuuerit vsqꝫ poetam :
  Optatos dederit q̄ tua musa modos .
Omnes icenso nunc ꝛ videantur amore
  Perdere te ꝛ atqꝫ tuum destituisse caput .
Nec dare : quam peramas : dignentur velle puellam
  Di tibi ꝛ sed miris te cruciare modis .
Miraris ꝛ sed non sunt haec miranda ꝛ profecto
  Optatis etiam numina saepe carent .
Cynthius haud potuit Daphnes in imagine viua
  Jungere corporibus corpora casta suis .
Optauit quoties bello cytherea potentis

(c) 2007 Ministerio de Cultura

Concubitus | tantum quis semel vsa fuit.
Jupiter ipse licet caeli rectorq3 | paterq3
Dicatur: nutu t cuncta mouere suo.
Innumeras sumpsit mutato corpore formas |
Uirgineos voluit si retigisse sinus.
Ne mirare igitur Laurenti | tam cito si non
Uenit in amplexus molis amata tuos.
Sed sequere inceptum: peregrinaq3 corpora tenta:
Nec tibi sit tanti longior hora die.
Nec tibi sit tanti tantum amisisse dierum.
Tempore namq3 subit taurus aratra ferox.
Tempore deposita libyci feritate leones.
Paret t humanis gentibus acer equus.
Tempore dura solent fieri quoq3 mitia poma.
Iratos placant iungaq3 vota deos.
Tempore sic veniet (mihi crede) puella futuro
In tua Laurenti brachia docte. Uale.

Mors ad humanum genus.

O genus insipiens: o pectora caeca virorum:
Mens stolida o vulgi: iudiciumq3 rude.
Aedificas in quo mihi dic fundamine sedes?
Ponis t in stabili quo tua facta bono?
Hic cupit eoa suluos de parte lapillos:
Et sibi magnificas congerit alter opes.
Ille est luxuriae: populari hic deditus aurae:
Hunc labor assiduus per sua rura premit.
Iste suas tenera curas in coniuge ponit:
Hic habet in natis omnia vota suis.
Et sua quisq3 tenet mortem post terga futuram |
Omnia quae tacito surripit vna pede.
Conspicite o miseri quid sim: fuerimq3: nec orbis
Uos capiant vani gaudia vana precor.
Este necis memores. nec spernite fixa sororum
Pensa trium: filat stamina cuncta colus.

De principe Bentiuolo in conuiuio suscepto.

f Uscipit vt laeto felicia signa Lytheron
Aut chius | et naxos aduenientе deo.
Lyrrha velut gaudet phoebo | vel delphica tellus:

(c) 2007 Ministerio de Cultura

Uel iuga Cyllenes alite sacra deo.
Ut venatrici laetatur ripa Diana
Eurotae: et summo gnosia terra ioue.
Ut piscosa gnidos celeres quum sentit olores
Festa agit: et magno gurgite cincta paphus
Sic modo laetantur Leredula scilicet arua
Bentiuoli aduentum testificata ducis.
Salue magna iouis: cacli quoqz cura Johannes:
Salue vniuersi gloria magna soli.
Salue laeta dies: meliorqz recede quotānis!
Qua filicina capit munera tanta domus.
Per te quodqz nemus: quaecunqz arbusta relucent:
Aspectuqz tuo consonat omnis ager.
Absqz manet per te generosa Bononia marte:
Illaqz: non aliae quod tenuere: tenet.
Summe pater superum da viuere longa Johanni
Saecula! nec caelum tam cito ferre tuum.
Quum petet astriferum princeps hic noster olympum
Huic similem nobis quem dabis ipse virum.
Iste regit patriam sine vi! sine caede potentem!
Ingenio certe! vel sale cuncta suo.
Priuator scelerum: et claraе virtutis amator:
Quo qz suum regnum sospite sospes erit.
Jam date pupureos flores: ego munera spargam
Laeta: meas audit iupiter ipse preces.
Quisqz suo clamet resonanti carmine serram:
Serra diu viuat: serra superstes eat.

Ad Petrum gutterum hispanū de aenygmate missō.

Soluere quid mirum si non aenigmata possim
Petre tenebrosis haec tua missa modis.
Sum fugere assuetus nimium quod noctis opacae
Detinet: et claram semper amare diem.
Non sum praeterea versutam Sphynga secutus!
Quae mihi nodiferos traderet arte sonos.
Ingressa est neqz enim mea corpora laia proles!
Quae tua denodet corpore dicta meo.
Quae res iuuus habet pellem? nisi forsitan vter
Si carnem appellas quod foris vter habet.

(c) 2007 Ministerio de Cultura

Caeterra nescimus | fateor | nescimus et illud.
Dic tu Cyrrheum qui colis usq; iugum.

Ad Eundem.

Petre meos inter nunq; postreme sodales
Si quid amiciciae foedera sancta valent.
Si quid et in geminis expostulat una voluntas
Corporibus: si quid par facit z studium.
Nunc consultor ades longa consultus in arte:
Quasq; vides dubitas perdere posse vias.
Quod petis ex alijs potis es tibi tradere | pensans
Unde bona accedant vtiliora tibi.
An nescis folium lauri secteris et vmbram:
Indoctiq; modos: quisquiliasq; viri.
An potius clarij responsa errantia nunq;
Numinis atq; tuam docte philippe lyram.
Non hoc inficior | fuit olim gloria laurus
Magna: sed in phoebo gloria maior erat.
Sacra fuit laurus: sacram sed reddidit illam
Phoebus: z inuicto tradidit ille duci.
Dic mihi preterea quos fert pulcherrima fructus:
Illaq; quo succo: quoue sapore uiget?
Ergo tuum lauro phoebum sectare relicta:
Quiq; solent zephyri carbasa laeta ferant.
Pro veteri quicunq; viam capit ille recentem
Fallitur: et vicio deperit ille suo.
Ignotis et qui postponit cognita | saepe
Poenitet erroris consilijq; sui.
Dicere sed posses alijs quod tradere tantas
Consilium quare non tibi summis idem.
Omne cibis equidem non est os talibus aptum.
Ad tripodas phoebi cuiq; nec ire licet.
Dentibus illa meis nimium sunt fercula dura:
Lactucam similem sed tua labra tenent.

Ad Eundem acrygma.

Petre tua aspexi variarum pectora rerum]
Plena: tuumq; capax | et ad omnia scilicet ortum

(c) 2007 Ministerio de Cultura

Ingenium | pro quo suplex ad flumina currens
Uiua | oro ut nobis non intelecta ferantur
In lucem | vel clara mihi te interprete mens sit.
Externa quendam legerem quum forte libellum
Excidit a nostro cuius modo pectore nomen :
Carmina sollicito fuerunt mihi talia uisa .
Tres sumus hac ortum bis quoddam sede manentes |
Sontibus extinctum pro nobis : inde sepultum
Non duro in tumulo : quod nec mas | femina nec quod
Est : sed utrumqꝫ : licet non utrũqꝫ et queat esse.
Sed quodcunqꝫ tamen fuerit lacerabitur illud
In ligno posuum : duroqꝫ secabitur aere
Materia duplici : frangetur et offibus altis |
Quae neqꝫ sanguinem habent : nec in vllo corpore carnem .
Undiqꝫ distractum per terna canalia tandem
In tris mittetur fluuios . haec omnia per te
Si mihi dicentur | genitum te sanguine credam
Oedipodis, : docteqꝫ simul de semine sphyngos .

Ad Eumdem aenygma.

Res leuior cunctis rebusqꝫ onerosior est : que
Quum magis aspicitur cernitur illa minus .
Quum petit alta magis | magis haec descendit in imum :
Usqꝫ aret viridis : friget et usqꝫ calet .
Omnia quum superet specie deformior omni
Re tamen est : viuit mortua : laeta dolet .
Potat et usqꝫ sitit : comeditqꝫ famellica semper :
Semper | et ex omni tempore firma meat .
Petre quid hoc dicas sacris nutrite sub antris
Rore medusaei fontis : et inde vale .

Ad Bononiaꝫ de luca extincto .

Mestaꝫ tuum pugnis nunc plange Bononia pectus :
Nunc iaceant sparsae per tua terga comae .
Nunc cape pro tyriis fucata liquoribus | atris
Tegmina : nunc largis fletibus ora riga .
Tarea quando quidem ppesus funera lucas
Deserit officium | teqꝫ tuos qꝫ lares .

(c) 2007 Ministerio de Cultura

Nam poteràs illo vigili secura manere:
Et poteras dulci tuta sopore frui.
Ille satellicium pellens mala cuncta regebat
Terror erat vicijs ꝛ fomes et ille bonis.
Usqꝫ tibi fuerat fidus ꝛ fidusqꝫ fuisset
Usqꝫ ꝛ pati pro qua cuncta paratus erat.
Sis memor ergo sui iussus: fratris qꝫ; suaeqꝫ
Prolis: et vxoris sit tibi cura suae.
Dixerat hoc uiuens: et idem nunc mortuus infit;
Exequere in tumulo quod notat ipse suo.

Epythaphium Eiusdem.

Nomen erat lucas: patria cognomen ab ipsa
Hoc qui sum paruo conditus in tumulo.
Curaqꝫ: et officium fuerat custodia nostrae
Urbis ꝛ amor ꝓ qua nota fidesqꝫ fuit.
Hac quicunqꝫ igitur transis mihi dicito ꝛ luca
Sedibus astriferis pax siet ꝛ et requies.

Sibillarum vaticinia de cristo et primo persicae

Humanam accipiet carnem diuina propago ꝛ
Ultima quum proles ꝛ vltimus orbis erit.

Lybicae.

Humano diuinus erit cum corpore sensus.
Uerus et in foeno iam requiescet amor.

Delphicae

Hic sibi bissenos inopi reuocabit ab vnda
Et domini illorum ꝓditor unus erit.

Cumeae Italae

Cuncta suis peragens verbis dator ille salutis:
Langoremqꝫ leuans cordis et omne malum.
Et qui florescit terris ꝛ purissimus alto
Flos erat in celo: matris et ille pater

Erythraeae

In sua iam memores remeabunt corpora manes:
Nec solitum capiet iam sibi claudus iter.
Audiet et surdus quondam: caecusqꝫ videbit;
Et dabitur muto verba referre viro.

(c) 2007 Ministerio de Cultura

Samiae.

Nobile scidetur templum Salomonis ab alto
Culmine (vaticinor) te moriente deus.
Lugebunt elemta horis tribus hoc scelus ingens:
Atq; erit in medio nox tenebrosa die.

Amaltheae Cumanae.

Depascent pisces duo: panes quinq; sequentum
Milia quinq; virum quum deus ortus erit.
Reliquiae vndenas corbes et deinde replebunt:
Quas leget e pasta gente benigna fides.

Hellesponticae.

Te deus accipiet summum manus impia cuius
Verberibus toto corpore fractus eris.
Oraq; foedabunt scelerata sancta saliua:
Et tandem immerito funera saeua dabunt.

Phrygiae.

Impia turba dei potu porrexit acetum
Inq; suo prebet fel scelerata cibo.

Tiburtinae.

Finiet et factum lucem post grande secundam
Mortuus ellysijs ille morarus agris.
Primus ad aethereas remeabit splendidus auras:
Ostendet facti principiumq; noui.

De Fortuna conqueritur.

Inuida tam longo quid me fortuna dolore
Afficis? et miserum cogis acerba pati?
Desine perpetuo me dilacerare tenore:
Heu tandem sine me posse quiete frui.
Quid loqueris? lacrimas? quererisq;? dolesq;? gemisq;?
Quid plangis manibus pectora mesta tuis?
Fortunae certum est incepta relinquere nunquam
Donec ibi patrio manseris ipse solo.
Ergo tuos fugias gressu properante penates:
Externas celeri nunc pede quaere domos.
Inuida tam longo quid me fortuna dolore
Aficis? et miserum cogis acerba pati?
Ipse meos linquam fratres linquam ve sorores?
Et linquam socios corpora fida meos?
Ipse ego destituam: qui me genuere parentes?
Ipse meos potero destituisse lares?

(c) 2007 Ministerio de Cultura

Destituam patriam ? qua nil mihi carius ip si ?
Pro qua sunt cunctis cuncta ferenda viris .
Pro qua sunt cunctis adeunda pericula cuncta :
Pro qua poena atrae non fugienda necis.
Inuida tam longo quid me fortuna dolore
Afficis ? et miserum cogis acerba pati ?
Quid cupis aduersa puppis mea nauiget aura ?
Ut iactata satis iam requiescat age .
Si tamen ire iubes | patria seccede relicta :
Collige sarcinulas o miserande tuas .
Ibimus exoticas quia vis tu saeua p oras :
Et statuam ignota mi regione domos .
Herba cibus : spelunca domus | mihi terra cubile
Nuda : labor requies : potio flumen erit
Inuida tam longo quid me fortuna dolore
Afficis et miserum cogis acerba pati ?
Desine perpetuo me delacerare tenore :
Heu tandem sine me posse quiete frui .

In Laurentium frascum .

Quam male laurenti nomen tibi ponitur istud :
Conueniensq3 tibi cꝫ male nomen inest .
Nomen erat castae : superare libidine cunctos
Tu potes : amplexa est te imperiosa venus .
Nomen et est vatum . sed dic quae cyrrha poetam
Te facit ? in pueros sola libido facit .
Hoc q3 triumphantes decet | at scelerate triumphat
Te de te vicij scilicet omne genus .
Usq3 viret laurus : Iouis et fera fulmina vitat :
Ares tu vicijs : tu mala cuncta tenes .
Pacifera est laurus : laurus solet esse quietis
Hostibus indicium | et nuncia leticiae .
Sedicios9s enim : multorum et rixa virorum :
Causa et mestitiae | et nuncius esse soles .
Et crepitu laurus manifesto haec abdicat ignes :
Et tu virtutis confugis omne decus.
Haec quoq3 purificat : sed tu vitiose profanas
Omnia : ab hac exit arbore suauis odor .
Sed grauis eggredi tur toto de corpore nidor : e.3.

(c) 2007 Ministerio de Cultura

Et nihil est quod te turpius esse potest.
Pone igitur nomen cui sint contraria facta:
Nomen habe vitij si vitiosus homo.

Ad Patriam.

Suaue solum natale vale: chariqꝫ parentes:
Affines vos: et quisquis amicus adest.
Huc nos post sextum in patriam remeabimus annum:
Anteqꝫ me haud dulcis ista videbit humus.

In merdaleos poetas.

Quod mens quaeqꝫ gerit loquitur sua lingua: quid ergo
Ni mirum merdas si tua verba sonant.
Ora: manus: digiti: pectus: caput omne: pedesqꝫ:
Cruraqꝫ merdaleo sunt tua tincta lacu.
Desine pierijs foeda maledicere voce
Uatibus: et doctae rauce poeta lyrae
Innumeros pauisse boues: sed odore fatemur
Cyrrheo: archadicum pasce sed ipse pecus.
Argutae cuius tua plectra similima voci
Irrident toto pectora docta foro.

Antonius Maria visdñs Theologo peritissimo Thomae veneto frati ordinis predicatorum. Salutem.

Dedite diuinis salue pater optime: tanti
Ordinis: et tantae relligionis bonos:
Has tibi fel sineis caeras antonius oris
Dimidium cuius nominis est maria
Non quia promissis diffidam mando benignis:
Non fore q̄ nobis irrita verba putem.
Immerito q̄ꝫqꝫ non q̄ credamus amico
Omnia te facere haud o venerande thoma.
Ast ego ne quemqꝫ verbis lusisse viderer:
Ducat et in mentem dicta tabella tuam.
Quae maiora fide nobis placuere: virumqꝫ
Qualem fama refert: te docuere fore.
In te firma quidem spes est mea: nec fore credo
Unqꝫ promissis facta minora tuis.

(c) 2007 Ministerio de Cultura

Est mea spes in te: faueas fortuna precamur:
Non aduersa velis semper inesse mihi.
Omnia iactatam iam cerne per aequora nauis:
Quae lacero infelix corpore tota patet.
Illi remigium liceat reparare vaganti:
Et sarcire fero carbasa rupta notho.
Et tandem portu figatur curua reperto
Anchora: nec tantum turbida perstet hyems.
In me pone tuam iam iam mare compresor iram:
Jupiter abstineas a face saeue tua.
Da mihi tranquillos tandem fortuna recessus:
Optatumq; para post mala multa bonum.
Non ego regna peto mitridatica. non ego certe
Ut mea diues aquas spargat in arua tagus.
Sed tantum vt virtus nobis non vera negari
Possit: et haec maneat puia facta mihi.
Ut dotrina mala non paupertate fingetur.
Aspera quae nimium pectora nostra premit:
At paupertatem potius doctrina repellat:
Claudat et aeterno carcere semper eam.
Hoc est quod cupio cristi venerande sacerdos!
Ad quod si dederis(vt puto) solus iter.
Per te forte meos potero irradiare parentes:
Et patriae fines concelebrare meae.
Per te forte nouis non inuidisse poetis:
Cumq; anima corpus excoluisse mea.
Te rogo q; facias! quamuis orasse necesse
Non mihi sit: talem nec monuisse virum.
Quod si tu facies! nunq; fecisse pigebit.
Exitus (ut fertur) quaeq; pacta probat.
Me tibi comendo Cristi fortissime miles!
A quo dependet spes mea tota viro.
Hic si facturus pro te quid praecipe! nato
Non secus ac! quoniam deditus ipse tibi.

De Bello Forojuliensi

Mars premit italiam: coelum mars possidet unus:
Et bellona suas nudat in arma manus.
Mars rapit innumeros populos: vrbesq; latinas! e·4

(c) 2007 Ministerio de Cultura

Ut ſubeant caecae munera militiae.
Heu heu te multo madefactã ſanguine cerno
Italia lo luctus funera et exequias.
Hanc peſtem e terris ſuperi remouete potentes:
Sit procul heu noſtris tanta chimera locis.
Sedibus aetnaeis haec tam fera monſtra domentur:
Claudantur ſtigijs vel mala tanta focis.
Ne ſinite vt forti concurrat milite miles:
Subtrahat inſtanti vel ſua membra neci.
Non ſic progenuit mortales iupiter aegroſ
Ut dextra forti concidat inferior.
Uiuere at aeternum voluit per ſaecula cuncta.
Sed quae homini cauſa eſt vt moriatur? homo.

Ad quendam

Mordaci vanoq; tuas quid porigis aures:
Non ne vides quanti cauſa ſit ille mali.
Non opus eſt verbis: factum veniamus ad ipſum:
Rimemur nati quid dedicere tui.
Quorum compereris ſi perdita tempora multis
Moribus et doctae pallados abſq; bonis.
Reſtituam pueris haec pdita tempora quod tu
Uix fieri poſſes credere poſſe mihi.
At ſi quod verum eſt docti euaſere magiſtro
Mi ſaltem grates ſi placet ipſe refer.
Nam quoniam tuus uſq; fui tuus uſq; manebo
Dum reget hos artus ſpiritus ipſe meos.

De Reditu principis Bentiuoli.

Blande cupido tuis nunc tendere viribus arcũ
Eſt opus: et forti fondere tela manu.
Tela quibus molles veniãt in noſtra puellae
Imperia: et faciant quae voluere viri.
Summe roſas unguenta puer: violaria: nardum:
Cinnama: nunc larga da quoq; vina manu.
Tura merumq; paret: niuei quoq; pocula lactis
Et ſaltet faciles ruſtica turba modos.
Bentiuolus remeat romanis victor ab oris

(c) 2007 Ministerio de Cultura

Nostrum felsinea sospes in vrbe decus.
Esto igitur quisquis redimitus tempora lauro:
Et soluat patrijs debita vota deis.
Nescio quod numen terris mala tanta repente
Reppulit: et tantam iussit abire luem.

Ad. D. Hannibalem grassum.

Te quondam genuit nobilis hannibal
Felicem in stabili sors tua saeculo:
Nummos: diuitias: alta palatia:
Dotes egregias corporis exibet:
Et maiora dabit. sed face litteris
Illustres animum: et moribus: haec quia
Auferri nequeunt: hannibal: illa sub
Fortunae pedibus stant simul omnia.
Quae semper folium vt voluitur aridum
Uentis: diuitias hic modo possidet
Tu nunc: ille modo suscipit: ille dat:
Labunturq; cito fluminis vnda ceu.
Stat fortuna parum prospera gentibus.
Doctrina est stabilis: perpetua et viro.

De seipso.

Hestiat hic saeui crudelia munera martis!
Quem turba terribili ducat in arma sono.
Hic mare ventosum spumosis nauiget vndis
Dum petit eois thura reposta locis.
Hic cupiat fasces: hunc purpura collocet astris:
Hic auras populi munus inane petat.
Sint hederae comites nobis. sit laurea phoebi:
Nos bromius faueat: pieridesq; deae.

Epyth. Cuiusdam.

Ille ego qui fueram tantorum causa malorum
Qui dederam variis funera saeua viris.
Claudor in hoc tumulo crudeli morte peremptus
Nam madefacta meo sanguine terra rubet.

(c) 2007 Ministerio de Cultura

Disce igitur quicunq; regis sub legibus ingens
Imperium / exemplo mitior esse meo.

Ad .Io. Do. Carz.

Tu deum terris dominice solus /
Solus hic veros reperisti et altos
Hic gradus sortis / bona tanta felix
Atq; beatus.
Dextra te cepit iouis / atq; phoebi
Pectus onustum sapientia: cui
Lux data est: vires positae valentis
Graminis vna.
Stas in apricis domibus quietus
Attalus tanquam / priamusq; qñ
Ilion nondum sua regna adisset
Graecia fortis.
Tristis at semper stat amata duro
Jam tibi / semper lachrymis amaris
Fatur / et forsan veniet cupido
Foemina dulcis.

De Se ipso.

Non mihi sunt gemmae: sunt munera rara / nec auruz:
Quaeq; dat auriferi ripa beata tagi.
Non mea pactoli voluuntur in arua liquores:
Mi pario nullum marmore surgit opus.
Haec ego non axis facio / modo phoebus et altae
Concedant faciles in mea vota deae.

In Cuiusd am sepulchro.

Aspice qui transis quid opes habuisse: quid vrbes
Profuit? et misero bellica terra mihi:
Aedificasse domos altas: fecisse quid arces:
Quidq; dedisse meis funera saeua viris.
Impietate mea residet meus undiq; sanguis
Distrahor infelix impietate mea.
Impietate mea tribuit vix terra sepulchrum:
Erripiuntur opes impietate mea.
Impietate mea sospes vix astitit vxor:

(c) 2007 Ministerio de Cultura

Nati vix viuunt impietate mea.
Impietate mea diram fert bellica pugnam
Tellus: et mortes impietate mea.
Impietate mea tumulo modo contegor isto:
Mors rapit ante dies impietate mea.
O quicunqꝫ regis ciues: quicunqꝫ gubernas
Imperium / exemplar sit mea vita tibi.

In Eodem.

Quam dederam multis populo crudelior omni
Est data mi tandem sanguinolenta dies.
Heu tandem patior vulnus pro vulnere: funus
Funere: pro mortem morte: calore focum.

Eiusdem Epyth.

Quo vixit nullus mōdo crudelior unquam
(Nomen enim taceo) me tenet iste lapis

Epyth. Antonii.

Claudor in hoc tumulo raptus iuuenilibus annis/
Dilectus musis / aonioqꝫ lacu.
Hoc quicunqꝫ vides antoni dicito ſalue
Salue inq̄ / Solitum non ego curo vale.

Ad Roſciam

Debita felsineas cur me nunc aduocat arces?
Et non crudelis causa retardat agris?
Hic vbi erat requies: ubi erant mea gaudia: lacte
Hic ubi candidior noſtra puella manet.
Cur non accedis mecum mea roſcia: namqꝫ
Ipſa potes: nec habes quod vereare modo.
Roſcia ne timias hominum precor vlla pericla /
Nam facies tutam me comitāte viam.
Neue retardet iter: nec longi causa laboris /
Nos duo namqꝫ mei terga prememus equi.
Et nos ſi quando deffeſos ire pigebit /
Noſtrum gramineam corpus adibit humum.
Et vires illic cytheraea teſte reſummet /
Sic longum nobis pbreue fiet iter /.
Ergo veni: non vis? venias rogo roſcia: non vis?
Ergo vale noſtri (quod bene credo) memor
Fles? noli / quoniam nitidos turbabiſ ocellos;

(c) 2007 Ministerio de Cultura

Qui superãt caeli sidera luce duo.
Flere precor cessa: non vt pegaseus iason
Hysiphilen: et quae vellera fulua dedit.
Aeneas non vt miseram troianus Elisam:
Non velut oenones corpora fida paris.
Aeoliamq; phaon vatem: vel gnosida theseus:
Non velut acacidae corpora rapta furor.
Ast vt abidemus repetitam saepe puellam
Hellespontiacis ille natator aquis.
Vt caeli semelen rex uultus ante seniles:
Desero sic uultus pulchra puella tuos.
Rus ego saepe petam: nec me retinebit aquaq;
Proluuium: caeno nec mala facta uia.
Non cephalum quondam tam saepe aurora petebat:
Non cynara creti membra cupita venus.
Ipse tuos vultus q̃ roscia saepe nitentes:
Et tua digna deis pectora saepe petam.
Ergo vale: mecum venias nisi: quod precor: haud si
Expecta: experiam: nam breuis ista mora est.

Epytha. magistri Franciſci sarzanensis.

Conditus hic ego sum phoebea doctor in arte
Franciscus prima natus in hetruria.

In quemdam responsio.

Quod sua non habuit corruus sine regimine mansit:
Sed quid si pauo non aliena ferat?
Quid sua si docto Ciceroni cuncta darentur?
Non adeo Marij carta repleta foret.
Me furem appellas (fateor) sed crimine tali
Damnatus vero iudice nullus erit.
Non hodie stygijs foret hic demersus in vndis!
In cruce qui iusto funere pendet adhuc.
Talia si semper patrasset furta: reprehensus
A te nunc quali suspicor esse: vale.

Ad Almam mulierem.

Grande caput furis: ventrem quoq; turturis: atq;
Supremam partem concupis alma tui.

(c) 2007. Ministerio de Cultura

De tibi nullus erit / melius qui ſeruiat / ergo
Fac adeas noſtros Alma parata lares.

De Fauſto.

Summa petit fruſtra fauſtus faſtigia / faſtos
Quum legat ad faſtum fuſte ſonandus erit.
Fauſte age fare modo: pueris faſtidia donat!
Et non faſtorum lectio feſta tuis.
Jam tua deberet faſtorum feſta dierum
Cuncta: & profeſtos ſcire cathedra dies.
Quum doceas faſtos / fatuus non fauſtus haberis
Fauſte: nec infeſtus deſinis eſſe viris.

In imagine bacchi.

Bacchus ero: bacchusq; fui: ſum nunc quoq; bacchus
Ingenium ſine me fert quis: & elloquium.

In eadem.

Sum deus humani generis: diuumq; voluptas:
Sum decus et muſis: vatibus atq; pater.

In eadem.

Non ſine me vir habet: nec me ſine gaudia caelum:
Non ſine me ingenium: non ſine me elloquium.

In eadem.

Hoc ego dimidio cornu do vatibus artem
Cantandi / ingenium / materiam / atq; modum.

De libello legum.

Nulla aliquem moueat noſtri admiratio libri /
Hic ſi mendoſus nec bene ſcriptus erit.
Namq; ignorabam paraphos / ſolaſq; figuras /
Quae breuibus ſignis magna notare volunt /
Non ego iam ſcripſi / ſed pinxi nempe libellum /
Signaui geminas dum ſimul ipſe notas.
Qui legis haec igitur pro veris ſigna figuris
Accipe / digeſtus non cibus in ſtomacho eſt.

Ad ſereniſſimũ Ferdinãdũ hiſpaniae regẽ p. D. Ludo. Gonzali hiſpano.

Alue ſancte parens patriae ſanctiſſima noſtrae
Gloria: & heſperiae pax veneranda tuae.
Salue vera ſalus: & bonos: & publica cunctis
Criſticolis requies non moritura bonis.
Salue flammifero nobis data munera caelo:

(c) 2007 Ministerio de Cultura

Salue siderei lumina clara poli.
Optaui quotiens quae Ferdinande videre:
Pro quibus et largas sparsimus vsqꝫ preces.
Incolumes video vultus: faciemqꝫ serenam!
Spemqꝫ meam aspicio! subsidiumqꝫ meuꝫ.
Cerno meam requiem: cerno mea lumina: cerno
Hisce oculis vitae gaudia tota meae.
Nunc tibi pro meritis! modo possim soluere grates
Persoluo toto pectore summe deus.
Reddo tibi grates qꝺ tu mea vota benignis!
Audistiqꝫ meas auribus ipse preces.
Uota mea audisti sed non indigna profecto:
Quae bona non isto principe digna forent?
Hic est defensor populorum summe tuorum:
Hic est qui seruat iussa fidemqꝫ tuam.
Hic est fulmineo qui fortiter vtitur ense
Augeat externis ut tua castra viris.
Hic est summe deus per quem lex sancta renidet
Hic est cristicolis magna columna tuis.
Hic patriae tutor: rigidi et seruator honesti:
Hic nutrimentum totius orbis inest.
Istum quis nescit cũctos superare regentes
Ingenio! vera religione: fide?
Quis pietate fuit maior? quis iustior isto?
Uincere quem ue putas hunc probitate deus?
Gentibus humanis aut quem dabis utiliorem?
Quem ve putas melius septra tenere virum?
Ergo huic cumeae da saecula longa sibillae
Da priami longos nestoris atqꝫ dies:
Innocuus: facilis: sapiens iucondus: et idem
Qui fuit! est! et erit integer! atqꝫ grauis:
Huic! qui magnanimus: fortis: modestus: et omni
Uirtute illustris: moribus atqꝫ bonis.
Huic! qui clarorũ est enutrimenta virorum:
Fortunae in terris qui simulacbra manet.
Nempe tuae laudes toto celebrantur in orbe!
O rex terrigenum caelicolumqꝫ decus.
Altaqꝫ magnificum cõscendit i aethera nomen:
Et tua non ullo tempore fama ruet.
Nec mirum ausonij genitum te marte putarunt!

(c) 2007 Ministerio de Cultura

Pectora qui superas aeuicidemq3 manu.
Gesta tui referant alij. si ferrea namq3
Vox foret: aut duro nunc adamante mihi:
Oraq3 si totidem | totidem si deniq3 linguae |
Lumina aristoxidae quanta fuere forent.
Non possent tanti tot fortia gesta referre
Principis | antiqua non moritura die.
Quo sine q̃3 possem diuturnum viuere tempus
Absq3 prius posset viuere piscis aqua.
Ergo parens salue | patriae sanctissima nostrae
Gloria: et hesperiae pax veneranda tuae.
Salue vera salus | et bonos | et publica cunctis
Cristicolis requies non moritura bonis.
Salue flãmifero nobis data munera caelo.
Salue presidium subsidiumq3 meum.

Ad Eundem. D. Iud. Hispanum.

Scripsimus incompta quae ludouice camena
Moribus | ingenio | nobilitate potens |
Accipe parua quidem | fateor | nec principe tanto
Digna: nec hoc tali munera danda viro.
Principio sed enim melior solet exitus esse:
Interea et melior forsan asyllus erit:
Et mihi quum fuerit | vobis melioza dabuntur |
Dantur nunc horis carmina facta tribus.
Docte vale iuuenis studij laus inclita nostri.
Quodq3 facis certe | me vehementer ama.

Ad Almam.

Quod cupis alma mihi semper tribuere | profecto
A | duo conficient | si duo iuncta simul.
Ut nobis versi mortalibus esse feruntur
Antipodes nullis cognita turba viris.
Ipse tibi et muzac conuersis alma figuris
A duo qui implebit tradere concupio.
Ergo veni subito nullis armata sagittis |
Horrendum non est nomen vt esse putas.

(c) 2007 Ministerio de Cultura

Epyth. Magistri; B. M.

Luuica quem genuit terra: est quo laeta legente
Felsina | Maserius Bardesar hic situs est.
Pierio quo non in carmine doctior alter |
In Logica quo non doctior alter erat.
Ergo hac qui transis dic moliter | oro | quiescat
Summus bonos musis | ꝛ Haliene tibi.

Hymnus in natiuitate domini.

Unc genus humanum: totus nunc gaudeat orbis:
n Gaudeat excelsi limes vterqꝫ poli.
Nunc noua sacra paret | populus nunc omnis ad aras
Dona sato portet sacrificanda deo.
Hymnis nunc resonent: ꝛ cantibus aethera laetis:
Luceat atqꝫ nouo quaelibet ara foco.
Dona ferant pueri mixti iuuenesqꝫ senesqꝫ
Ad tugurum: sub quo natus es alme puer.
Natus es alme puer | terras | quicqꝫ astra creasti
Quicqꝫ mare vndisonum natus es alme puer.
Natus es alme puer | genitus prae caetera cuncta:
Ante tuam matrem natus es alme puer.
Natus es alme puer | tribuis qui lumina mundo:
Qui tenebras nocti natus es alme puer.
Natus es alme puer | fugimus nigra tartara per quem:
Et mortis poenas natus es alme puer.
Natus es alme puer via | vita | redemptio mundi
Vera salus | requies | natus es alme puer.
Ite igitur cuncti puero date munera nato:
Munera sint hominum candida corda tamen.
Surgite iam laeti | regem cognoscite vestrum:
Dicite iam nato talia verba deo:
Nate puer salue | spes vnica totius orbis:
Vita hominum felix: ꝛ via vera poli.
Te precor vt mecum | supersit dum vita | moreris:
Deinde mihi donec gaudia fine meo.

Ad Laurentium Roscium.
Dicebam (memini) longum domat omnia tempus.

(c) 2007 Ministerio de Cultura

Fac perstes | voti tempore compos eris.
Profuit hoc: animusq; tuae non paruus amantis:
Et tua sedulitas affuit apta tibi.
Quis neget europen modo falsi in imagine tauri |
Et laedam cigni iam rapuisse iouem?
Quis neget asterien aquilam violasse decoram?
Et danaen aurum quis vitiasse nitens?
Et quis non geminos credet nicteida natos
In satyri forma progenuisse ioue?
Nic quoq; credibile est asopida tectus ab igni
Luserit ut: pastor mennosinemq; deus.
Quid si te toruo mutant neptune iuuenco
Aeolios possis ut retinere sinus?
Quid si te tetigit falsum delphina melanto?
Sensit equum si te gorgonis: atq; ceres?
Si caper haud uerus bisalpida fallis: enypbei
Signis aloidas tu quoq; versus aquis?
Quid dum pastor erat macbareida cynthius issen
Luserit? erigonen bacchus vt vua suam?
Quid si saturnus generat chirona bimembrem
Dum tegitur forti corpore factus equus.
Haec ego quum legerem veterum sacra carmina vatum
Credebam ingenio fingere multa suo.
Sed nam vera manet maior pars. numina vestes
Et non mutabant corpora | crede mihi:
Tu frueris gemina mutata veste puella
Hactenus heu dura | difficiliq; tibi
Desinat | aut damno discat qui nescit amare
Ille suo | leges haec in amore iubent.
Obsunt (vt video) timor et mora tristis amanti
Et quum non illi summittur apta dies.
Apta dies equidem sumpta est tibi | quumq; fuisset
Non tardas | tenso casse retenta fera.
Quin geris in stantes venabula longa leones:
Et capias dulces quin vafer ipse cibos.
Quodq; magis miror | lepores tibi summere binos
Uno casse licet | vel sine voce canum.
Quum prehendant alij innumeris vix rhetibus vnum
Et superent numero rhetia ducta canes
Sis in amore diu felix: in amore beatus

(c) 2007 Ministerio de Cultura

Laurenti : et celebra dulcia furta deae .

Solatorium carmen .

Non est moerendum iuuenes in morte paterna !
Laetandum sed enim est ! credite !¡corde pio .
Debuit vt patrias hic nam remeauit ad oras !
Felicis vitae post bona multa suae .
Felix ad vitam tendis franciſce beatam
Et nos in misero funere destituis .

Ad ill . d . bānibalem bent` .

Dulce decus patriae : splendor laus inclita doctae .
Ciuibus ampla salus : vrbis amica quies .
Terrarum bona spes ! : pax : nutrimenta tuarum :
Progenies patribus non reticenda tuis .
Hannibal humanis nomen memorabile terris :
Hannibal astrigeri cura diurna poli .
Sis sospes : nec te rapiat nisi tarda vetustum
Mors precor ! ut felix terra sit ista diu .

Ad phoebum donatio barbae .

Primitias segetum cereri pia sacra vouebant
Agricolae : laeto primaq; uina deo .
Et quod paciferae collectum munus oliuae
Primum donabant docta minerua tibi .
At ti bi primitias resecatae munera barbae
Non noua suspendo phoebe comate meae .
Dona tuo debes paccato summere vultu
Quae tibi nempe bona dātur amica die .
Ante diem sacram baptistae porro iohannis
Est hora decima barba resecta mea .
Quod fuerit tonsor similis mihi nomine ! nondum
Qui tribui veneri premia grata meae .
Quattuor addiderim quod ternis mensibus actis
Lustra ! modo adiungas quattuor ipse dies .
Teq; ! tuasq; sequor q; vates usq; sorores :
At q; tua nunc̄ phoebe recedo lyra :

(c) 2007 Ministerio de Cultura

Quã sunt grata mihi tua munera pulcher apollo !
Esse tibi debent non mea grata minus.

Ad laurentium

Laurenti sumum rogitas sine fine tonantem :
Nysaeas etiam : quas colis ipse : deas.
Ut faciant illo totum te tempore nasum
Est tibi quum redolens olfacienda rosa.
Et nos usq; deos porro rogitamus eosdem :
Quosq; pios omnes altus olympus habet.
Ut faciant illo totum me tempore penem
Amplexu quando est pulchra puella meo.
Quae potius summo sunt concedenda tonanti ?
Quae cupio tota mente ? vel ipse cupis ?
Uota quidem mea sunt / ut res sit grata duobus
Quod tibi non esset si daret ista deus.

Ad raucum.

Ducendos mutinam sumpsisti scilicet ursos :
Pascere vel solo gramine mille boues.
Et mare ventosum pertuso vase : vel vna
Quae careat fondo conuacuare paras.
Quum geris etbruscos aduersus bella poetas
Nec solitos vllis cedere marte viris.
Ergo stulte tibi non profectura relinque
Arma : nec in rauco carmine fide tuo.
Di namq; ingenio superant et carmine cunctos :
Arnus et aonidum potio factus inest.
Credas rauce mihi / qui sum tibi fidus amicus !
Si sequeris pugnam verbera multa feres.

Responsum in pediconem.

Non ego sum solitus vitio vitiosior ipso
A tali tales demere corde faces.
Non ego luxuria tu luxuriosior omni
Erripere hoc nostra sum vetus arte malum
Ex scelere o cuncto scelus ipse scelestius / unquam

(c) 2007 Ministerio de Cultura

Non mea presidium conferet herba tibi.
Hirco cynipheae telluris olentior ispo.
Qui putidus palles semper utraqꝫ lue.
Succus opem nullam meus afferet. ergo iacobum
Ipete | qui morti corpora danda necat.
Qui trahit auersos scallis ad funera fontes:
Qui cupit innumeros degat ut ille reos.
Forsitan affectas ut nomen apertius huius
Enarrem medici: vis ne? quidem faciam.
Hunc pete | vulgari qui nomine dicitur el boia |
Apta quidem morbo est haec medicina tuo.
Ille tibi quod non medica podalyrius arte:
Quod chiron herbis non valet ipse suis.
Phoebaea doctus nec iam quod in arte machaon |
Sanabit vulnus protinus vsus ope.
Proderit ista tuo credas medicina furori |
O qui taꝫ durum pectore vulnus habes.
Erripit ex imis flagrantes ossibus ignes:
Liberat a toto corpore quaeqꝫ malo.
Hunc pete: venturum tempus remorare nec | illas
Non longo effugies tempore crede manus.
Interea contunde tuas in cude camenas |
Claudicat alterno nam tua musa pede.

Ad Conuiuas p troilo filicino disc. suo.

Heri quum ab honoranda genitrice mea vestri famaꝫ aduen
tus: quo quideꝫ nihil gratius: nihil iucundius: nihilqꝫ quod
magis desideraremus afferri poterat | auduisseꝫ prestantissime
auuncule: vosqꝫ caeteri discumbentes clarissimi | cogitabaꝫ qui
bus verbis astrictis pedibus (carmine enim delector) meritaſ
tantae humanitati gratias | quanta hodierna die in nos vsi fui |
stis | referre possem. Euigilabatqꝫ meus praecipue animus in
te vir erudito et faceto ingenio Dominice: vt qui nactus occasio
nem canendi de te materiam reperiret: tunc vna musarū Clio
me talibus verbis allocuta est.

Mos fuit alternis semper tibi versibus vti |
Nomen in alterno tale manere nequit.
Dom nice potes non dicere | namqꝫ videtur
Syllaba prima | sequens atqꝫ locanda breuis.

(c) 2007 Ministerio de Cultura

Si dominice velis / neruis tua plectra sonabunt
Ut fractis longo fuste repulsa lyra.
Dominicum dices merito ridebere cunctis /
Atqz nouum dicent repperit iste pedem.
Nec placet i geminas hoc nomen scindere voces
Ante domi ut ponas carmine deinde nicum.
Conditione sui poterit non nominis unqz
Ille tuos vera lege subire modos
Utar tunc dixi cognomine: risit et inquit
Utere iudicio / consilioqz tuo.
Sed si forte virum quisqz catbalane tulisset:
Contuso multo verbere terga cani.
Implesset totam subitis latratibus vrbem
Ille canis fugitans per loca cuncta citus.
Ecce vides igitur casus tibi nominis obstat
Carmine quin possis nuper inesse meo.
Non tamen idcirco mensis secede paratis.
Nomina ne gemini sint tua causa mali.
Nam quod debuerat dici modo carmine / dicam
Uulgari misso nunc elicone sono.

Ad Ciues gratiarum actio.

Gratias vobis ago singulares
Omnibus ciues merito colendi
Qui recepistis in bonore dignum
Me minus isto.
Unde dum macrae liquor omnis. atqz
Apibus deerit fera quaeqz: et alto
Caucaso frigus: calor / atqz nigris
Feruidus indis /
Immemor vestrum: fueroqz tanti
Muneris: quantum mihi uos dedistis
Usqz bonorandi mihi, et usqz amandi
Ergo valete.

Ad Uulpianum de libro suo.

Uulpiane tuo si tantas pectore leges:
Et tantos ferres mente tua paraphos: f .3.

(c) 2007 Ministério de Cultura

Quanta tuus nobis tribuit ientacula codex |
Dulcia quae risu mixta fuere bono.
Esset crede mihi docto sapientior illo
Qui dedit attaeis iura colenda viris.
Te nec agenoxides: nec te superare lycurgus
Spartanis posset legibus ipse datis.

In cossulum

Cossule foeda lues sanctis inimica deo q3
Cossule luxuriae nequitiaeq3 parens.
Cossule pars vilis : minox et de plebe minozi
Fex | sentina tuae gentis et ater odor.
De me quid loqueris? de me quid garrule garris?
Perfida quid nunq3 haec linga silere potest?
Bella petis? cur bella times? in bella venito
Si quid habes: [illegible] is comes ipse tibi:
Me solum tu solus ad[illegible] tibi dedecus ingens
Ista sub haud scuto bella parare tuo.

In malum poetam

Qualia parrbasiae rudunt animalia terrae
Talia disperdis carmina voce rudi.
Quis magis hos cruciat q3 tu? quos angis ab omni
Parte sui | resecans hinc caput | inde pedem.

Deflet mortem bartholomei hispani optimi musici.

Jam ferax inter sita terra campos
Africae acres colligeraeq3 gentes
Galliae | risus veteres | iocosq3
Linque perennes
Jam tuas aequor lachrimas propinquum |
Atq3 pyrenes iuga summa cernant:
Herculis longae videant columnae
Tristia quaeq3.
Bethys obscuros capiat liquores:
Muret auratas tagus amnis vndas |
Turbidum in coenum: vehat atq3 foeda

(c) 2007 Ministerio de Cultura

Magnus iberus.
Heu trium duro digito sororum
Interit longo memorandus aeuo
Musicus: dignus | tua digna proles
Bartholomeus.
Roma pullati merito quirites |
Et decentes per tua cola crines
Absq; vadant ordine: fonde grandes
Roma querellas.
Mortuus sane celebrare qui te
Et tuas laudes: poterat: suisq;
Cantibus multum decorare: et alta
Tollere ad astra.
Istius quando cythara gerebat
Una | cordas sollicitabat atq;
Altera | aut quicq; (mihi crede) uisum est
Dulcius illo.
Scire sed qui sit similis | duplexq; |
Unicus | simplex sonus | atq; turpis |
Uel bonus | uocum et variare voces
Quid tibi prodest?
Hoc feras cantu | lapides | furorem
Fluminum | siluas | potuit mouere
Thracius vates | et opaca regna
Cum ioue nigro.
Hoc et amphion tyrios in alta
Moenia olim vertere nempe montes.
Aequoris magni | pecus hocarion
Reddere mite.
Impiae sed tu fera facta mortis |
Et deum casus superare iniquos!
Heu nequis | cantu tamen atq; neruo
Non minor ullis.
Credo non terras habitare dignus
Sed poli sedes | radijs nitentes |
Unde non mirum prope se dei te
Si voluerunt.
Jam deos inter vale collocatus
Martiae quondam decus vrbis igens
Nunc deum cantus | sonus et cupitus

(c) 2007 Ministerio de Cultura

Bartholomeae.

De Amante sua ad amicum

Uerus amor qui sit: quae sit mea sola voluptas:
Et quae sit vitae maxima causa meae
Rimari nunq̄ cessas: quid quaeris amice?
Obseruas gressus nocte dieq̄ meos:
Non placet ut nostram cognoscas forsan amantem
Jam dudum scio quid lex in amore velit.
Cognosces tamen banc si tu bene carminis huius
Amplexus fueris scripta priora mei.

Jacominus faber ad cossulum.

Cossu le respondes cur non? tecum ipse iocabar:
Sum tuus (boc iam non te latet) usq̄ comes.
Sum comes usq̄ tuus: te diligo: fecit amicum
Me natura tuum | persimilem q̄ tibi.
Pectus idem: vultus similes: manus ipsa: pedesq̄:
Crura: femur: coxae: brachia: cola: caput.
¶ Xp̃s expulit flagello emẽtes & uẽdẽtes de tẽplo. ca. xxv.
e 7 Horrendum ſiluis: hæc illis curia: templum e 7.
Hæc ſacre ſedis: miroq̃ honore colebãt e 4.
e i Namq̃ ſub ingenti luſtrat dum ſingula templo

(c) 2007 Ministerio de Cultura

e 7	Horreſcit uiſu ſubito inſonuitq; flagello	e 9.
e xii	Significatq; manu & magno ſimul intonat ore	
e 6	Quæ ſcelerum facies quæ ue æra micantia cerno	e ii.
e 3	Cæſaris & nomen: & nomen inſania mutat	e 3
	Hæc nobis prima ſedes: eſt hic tempore certo	g 4.
e 7	Perpetuis ſoliti patrum conſidere menſis	
e ii	Obſtupuere omnes geliduſq; per oſſa cucurrit	e 6
	Ima dolor: menſasq; metu liquere priores	e 3.
	¶ Diſcipuli periclitantur in mari. Cap.	xxvi.
e 3	Inde ubi præ fides pelago tranquilla per alta	e ii.
e ii	Deducunt ſocii naues atq; arte magiſter	e 8.
	Hic alius ſunda latum tranſueto erat amnem	g i.
	Alta petens: pelagoq; alius trahit humida lina	
	Poſtquam altum tenuere rates: nec iam amplius uelle	e 3.
	Occurrunt terre: crebris micat iguibus ether	e i.
	Erripiunt ſubito nubes cælumq; diemq;	
e 5	Conſurgunt uenti & fluctus ad ſydera tollunt	e 5.
	At ſociis ſubit gelidus formidine ſanguis	e 3.
e 3	Diriguit: cecidere animi: conctiq; repente	e 1.
	Portum expectabant flentes uox omnibus una	e 5.
	¶ Diſcipuli clamant adiuua nos pmiris.	
	Spemq; metumq; inter dubii ſeu uiuere credat	e i.
e i	Siue extrema pati lęti diſcrimine paruo.	e 3.
	Qualia multa mari naute ponuntur in alto.	e 7.
	¶ Chriſtus ambulans ſup mari imperat uentis:	cap. xxvii.
	Ecce deus magno miſeri murmure pontum	e i.
e i	Emiſſamq; hyemem ſentit cui ſumma poteſtas	e x.
e 5	Par leuibus uentis: & fluminis otior undis	e 6.
	Prima petit maria & pelago decurrit aperto	
e 3	Nec longo diſtat curſu pereunte carina	e 5.
e x	Agnoſcunt longe regem dextramq; potentem	e 7
e 3	Nudati ſocii & magno clamore ſalutant	
	Poſtquam altos tetigit fluctus & ad æquora uenit	
	Hic uero horrendum ac uiſu mirabile ferre	e 7
e 5	Subſidunt unde: ramo ut luctamen id eſſet	e 8.
e i	Collectasq; fugat nubes graditurq; per æquor	c 3
	Iam medium: nec dum latera ardua corpore tangit	
	At media ſocios incedens naue per ipſos	e i.
	Ecce gubernaculn rector ſubit ipſe magiſter	
e 5	Intremuit malus: gemuit ſub pondere cimba	e 6.
e 4	Vella cadunt pupiq; deus conſcendit in alta	e 5

(c) 2007 Ministerio de Cultura

Et tandem leti naute:auertuntur harenę — e 6.
¶ De cæna domini. Cap. xxviii.
e 6 Deuexo interea prior ſit ueſper olimpo
e i Tunc uictu reuocant uires fuſicꝫ per herbam
Et dapibus menſas onerant & pocula ponunt
¶ Chriſtus tradidit corpus & ſanguinem diſcipulis:ad ſa-
cramenti miſterium. Cap. xxviiii.
e i Poſtquam prima quies epulis:menſæcꝫ remotę
e ii Ipſe inter primos genitor inſtaurat honores — e i.
e xii Suſpiciens cœlum:tunc facta ſilentia linguis — g ii.
e xii Dant manibus fruges:dulcesqꝫ & fortibus undis — e xii.
e i Impleuitqꝫ mero patheram rituſqꝫ ſacrorum — e xii.
e x Edoar immiſcetqꝫ preces:ac talia fatur
¶ Chriſtus predicat apoſtolis.
e ȝ Audite o proceres:& ſpes ut diſcite ueſtras
e ſ Nemo ex hoc numero:mihi non donatus adibit
Promiſſisqꝫ patris:ueſtra inquit munera uobis
Certa manent pueri:& palmam mouet ordine nemo — e ſ.
¶ Chriſtus pronuntiat paſſionem ſuã apoſtolis. cap. xxx.
e 8 Et lux cum primum terris ſe craſtina reddet — e 8.
e ſ Vnus erit tantum in me exitiumqꝫ meorum — g i
e ȝ Dum medium pati ſe offert de corpore noſtro — e i.
e ſ Namqꝫ dies ni fallor adeſt ſeducite curas — e x.
e 4 Mecum erit iſte labor:nec me ſententia fallit — e x
e ſ Vnum pro multis dabitur caput:hæc ita fatus — e 6.
Conticuit ſe iamqꝫ dedit per membra quietem — e 8.
¶ Fugiunt apoſtoli Cap. xxxi.
Diffugiunt comites:& nocte teguntur opaca — e 4.
Multaqꝫ dura ſuo triſti cum corde uolutant — e 8.
e 9 Quid faciant herent infixi pectore uultus — e 4.
Verbaqꝫ nec placidum membris dat cura quietem.
¶ Conqueritur petrus cum ſociis Cap. xxxii.
Tunc ſenior tales referebat pectore uoces. — e ſ:
e 6 Multa putans ubi nunc nobis deus ille magiſter — e ſ.
Quem ſeqmur? quo ue ire iubes ubi ponere ſedes — e ȝ
e x O dolor atqꝫ decus tantarum gloria rerum — e ſ
e ii Iam iam nulla mora eſt & nos rape in omnia tecum — e ii.
Optamus teqꝫ aſpectu ne ſubtrahe noſtro — e 6.
¶ Tumultus fit in iudeis Cap. 33.
e 4 Occeanum interea ſurgens aurora reliquit
e 8 Iamqꝫ ſacerdotes:late loca queſtibus implent — g 4.

(c) 2007 Ministerio de Cultura

Cum populo & patribus ferturq; per agmina murmur g 4.
e i Quod genus hoc hominũ q̃ue hũc tã barbara morẽ. e xii.
Permittit patria? pęnas cum sanguine poscunt
e ii Vndiq; collecti: & magno clamore sequuntur e ii.
Insontem sæuitq; animis ignobile uulgus e 9.
℄ Xp̃s hora sexta illudit̃ & ductus ẽ ut crucifigatur. ca. 34.
e 4 Sol medium cœli conscenderat igneus orbem e x
e 9 Tunc subito accurri omnes populosq; patresq;
Exposcunt: fariq; iubent: quo sanguine crenis
e xii Quid ue petat: quid ue ipse ferat prędamq; tuentes e 3
Facta uiri manus dolor & stupor urget in hertes e x
Nescia mens hominum certant illudere capto e ii.
e 4 Tunc uero captis concurrunt undiq; tælis
e xii Tollitnr in cœlum clamor cunctiq; repente e i.
e ii Corripuere sacram effigiem: manibusq; cruentis
e xi Ingentem quercum diciſis undiq; ramis
e 6 Constituunt spiniſq; ligant ingentibus illum e ii
e 6 Tendebantq; manũ pedibus per mutua nexis e 7
e 6 Triste ministerium sequitur quos cerera proles e 5
Ansi omnes inmane nefas ausoq; potiti e 6.
℄ Christus alloquitur iudeos
e x Ille autem inpauidus quo uincula nectitis inquit b 6.
Tanta ne uos generis tenuit fiducia uestri e i.
Post mihi non simili pœna commissa luetis
e ii Talia perstabat memorans: fixusq; manębat
℄ Fit teremotus & sol obscuratur. cap. 35.
e ii Interea magno misceri murmure cœlum e i.
Incipit: & rebus nox abstulit atrã colorem e 6
Impiaq; eternam timuerunt secula noctem g i
g i Terra tremit fugiere ferç & mortalia cordã.
Per gentes humiles strauit pauor: inde repente e 8.
e 9 Dat tellus gemitum: & cœlum tonat omne fragore e 9.
℄ Christus descendit ad limbum & extrahit animas. cap. 36
e xi Extemplo comites herebi de sedibus imis g 4.
g 4 Vmbre ibant tenues: tellus quoque & equora ponti g i
Signa dabant: sistunt amnes terreq; dehiscunt
Quin ipsæ stupuere domus: atq; intima læti g 4.
Tartaraq; & umbrose penitus patuere cauernæ e 8.
g i Sol quoq; exoriens: cuncti se scire fatentur e xi.
Tunc caput obscura nitidum ferugine tinxit g i.
℄ Christus tertia die resurrexit. Cap. 37.
e xi Hosq; inter motus media inter talia uerba e xii
e x Tertia lux gelidam cœlo dimouerat umbram

(c) 2007 Ministerio de Cultura

g 4 Iamq; pedem referens ſuperas ueniebat ad horas e 6.
e ii Cum ſubito ante oculos ingenti mole ſepulchrum e ii.
e xi Corpus ubi exanimum poſitum nec clauſtra nec ipſe e ii.
e ii Cuſtodes ſufferre ualent auulſaq; ſaxis e 1
e ii Saxa uident: laxis laterum compagibus arctis
e 9 Fit ſonus ingenti concuſſa eſt pondere tellus
e ii Horror ubiq; animum ſimul ipſa ſilentia terent

¶ Foribus clauſis apparuit chriſtus apoſtolis. cap. 37.

e 8 Ecce autem primi uoluunt cum culmine cantus e 8
e 7 Ingreditur linquens antrum ſpoliisq; ſuperbus
Ibat ouans pulſaq; pedum premit excita tellus e xi
e ii Vulneraq; illa gerens foribus ſeſe ingerit arctis
e ii Atq; hic ingentem comitum affluxiſſe nouorum e i.
e ii Inuenit admirans numerum cunctiſq; repente
e i Improuiſus ait: coram quem queritis adſum
e 6 Vicit iter durum pietas & inuida uirtus e 5.
e 4 Preçipites uigilate uiri timor omnis ab eſtò e xi.
e xi Hi ueſtri reditus expectatiq; triumphi
e xi Hec mea regna fides: oterq; quaterq; beati e i.
e xi Quæ uobis quæ digna uiri pro laudibus iſtis
e xi Premia poſſe reor ſolui quę digna paraui e 4.
Accipite ergo animis quæ uos a ſtirpe parentum e 3
Prima tulit tellus eadem uos ubere læto e i.
Accipiet reuocate animum meſtumq; timorẽ
Mittite: & uoſmet rebus ſer uate ſecundis
¶ Xp̃s comẽdat pacẽ oĩdẽs uulnera dubitãtib⁹ de eo. ca. 38.
e xi Quod ſupereſt leti bene geſtis ordine rebus
e x Pacem opate manu: pacem laudate ſedentes e xi
e xii Magnanimi pacis ſolum inuiolabile pignus
e 5 Et ſimul his dictis faciem oſtendebat & ora
e 6 Ora manusq; ambas: populataq; tempora ferrõ

¶ Gauſi ſunt diſcipuli: uiſo domino cap. 39.

e 5 Inmiſcentq; manus manibus: gaudentque uidentes
e 6 Nec uidiſſe ſemel ſatis eſt iuuat uſque morari
Et conferre gradum & dextræ coniungere dextrã e 8.

¶ Aſcendit ad cœlos. uidentibus diſcipulis. cap. 40.

e 6 His demum exactis: ſpirantes dimouet umbras e 6.
e 9 Aera per tenerum cœloque inuectus aperto e i.
e 4 Mortales uiſus medio in ſermone reliquit
e i Infert ſe ſceptus nebula mirabile dictu
e 7 Atque illum ſolio ſtellantis gloria cœli
Accipit eternumque tenet per ſecula nomen

(c) 2007 Ministerio de Cultura

Probe falconie uatis clariſſ. cētōe

Capitulorum. Tabula.

Centones cap. i.
Inuocatio altiſſimi. cap. ii.
Propoſitio tractandorum. ca. iii.
Deprecatio ad deum ca. iiii.
¶ De miſteriis teſtamēti ueteris
De creatione mundi. cap. v.
De diuiſiōe lucis a tenebris. ca. vi.
De quattuo tp̄ibus anni. cap. vii.
De prima die. cap. viii.
De ſecunda die. cap. ix.
De tertia die. cap. x.
De quarta die. ca. xi.
De quinta & ſexta die. ca. xii.
De formatione Ade. ca. xiii.
De creatione Eue. ca. xiiii.
De bīdictione hois adeo. ca. xv.
De prohibitiōe ligni. ca. xvi.
De deſcret. delitiaꝝ p̄ad-. ca. xvii
De tētat. fcā p̄ ſerpētē. ca. xviii.
De ſeductiōe eue p̄ ſerpē. ca. xix.
De comeſtiōe pomi p̄ euā. ca. xx.
De ſedutiōe Ade ab eua. ca. xxi.
Qualiter ſe uidēt nudos. ca. xxii.
Quod uolebāt ſe abſcō. ca. xxiii.
De increpatione eis facta a domi
no. cap. xxiiii.
De excuſatiōe Ade. cap. xxv.
De maledict. ſerpentis. cap. xxvi.
De maledictione Ade. cap. xxvii.
De maledictione eue. cap. xxviii.
De expulſione eorum de paradi
ſo. capitulum. xxix.
De natiuit Abel & Caym. ca. 30.
De occiſiōe Abel a Caym. ca. 31.
Multa mala fiunt in mundo pro
pter auaritiam & iuidiā. cap. 311.
De diluuio. cap. 33.
Noe ſaluatus eſt. ca. 34.
De pharaōe & populo dei. ca. 35

¶ De miſteriis noui teſtamenti.
De incarnatiōe filii dei. ca. i.
De natiuitate. ca. ii.
De magis offerētibus & ſtella eo
rum duce. cap. 3.
De turbatione herodis reg. ca. 4
De occiſione pueroꝝ cap. 5.
De fuga d. marie cū filio. cap. 6.
De diſputatione pueri in templo
in medio ſeniorum. ca. 7.
O ēs mirātur de ſaqia xp̄ica. 8.
Teſtimonium ioannis de aduen
tu chriſti. cap. 9.
De baptiſmo chriſti: cap. .x
De baptiſmo multorū. cap. xi
De uoce audita de cœlo. ca. xii.
xp̄s loquitur de patre. cap. .13
O ēs gaudēt de aduēt xp̄i. ca. 14
De tētatiōe xp̄i a diabolo. ca. 15.
De reſponſione chriſti ad tenta
torem Cap. 16.
De fuga diaboli Cap. 17.
De ellectione diſcipulorū. ca. 18.
De prædicatione: ad diſcipulos
& turbas de regno & contem
ptu diuitiarum. cap. 19.
De alia predicatione ne colant
idola. Cap. xx.
De alia prædicatione de iudicio
uenturo. cap. xxi.
De quodam qui rogauit domi
num: ut quid faciendo uitā eter
nam poſſideret. cap. xxii.
De reſpoſione & facta per chri
ſtum. Cap xxiii.
De ſeſſiōe xp̄i ſup aſellū. cā. xxiiii
De expulſione ementium & uen
dentium de templo. ca. xxv.
De diſcipulis in mari periclitanti
bus. capi. xxvi

(c) 2007 Ministerio de Cultura

De christo ambulante super a. q̃s capitum. xxvii
De cæna xp̃i cũ discipu. ca. xxviii.
De cõione discipulorũ. ca. xxviiii.
De pronunciatione passionis sue. Capitulum. xxx.
De tractatione eius mortis per iudeos. cap. 31.
De fuga discipulorũ. cap. xxxii.
De conquestione petri ad condiscipulos capi. 33.
Sexta hora duci ad cruc. ca. 34.
De teremotu & obscuratione solis. Capi. 35.
De spoliatione limbi cap. 35
De resurectiõe xp̃i. cap. 36.
Quod foribus clausis apparuit apostolis cap. 37.
Pacé comédauit. cap. 38
De ascésione domini. cap. 39.

Impressum i ciuitate. Brixie a magistro. Bernardino misinta. Papiẽsi impressore. M. cccclxxxxvi. viii. Kln. Aprilis.

(c) 2007 Ministerio de Cultura

(c) 2007 Ministerio de Cultura

est Doctoris qual[illegible]

BVCOLICA CALPHVRNII ET NEMESIANI

Parmæ

(c) 2007 Ministerio de Cultura

(c) 2007 Ministerio de Cultura

TITI CALPHVRNI SICVLI BVCOLI CVM CARMEN AD NEMESIANVM KARTHAGINENSEM INCIPIT.

Ornitus & Corydon Interlocutores Aegloga .I.

OR. NONDVM SOLIS EQ VOS
DECLIVIS MITIGAT Aestas
Q VAMVIS ET MADIDIS
INCVMBANT præla racemis
Et ſpument rauco feruentia muſta ſuſurro.

CO. Cernis ut ecce pater quas tradidit Ornite uaccæ
Molle ſub hirſuta latus explicuere geneſta?
Nos quoq; uicinis cur non ſuccedimus umbris?
Torrida cur ſolo defendimus ora galero?

OR. Hoc potius frater Corydon nemus. iſta petamus
Antra patris fauni: gracilis ubi pinea denſat
Silua comas: rapidoq; caput leuat obuia ſoli
Bullantes ubi fagus aquas radice ſub ipſa
Protegit & ramis errantibus implicat umbras.

CO. Quo me cũq; uocas ſequor ornite: nã mea leuce
Dum negat amplexus nocturnaq; gaudia nobis
Peruia cornigeri fecit ſacraria fauni.

OR. Prome igitur calamos. & ſi qua recõdita ſeruas.
Nec tibi defuerit mea fiſtula: quam mihi nuper
Matura docilis compegit harundine lygdon.
Et iam captatæ pariter ſucceſſimus umbræ.
Sed quæ nam ſacra deſcripta pagina fago?

(c) 2007 Ministerio de Cultura

Quã modo neſcio quis properâti falce notauit?
Cory. Aſpicis ut uirides etiam nũc littera rimas
Seruet? & arenti nondũ ſe laxet hiatu?
Ornite fer propius tua lumina. Tu potes alto
Cortice deſcriptos citius percurrere uerſus.
Nam tibi longa ſatis pater internodia largus
Procerumq; dedit mater non inuida corpus.
OR. Non pãſtor non hoc triuiali more uiator
Sed deus ipſe canit. nihil armentale reſultat.
Non montana ſacros diſtingunt iubila uerſus.
Cory Mira refers. Sed rũpe moras. oculoq; ſequaci.
Quã primum nobis diuinum perlege carmen
OR. Qui iuga qui ſiluas tueor ſatus æthere faunus
Hæc populis uentura cano. iuuat arbore ſacra
Læta patefactis incidere carmina fagis
Vos o præcipue nemorum gaudete coloni.
Vos populi gaudete mei. licet omne uagetur
Securo cuſtode pecus: nocturnaq; paſtor
Claudere fraxinea nolit præſepia crate.
Non tamen inſidiãs predator ouilibus ullas
Affert: aut laxis abiget iumenta capiſtris:
Aurea ſecura cum pace renaſcitur ætas.
Et redit ad terras. tandem ſqualore ſituq;
Alma themis poſito. Iuuenemq; beata ſecuntur
Sæcula. maternis cauſam qui luſit iulis.
Dum populos deus ipſe reget: dabit impia iũctas
Poſt tergum bellona manus ſpoliataq; telis

(c) 2007 Ministerio de Cultura

In ſua ueſanos torquebit uiſcera morſus.
Et modo quæ toto ciuilia.diſtulit orbe
Secum bella geret.nullos iam Roma philippos
Deflebit nullos ducet captiua triumphos
Omnia tartareo ſubigentur carcere bella.
Immergétq; caput tenebris.lucemq; timebunt.
Candida pax aderit.Nec ſolum candida uultu:
Qualis ſæpe fuit:quæ libera marte profuſſo
Quę domito ꝓcul hoſte:tamé graſſãtibus armis
Publica diffudit tacito diſcordia ferro.
Omne procul uitium ſimulatæ cedere pacis
Iuſſit:& inſanos clementia condidit enſes.
Nulla catenati feralis pompa ſenatus
Carnificum laſſabit opus.nec carcere pleno
Infelix rãros numerabit curia patres.
Plena quies aderit.quæ ſtricti neſcia ferri
Altera Saturni reuoces latialia regna.
Altera regna numæ.qui primnm ouantia cæde
Agmina romuleis & adhuc ardentia caſtris
Pacis opus docuit.iuſſitq; ſilentibus armis
Inter ſacra tubas non inter bella ſonare.
Iam nec adumbrati faciem mercatus honoris
Nec uacuos tacitus faſces & inane tribunal
Accipiet conſul.ſed legibus omne reductis
Ius aderit.moremq; fori uultumq; priorem
Redddet.& afflictum melior deus auferet æuũ.
Exultet quæcunq; nothum gens ima iacentem

(c) 2007 Ministerio de Cultura

Erectumq; colit boream:quæcumq; uel ortu
Vel patet occasu.medio ue sub æthere seruit.
Cernitis ut puro nox iam uigesima cælo
Fulgeat:ut placidum radianti luce cometem
Proferat:ut liquidum nutat sine uulnere sydus
Nũquid utrumq; polum sicut solet igne cruẽto
Spargit:& ardenti sintillat sanguine lampas
At quondam non talis erat.cum cæsare rapto
Indixit miseris fatalia ciuibus arma:
Scilicet ipse deus Romanæ pondera molis
Fortibus excipiet sic in concussa lacertis
Vt neq; transtati sonitu fragor:intonet orbis
Nec prius & meritis defunctos Roma penates
Censeat:occasus nisi cum respexerit ortus.

COr Ornite iamdudum uelut ipso numine plenus
Me quatit.& mixtus subit inter gaudia terror
Sed bona fœcundi ueneremur numina fauni:

OR Carmina quæ nobis deus obtulit ipse canenda
Dicamus.teretiq; sonum modulemur auena
Forsitan augustas feret hæc meliboeus ad aures.

ASTHACVS ET IDAS AEGLOGA.II.

i Ntactã crocalen puer Asthacus & puer Idas
Idas lan igeri dominus gregis:Asthacus horti
Dilexere diu:formosus uterq;:sed impar
Voce sonans.Terras hi cum grauis ureret æstas
Ad gelidos fontes.& easdem forte sub ulmos
Conueniunt.dulciq; simul.contendere cantu.
Pignoribusq; parant.Placet hic ut uellera septẽ

(c) 2007 Ministerio de Cultura

Ille ſui uictus ne meſſem uendicet horti.
Et magnum certamęn erat ſub iudice thyrſi.
Affuit omne genus pecudū:genus omne ferarȝ.
Et quæcumqȝ uagis alitum ferit aera pennis.
Conuenit umbroſa quicumqȝ ſub ilice lentas
Paſcit oues:faunuſqȝ pater:Satyriqȝ bicornes.
Affuerunt ſicco dryades pede:naiades udo
Et tenuere ſuos properantia flumina curſus.
Deſiſtunt tremulis incurrere frondibus euri
Altaqȝ per totos fecere ſilentia montes.
Omnia ceſſabant:neglectaqȝ paſcua tauri
Calcabant:illis etiam certantibus:auſa eſt
Omnia ceſſabant illis certantibus:auſa eſt
Dædala nectareos apis intermittere flores
Iamqȝ ſub umbroſa medius conſederat ulmo
Thyrſus & o pueri me iudice pignora dixit
Irrita ſint moneo.ſatis hoc mercedis habeto
Si laudem uictor:ſi fert obprobria uictus:
Et nunc alternos magis ut diſtinguere cantus
Poſſitis.ter quiſqȝ manus iactate micantes
Nec mora diſcreuit digitus:prior incipit Idas.
Idas Me ſiluanus amat.dociles mihi donat auenas.
Et mea frondenti circundat tempora teda:
Ille etiam paruo hoc dixit mihi nō leue carmen:
Iam leuis obliqua creſcit tibi fiſtula canna:
Aſtha Et mihi flora comas parienti gramine ſpargit:
Et matura mihi Pomona ſub arbore ludit.

(c) 2007 Ministerio de Cultura

Accipe dixerunt nymphæ puer:accipe fontem
Nam potes irriguis mutare canalibus hortos
Idas Me docet ipſa pales cultum gregis.ut niger albę
Terga maritus ouis naſcenti mutet in agna:
Quæ ueqꝫ diuerſi ſpeciem ſeruare parentis
Poſſit & ambiguo teſtetur utrumqꝫ calore.
AST Non minus arte mea mut abilis induit arbos
Ignotas frondes.& non gentilia poma.
Ars mea nunc malo pira tẽperat.& modo cogit
Inſita præcoquibus ſubrepere perſica prunis.
Idas Me teneras ſalices iuuat aut oleaſtra putare.
Et gregibus portare nouas ut carpere frondes
Condiſcant primo qꝫ recidere gramina morſu:
Ne depulſa uagos quærat fœtura parentes.
Aſtha Et mihi cum fuluis radicibus arida tellus
Panditur:irriguo perfunditur area fonte:
Idas Et ſaciatur aqua;ſuccos ne forte priores
Languida mutata quærant plantaria terra.
O ſi quis Crocalen Deus afferat hũc ego terris.
Hunc ego ſyderibus ſolum regnare fatebor.
Aſtha Dicam namqꝫ nemus:dicãqꝫ ſub arbore numen
Hoc erit.Ite procul.Sacer eſt.locus.Ite ꝓphani.
Idas Vrimur in Crocalen.Si quis mea uota deorum
Audiat.huic ſimilis uirides qua gemmeus undas
Fons agit & tremulo percurrit lilia riuo
Inter pampineas ponetur faginus ulmos.
Ne contemne caſas:& paſtoralia tecta.

(c) 2007 Ministerio de Cultura

Rusticus est(fateor)Sed non est barbarus Idas.
Sæpe uaporato mihi cespite palpitat agnus
Sæpe cadit festis deuota palilibus agna.
Astha Nos quoq; pomiferi laribus consueuimus horti
Mittere primitias:& figere liba priapo
Rorantes fagos damus & liquentia mella
Nec fore grata minus q̃ si caper imbuat aras
Idas Mille sub uberibus ballantes pascimus agnas.
Totq; tarentinæ præstant mihi uellera matres
Per totum niueus premitur mihi caseus annum
Si uenies crocale.totus mihi seruiet annus
Astha Qui numerare uelit q̃ multa sub arbore nostrã
Poma legam citius tenues numerabit aristas.
Sẽper olus metimus.nec bruma nec ipedit æstas
Si uenies crocale totus tibi seruiet hortus.
Idas Quãuis siccus ager languentes excoquat herbas
Summo tamen calathos mutanti lacte coactos
Vellera tunc dabimus cũ primũ tẽpus apricum
Surget.& a tepidis fiet tonsura kalendis
Astha Et nos quos etiam prætõrida munerat æstas
Mille renitenti dabimus tibi cortice chias
Castaneasq; nuces totidem.cum sole nouembri
Maturis nucibus uirides rumpentur echini
Idas Nũ p̃cor informis uideor tibi? nũ grauis an nun?
Decipiorq; miser quotiens mollissima tango
Ora manu? primiq; sequor uestigia floris
Nescius? & gracili digitos lanugine fallo?

(c) 2007 Ministerio de Cultura

Astha Fontibus in liquidis quotiens me compiscor esse
Admiror totiens. Et enim sic flore iuuentæ
Induimus uultus. ut in arbore sæpe notaui
Cærea sub tenui lucere cydonia lana.
Idas Carmina poscit amor nec fistula cedit amori.
Sed fugit ecce dies. reuocat crepuscula uesper.
Hinc tu daphni greges; illinc agat alphesibeus
Astha Iam resonant frondes. iã cãtibus obtrepit arbos.
I procul o dorida primumq; recludè canalem:
Et sine iamdudum sitientes irriget hortos
Vix ea finierant: senior cum talia thyrsis.
Este pares. & ob hoc cõcordes uiuite. Nam uos
Et decor & cantus & amor sociauit & ætas.

IOLAS ET LYCIDAS AEGLOGA. III.

IOlas n Vnquid in hac lycida uidisti forte iuuencã.
Valle meã? solet illa tuis occurrere tauris.
Et iam pene duas dum quæritur eximit horas.
Nec tamen apparet. duris ego perdita ruscis
Iam dudum & nullis dubitaui crura rubetis
Scindere. nec quicq̃ post tantum sanguinis egi.
LYci Non satis attendi (neq; enim uacat) uror Iola.
Vror & in modice. lycidam ingrata reliquit
Philis: amatq; nouũ post tot mea munera mopsũ
Iolas Mobilior uentis o fœmina. Sic tua Philis?
Quæ sibi (nam memini) si quando solus abesse
Mella etiam sine te iurabat amara uideri?
LY Altius ista querar si quando uacabis Iola

(c) 2007 Ministerio de Cultura

Has pete nunc ſalices:& leuas flecte ſub ulmos
Nam cum prata calent illic requieſcere noſter
Taurus amat.gelidaq; iacet ſpaciatus in umbra
Et matutinas reuocat palearibus herbas.
Iolas Non equidem lycida quamuis cõtemptus abibo
Tityre quas dixit ſalices pete ſolus.& illinc
Si tamen inuenies deprenſam uerbere multo
Huc age.Sed fractum referas haſtile memento
Nunc age dic lycida.Quæ uos tã magna tulere
Iurgia;quis ueſtro deus interuenit amori?
LY Phylide contentus(Tu ſolus teſtis Iola es)
Calyricen ſpreui.quamuis cum dote rogaret.
En ſibi cum mopſo calamos intexere cærq
Incipit.& puero comitata ſub ilice cantat.
Hoc ego cum uidi(fateor)ſic intimus arſi.
Vt nihil ulterius tulerim. Nam protinus ambas
Deduxi tunicas.& pectora nuda reſcidi.
Alcipen irata petit.dixitq; relicto
Improbe te lycida Mopſum tua phylis amabit
Nunc penes alcipen mouet. ac ne forte uagetur
Ha uereor.Nec tam nobis ego phylida reddi
Exopto;q̃ q mopſo iurgetur hanelo.
Iolas A te ceperunt tua iurgia. Tu prior illi
Vinctas tende manus.decet indulgere puellæ.
Vel cum prima nocent ſi quid mandare iuuabit
Sedulus iratæ contingam nuntius aures.
LY Iã dudũ meditor quo phylida carmine placem.

(c) 2007 Ministerio de Cultura

Forſitan ãudito poterit miteſcere cantu.
Et ſolet illa meas ad ſydera ferre camœnas.
Dic age. Nam cerasi tua cortice uerba notabo
Et deciſa feram rutilanti carmina libro.
Has tibi phyli preces iã pallidus hos tibi cantus
Dat lycidas: quos nocte miſer modulatur acerba
Dum flet: & excuſſo diſpergis lumina ſomno.
Non ſic deſtructa mãcreſcit turdus oliua.
Non lepus extremas legulus cum ſuſtulit uuas.
Vt lycidas domina ſine phylide turbidus erro.
Te ſine ue miſero mihi lilia nigra uidentur:
Nec ſapiunt fontes: & ãceſcunt uina bibenti.
At ſi tu uenias. iam candida lilia fiant
Et ſapient fontes. & dulcia uina bibentur:
Ille ego ſum lycidas: quo tu cantante ſolebas
Dicere fœlicem: cui dulcia ſæpe dediſti
Oſcula: nec medios dubitaſti rumpere cantus:
Atq; inter calamos errantia labra petiſti
Ha dolor. & poſt hoc placuit tibi torrida mopſi
Vox & carmen inops. & acerbæ ſtridor auenæ
Quem ſequeris? quẽ phyli fugis? formoſior illo
Dicor. & hoc ipſum mihi tu narrare ſolebas
Sum quoq; diuitior certauerit ille tot ẽdos
Paſcere quod noſtri numerantur ueſpere tauri
Quid tibi (quæ noſtri) referã? Scis optima phyli
Quẽ numeroſa meis ſiccetur buccula mulctris?
Et q̃ multa ſuos ſuſpendat ad ubera natos.

(c) 2007 Ministerio de Cultura

Et q̃ multa ſuos ſuſpendat ad ubera natos.
Sed mihi nec gracili ſine te fiſcela ſalicto
Texitur. & nulla tremuere coagula lactis
Quod ſi dura times etiam nunc uerbera phyli
Tradimus ecce manus. licet ille uimine torto
Scilicet & lenta poſt tergum uite domentur
Vi mala nocturni religauit bracchia mopſi
Tityrus: & medio furem ſuſpendit ouili.
Accipe. ne dubita. meruit manus utraq; pœnas.
His tamen his inq̃ manibus tibi ſæpe palumbes
Sæpe etiam leporem decepta matre pauentem
Miſimus: in gremio per me tibi lilia prima
Contigerãt: primæq; roſæ uix dum bene florem
Deguſtabat apis: Tu cingebare coronis:
Aurea ſed forſan mendax tibi munera iactat
Qui metere occidua ferales nocte lupinos
Dicitur: & cocto pinſare legumine panem.
Qui ſibi tum fœlix? tum fortunatus habetur?
Vilia cũ ſubigit manualibus ordea ſaxis.
Quod ſi turpis amor p̃cibus (qd' abominor) iſtis
Oſtiterit laqueum miſeri nectemus ab illa
Ilice: quæ primum noſtros uiolauit amores.
Hi tamen ante mala figentur in arbore uerſus
Credere paſtores leuibus nolite puellis
Phylida Mopſus amat. lycidas habet ultĩa rerũ.
Nunc age ſi quicq̃ miſeris ſuccurris Iola
Perfer. & ore tuo modulabor phylida cantu

(c) 2007 Ministerio de Cultura

Ipſe p̄ocul ſtabo uel acuta carice tectus
Vel propius latitans uicina ſæpe ſub ara
Ibimus.& ueniet niſi me præſagia fallunt.
Nam bonus adextro fecit mihi tityrus omen.
Qui redit inuenta non irritus ecce iuuéca.

MELIBEVS CORYDON ET AMINtas INTERLOCVTORES AEGLOGA.IIII.

MEli. q Vid tacitus corydon uultuq; ſubīde minaci
Quid ue ſub hac platão quã garulus aſtrepit
Infeſta ſtatiõe ſedes? iuuat hũida forſan (hũor
Ripa? leuatq; diem uicini ſpiritus amnis?
COr. Carmina iamdudũ non quæ nemora le reſultét
Voluimus o melibœe.ſed hęc q bus aurea poſſũt
Sæcula cãtari:q bus & deus ipſe canatur
Qui populos urbemq; regit pacemq; togatam.
MEl. Dulce quidem reſonas.nec te diuerſus Apollo.
Deſpicit o iuuenis.Sed magnæ munera Romæ
Non ita cantari debent ut ouile Menalcæ:
CO. Quicquid ineſt ſilueſtre licet uideatur acutis
Auribus & noſtro tantum memorabile pago
Dum mea ruſticitas ſi non ualet arte polita
Carminis:at certe ualeat pietate probari
Rupe ſub hac eadẽ quã proxĩa pinus obũbrat
Hæc eadem nobis frater meditatus Amintas.
Quem uicina meis natalibus admouet ætas.
Mel. Iã puerũ calamos & odoræ uincula cæræ
Iungere nũc cohibes leuibus quem ſæpe cicutis

(c) 2007 Ministerio de Cultura

Ludere conantem uetuisti fronte paterna.
Dicentem Corydon te non semel ista notaui
Frange puer calamos.& inanes defere musas.
Et potius glandes rubicundaq; collige corna.
Duc ad mulctra greges:& lac uenale per urbem
Nõ tacitus porta:quid enim tibi fistula reddet.
Quo tutere famem:certe mea cãrmina nemo
Præter ab his scopulis uẽtosa remurmurat echo.
CO. Hæc ego confiteor dixi meliboee.Sed olim
Non eadem nobis sunt tempora:nõ deus idem
Spes magis arridet.certe ne fraga ruboscq;
Colligerem uiridiq; famem solarer hibisco
Tu facis.& tua nos alit indulgentia farre.
Tu nostras miseratus opes:docilemq; iuuentam
Hiberna prohibes ieiunia soluere fago.
Ecce nihil querulum per te meliboee sonamus
Per te secura saturi recubãmus in umbra
Et fruimur siluis Amarylidis ultima nuper
Littora terrarum nisi tu meliboee fuisses
Vltima uisuri:trucibusq; obnoxia mauris
Pascua Geryonis:liquidis ubi cursibus ingens
Dicitur occiduas impellere Betys harenas
Scilicet extremo nunc uilis in orbe iacerem?
Ha dolor:& pecudes inter conductus hiberas.
Irrita septena modularer sibila canna.
Nec quisq̃ nostras inter dumeta camœnas
Respiceret?non ipse daret mihi forsitan aurem

(c) 2007 Ministerio de Cultura

Ipſe deus uacuam. longeq; ſonantia uota
Scilicet extremo non exaudiret in orbe?
Sed niſi forte tuas melior ſonus aduocet aures
Et noſtris aliena magis tibi carmina rident
Vis aliena tua ſubigat uir pagina lima?
Nam tibi non ſolum uenturos noſcere nymbos
Agricolis qualemq; ferat ſol aureus ortum.
Attribuere dei. Sed dulcia carmina ſæpe
Concinis. Et modo te baccheis muſa corimbis
Munerat & lauro mõ pulcher obrũbat Apollo.
Quod ſi tu faueas trepido mihi forſitan illos
Experiar calamos here quos mihi doctus Iolãs
Donauit: dixitq; truces hæc fiſtula tauros
Conciliat: noſtroq; ſonat dulciſſima fauno
Tityrus hanc habuit cecinit qui primus in iſtis
Montibus hyblea modulabile carmen auena.

MEL. Magna petis corydon ſi tityrus eſſe laboras
Ille fuit uates ſacer. Et qui poſſet auena
Perſonuiſſe chelim. blande cui ſæpe canenti
Alluſere feræ: cui ſuſtitit aduena quercus.
Quẽ modo cantantem rutilo ſpargebat achãtho
Nais & implicitos comebat pectine crines

CO. Eſt (fateor) Meliboee deus: Sed nec mihi phębus.
Forſitan abnuerit. Tu tantũ commodus audi.
Scimus enim quia te non aſpernetur Apollo.
Incipe. nam faueo. Sed proſpice ne tibi forte.
Tinnula tam fragili reſpiret fiſtula buxo

(c) 2007 Ministerio de Cultura

MEli Quæ resonare solet si quando laudat Alexis
Hoc potius calamos magis hoc sectare canales
Per me qui dignas cecinerunt consule siluas.
Incipe nec dubita. Venit en & frater Amintas
Cantibus iste tuis alterno succinit ore.
Dicite. nec mora sit. uicibusq; reducite carmen:
Tuq; prior corydon. Tu ꝓximus ibis Amintas.
CO Ab Ioue principium: siquis canit æthera sumat.
Si quis Athlantiaci molitur pondus olympi
At qui nunc nostras præsenti numine terras
Perpetuamq; regit iuuenili robore pacem
Lætus & augusto fœlix arrideat ore.
Amin Te quoq; facundo comitatus Apolline cæsar
Respiciat. montes neu dedignetur adire:
Quos & Phœbus amat. quos iupiter ipse tuetur:
Inquibus augustos uisuris sæpe triumphos
Laurus fructificat. uicinaq; nascitur arbos.
CO Ipse polos etiam quo temperat igne geluq;
Iupiter ipse parens quo tu iam proximus ipse
Cæsar abis posito paulisper flumine sæpe
Cressia rura petit. uiridiq; recliuus in antro
Carmina dicteis audit curetica siluis
Amin Aspicis ut uirides audito Cæsare siluæ
Conticeant? memini quamuis urgente procella
Sic nemus immotis subito requiescere ramis.
Et dixi. deus hinc certe deus expulit euros.
Nec mora pharsaliæ sonuerunt sibila cannæ.

(c) 2007 Ministerio de Cultura

Cory. Aſpicis ut téneros ſubitus uigor excitet agnos
Vtq; ſuper fuſo magis ubera lacte grauentur?
Et nuper tonſis exudent uellera fœtis?
Hoc ego iam(memini)ſemel hac in ualle notaui.
Et ueniſſe palem pecoris dixiſſe magiſtros.

Amin Scilicet omnis eum tellus gens omnis adorat
Diligiturq; deis. Quem ſic taciturna uerentur
Arbuta: cuius iners audito nomine tellus
Incaluit floremq; dedit: Cui ſilua uocato
Déſat odore comas. ſtupefacta regermiat arbos

Cory. Illius ut primum ſenſerunt numina terræ
Cœpit & uberior ſuccis fallentibus olim
Luxuriare ſeges. tandemq; legumina plenis
Vix reſonant ſiliquis. Nec præfocata malignum
Meſſis habet lolium. nec inertibus albet auenis.

Amin Iam neq; damnatos metuit iactare ligones
Fęſſor: & inuento ſi ſors dedit utitur auro.
Nec timet ut nuper dum iugera uerſet arator
Ne ſonet offenſo contraria uomete maſſa.
Iamq; palam preſſo magis ac magis inſtat aratro
Ille dat ut primas cereri dare cultor ariſtas
Poſſit & intacto bromium perfundere uino
Vt nudus ruptas ſaliat calcator in uuas.
Vt quoq; turba bono plaudat ſaginata magiſtro
Qui facit egregios ad peruia compita ludos
Ille meis pacem dat montibus. Ecce per illum
Seu cantare iuuat ſeu ter pede læta ferire

(c) 2007 Ministerio de Cultura

Carmina:nonnullas licet cantare choreas.
Et cantus uiridante licet mihi condere libro.
Turbida nec calamos exurdant classica nostros.
Numine Cæsareo securior ipse lyæo.
Cory. Pan recolit siluas & amena faunus in umbra
Securus recubat.placidoq; in fonte lauatur
Nais.& humanum non calcatura cruorem
Per iuga siccato uelox pede currit oreas.
Amin Dii p̃cor.hũc iuuenẽ quẽ uos(nisi fallor)ab ipso.
Aethere misistis post longa reducite uitæ
Tempora uel potius mortale resoluite pensum.
Et date perpetuo cælestia silá metallo:
Sit deus.& nolit pensare palatia cælo
Cory Tu quoq; mutata seu Iupiter ipse figura
Cæsar.ades seu quis superum sub imagine falsa
Mortaliq; lates.Et enim hunc deprecor orbem
Hos precor æternos populos rege.Sit tibi cæli.
Vilis amor.Cæptamq; pater ne desere terram.
Mely. Rustica credebam nemorales carmina uobis
Concessisse deos.& obesis auribus apta.
Verum quæ imparibus modo cõcinuistis auenis
Tam liquidũ tam dulce canũt ut nõ ego malim
Quod peligna solent examina lambere nectar
Cory. O mihi quam tenero decurrunt carmina uersu.
Tum Meliboee sonent:si quãdo in mõribus istis
Dicar habere larem.Si quando nostra uidere
Pascua contigerit.uellit nam sæpius aurem

(c) 2007 Ministerio de Cultura

Inuida paupertas. Et dixit uilia rurã.
At tu si qua modo non aspernanda putabis
Fer Meliboœe deo mea carmina. Nã tibi fas est
Sacra palatini penetralia uisere phœbi.
Tum mihi talis eris qualis qui dulce sonantem
Tityron e siluis dominam deduxit in urbem.
Ostenditq; deos. & spreto dixit ouili
Tityre rura prius. Sed post cantabimus arma
Respiciat nostros utinãm fortuna labores.
Amin Pulchrior & meritæ faueat deus ipse iuuentæ
Nos tamen interea teneræ mactabimus hedum.
Et pariter subitæ peragemus fercula cœnæ
ME Nunc ad flumen oues deducite. Iã fremit æstas.
Iã sol cõtractas pedibus magis admoñet ũbras.

MYCON PATER ET CANTHVS FILIVS DIDASCALICA AEGLOGA. V.

f Orte mycõ senior cãthusq; myconis alũnus.
Torrentem patula uitabant arbore solem.
Tum iuueni senior præcepta daturus alumno
Talia uerba refert tremulis titubantia labris.
MY. Quas errare uides inter dumeta capellas
Canaq; lasciuo concidere gramina morsu
Canthe puer quos ecce greges a monte remotos
Cernis in aprico decerpere gramina campo.
Hos tibi do senior iuueni pater: ipse tuendos
Accipe. iam certe potes insudare labori.
Iam pro me gnauam potes exercere iuuentam

(c) 2007 Ministerio de Cultura

Aſpicis ut nobis iam pridem mille querelas
Afferat & baculum premat inclinata ſenectus.
Sed qua lege regas & amantes luſtra capellas
Et melius pratis errantes mollibus agnas
Percipe. uere nouo cũ iam tinnire uolucres
Incipient. nidosq; reuerſa lutabit hirundo
Protinus hiberno pecus omne mouebis ouili.
Tunc & enim toto uernanti gramine ſilua
Pullat. & æſtiuas reparabilis inchoat umbras
Tum florent ſiluæ. uiridisq; renaſcitur annus
Tum uenus & calidi ſintillat feruor amoris
Laſciuumq; pecus ſalientes accipit hircos
Sed non ante greges in paſcua mittito clauſos
Quam fuerit placata pales. Tu ceſpite uiuo
Pone focum geniumq; loci faunumq; laremq;
Salſo farre uoca. tepidos tunc hoſtia cultros
Imbuat. Atq; etiam dum uiuit ouilia luſtra
Nec mora: tunc campos ouibus dumeta capellis
Orto ſole dabis ſimul hunc accedere montem
Cœperit ut primæ ſpatium tepefecerit horæ:
At ſi forte uaces dum matutina relaxat
Frigora ſol tumidis ſpũent tibi mulctra pãpillis.
Implebis: quod meſſe fluat. Rurſusq; premẽtur
Mane quod occiduæ mulſura redegerit horæ
Parce tamen fœtis. Neu ſint compendia tanti.
Deſtruat ut niueos uenalis caſeus agnos
Nam tibi præcipuo fœtura colatur amore

(c) 2007 Ministerio de Cultura

Te quoq; non pudeat cum ſerus ouilia uiſes
Si qua iacebit ouis partu reſoluta recenti
Hanc humeris portare tuis: natoq; parenti
Ferre ſinu tremulos:&nondum ſtare paratos:
Nec tu longinquas procul a præſepibus herbas
Nec nimis admotæ ſectabere pabula ſiluæ
Dū peragit uernum Iouis inconſtantia tempus
Veris enim dubitanda fides)modo forte ſerena
Blandius arriſit modo cum caligine nymbos
Intulit & miſeras torrentibus abſtulit agnas
At cum longa dies ſitientes afferet æſtus
Nec fuerit uariante deo mutabile cælum
Iam ſiluis cõmitte greges.Iam longius herbas
Quære.Sed ante diẽ pecus exeat.hũida dulces
Efficit aura cibos.quotiens fugientibus euris
Frigida nocturno tanguntur paſcua rore.
Et matutinæ lucent in gramine guttæ.
Vt ſimul argutæ nemus increpuere cicadæ
Ad fontem cõpelle greges:nec protinusherbas
Vel campos permitte ſequi.Sine protegat illos
Interea ueteres quæ porrigit eſculus umbras
Verum ubi decliui iam nona tepeſcere ſole
Incipiet:ſeræq; uidebitur hora merendæ
Rurſus paſce greges.Et opacos defere lucos.
Nec prius æſtiuo pecus includatur ouili
Quam leuibus nidis ſomnos captare uolucris
Cogitet.& tremuli tremebũda coagula lactis

Succida iam tereti conſtringere uellera iunco.
Cum iam tempus erit maternas demere lanas
Hircorũq; iubas & olentes cædere barbas
Ante tamen ſecerne pecus.gregibusq; notatis
Conſimiles include comas:ne longa minutis
Mollia ne duris coeant.ne candida fuſcis
Sed tibi cum uacuas poſito uelamine coſtas
Denudabit ouis cr̀icũſpice.ne ſit acuta
Forfice leſa cutis:tacitum ne puſtula uirus
Texerit occulto ſub uulnere.quæ niſi ferro
Rumpitur in miſerũ fragili rubigine corpus
Corrodet ſanies.Et putrida contrahet oſſa
Prouidus(hoc moneo)uiuẽtia ſulphura tecum
Et ſcyllæ caput atq; intacta bitumĩa porta
Vlceribus laturus opem.Nec brutia deſit
Dura tibi.liquido picis ungere terga memento.
Si ſint raſa lina s.ui ui quoq; pondera melle
Argenti coquito lentũq; bitumen aheno
Impreſurus oui tua nomina.Nam tibi lites
Afferet ingentis lectus poſſeſſor in aruo
Tunc etiam dum ſiccus ager:dũ feruida tellus.
Dum rimoſa palus & multo torrida limo
Aeſtuat & fragiles nimius ſol puluerat herbas
Lurida cõnueniet.ſuccendere galbana ſeptis
Et tua ceruino luſtrare mapalia fumo
Obfuit iſte malis odor anguibus.ipſe uidebis
Serpentum cecidiſſe minas.non ſtringere dentes

(c) 2007 Ministerio de Cultura

Vlla poteſt uncōs: Sed inani debilis ore
Marcet Et obtuſo iacet exarmata ueneno
Tnnc age uicinæ circunſpice tem pora brumæ
Qua ratione geras: aperit cum uinea ſepes
Et portat lectas ſecurus uinitor uuas
Incipe falce nemus uiuasq; recidere frondes
Tunc opus é teneras ſummatim ſtrīgere uirgas
Tum debes ſeruare comas dum ꝑmanet humor
Dum uiret & tremulas nō excutit africus ūbras
Aſt ubi conueniet tepidis fœnilibus olim
Promere cū pecudes extremus clauſerit annus
Sic tibi nitendum é labor hoc ī tempore noſter
Gnaua ꝙ ſedulitas uenit & paſtoria uirtus.
Nec pigeat ramos ſiccis miſcere recentes.
Et ſuccos adhibere nouos. Neu torrida nymbis
Inſtet hyems: nimioq; gelu: niuibusq; coāctis.
Incuruare uelis nemus: & conſtringere frondes
Tu tamen aut leues hederas aut molle ſalictum
Valle premes gelida. Sitis é penſanda tuorum
Cante gregum uiridante cibo. Nihil aridus illis
Ingenti poſitus quamuis ſtrue proſit aceruus:
Virgea ſi deſint liquido turgentia ſucco:
Et quibus eſt aliquid plenæ uitale medullæ.
Precipue gelidum ſtipulis & fronde caduca
Sterne ſolum ne forte rigor penetrabile corpus
Vrat & interno uaſtet pecuaria morbo
Plura quidem monuiſſe uelim. Nā plura ſupſūt

(c) 2007 Ministerio de Cultura

Sed iam ſera dies cadit: Et iam ſole fugatō
Frigidus æſtiuas impellit noctifer horas.

ASTILVS ET LYCIDAS ET MANASILVS AEGLOGA. VI.

Aſti. ſ Erus ades lycida modo Nyctilus & puer alcō
Certauere ſub his alterno carmine ramis
Iudice me: Sed non ſine pignore Nyctilus edos
Iuncta matre dedit. Catulum dedit ille leenæ
Iurauitq; genus. Sed ſuſtulit omnia uictor
Nyctilon ut cantu rudis exuperauerit alcon.
LY Aſtyleq; credibile eſt ut uincat Acantida cornix
Vocalem ſuperet ſi dirus Aedona bubo.
Aſti. Te patiar crocale qua nunc ego maceror unā
Si magis aut docili calamorum Nyctilus arte
Aut cantu magis eſt q̄ uultu proximus illi
Lyci. Iam nunc decipior te iudice pallidus alter
Venit & hirſuta ſpinoſior hiſtrice barba.
Candidus alter erat leniq; decentior ouo
Et ridens oculis crinemq; ſimillimus auro:
Qui dici poſſet ſi non cantaret Apollo.
Aſti. O Lycida ſi quis tibi carminis uſus adeſſet
Tu quoq; laudatum poſſes Alcona probare.
LYci. Vis igitur quoniam nec nobis improbe pares
Ipſe tuos iudex calamos cōmittere noſtris:
Vis conferre manum ueniat licet arbiter Alcon:
Vincere tu quenq̄: Vel te certamine quiſq̄
Dignetur: Qui uix ſtillantes arida uoces

(c) 2007 Ministerio de Cultura

Rumpis:& expellis male singultantia uerba?
Lyci. Fingas plura licet(nec enim potes)īprobe uerba
Exprobrare mihi:sicut tibi multa lycotās.
Sed quid opus uana consumere tempora lite?
Ecce uenit Mnasyllus.erit(nisi forte recuses)
Arbiter.Insta nunc non credulus īprobe uerbis.
Astil. Malueram fateor uel prædam nactus abire
Quam tibi certanti partem commitere uocis.
Nec tamen hoc impune feres.En aspicis illum.
Candida qui medius cubat inter lilia ceruum
Quamuis diligat hunc mea pectale accipe uictor
Scit freno :scit ferre iugum Sequitutq; uocanté
Credulus:& mensæ non improba porrigit ora
Aspicis ut fruticet late caput?utq; sub ipsis
Cornibus:& tereti lucent redimicula collo?
Aspicis ut niueo frons irretita capistro
Lucet?Et a dorso quæ totam circuit aluum
Alternat uitreas lateralis cingula bullas?
Cornua subtiles ramosaq; tempora molles
Implicuere rosæ.Rutiloq; monilia torque
Extrema ceruice notant: Vbi pendulus apri
Dens sedet.Et niuea distinguit pectora luna
Hunc ego qualemcumq; uides in ualle paciscor
Pendere:Dum sciat hic se non sine pignore uinci.
Lyci. Terreri Mnasylle suo me munere credit?
Aspice q̃ timeam.Genus est(ut scitis)equarum
Non iugale mihi:Quarum de sanguine ponam

(c) 2007 Ministerio de Cultura

Velocem petasón qui gramina matre relicta
Nunc primum teneris libauit dentibus. Illi
Pes leuis: Adductum latus. Excelsissima ceruix:
Terga sedét. micat acre caput. sine põdere ceruix
Et tornata breui substringitur ungula cornu
Vngula qua uiridi sic exultauit in aruo
Tangeret ut fragiles: Sed nõ curuaret aristás.
Hunc dare si uincar siluestria numina iuro.
Mnãsi Et uacat: & uestros cantus audire iuuabit
Iudice me sane contendite si libet. Istic
Protinus ecce torum fecere sub ilice musæ.
Sed ne uicini nobis sonus obstrepat amnis
Gramina liquamus ripamq; uolubilis undæ.
Namq; sub exeso raucum mihi punice lymphæ
Respondent. Et obest arguti glarea riui.
Astil. Si placet antra magis uicinaq; saxa petamus.
Saxa: quibus uiridis stillanti uellere muscus
Dependet. Scopulisq; cauum sinuantibus arcũ
Imminet exesa ueluti testudine concha.
Mna. Venimus & tacito sonitum tutabimur antro
Seu residere libet dabit ecce sedilia tophus.
Ponere seu cubitum. Melior uiret herba lapillis.
Nunc mihi seposita reddantur carmina lite.
Nam uicibus teneros malim canteris amores
Astile tu petalen: Lycida tu philida lauda
Lyci. Tu modo nos (ipsi iã nunc Mnasylle p̃camur)
Auribus excipias quibus hunc & Acãtida nuper

(c) 2007 Ministerio de Cultura

Diceris in ſilua iudex audiſſe Thalea.
Non equidem poſſum cum prouocet iſte tacere
Aſti. Rũpor enim merito. Nihil hic niſi iurgia quærit
Audiat: Aut dicat quoniã cupit. Hoc mihi certe
Dulce ſatis fuerit Lycidam expectare tremẽtem:
Dum te ſtante palã ſua carmina pallidus audit
LYci. Me puto uicinus Stymicon me proximus Aegõ
Hos inter frutices tacite riſere uolentem
Oſcula cum tenero ſimulare uirilia Mopſo.
Aſti. Fortior o utinam nondum. Mnaſyllius adeſſet.
Efficerem ne te quiſq̃ tibi turpior eſſet.
Mnã Quid furitis? Quæ uos inſania tendere iuſſit?
Si uicibus certare placet: Sed non ego uobis
Arbiter. Hoc alius poſſit diſcernere iudex.
Et uenit ecce micon. Venit & uicinus Iolas.
Litibus hi ueſtris poterunt imponere finem.

LYCORAS ET CORYdon AEGloga. VII.

LYco 1 Entus ab urbe uenis Corydõ. uigeſſima certe
Nox fuit: ut noſtræ cupiunt te cernere ſiluæ.
Et tua merentes expectant iubila tauri.
CO O piger O duro iam durior axe Lycora.
Qui ueteres fagos noua q̃ ſpectacula mauis
Cernere: Quę patula iuuenis deus edit harena.
LY Mirabar quæ cauſa foret tibi tanta morandi
Cur tua ceſſaret taciturnis fiſtula ſiluis:
Et ſolus Stimicon caneret pallente corimbo.
Quem ſine te mœſti tenero donauimus edo.

(c) 2007 Ministerio de Cultura

Nam dum lentus habes luſtrauit ouilia tyrſis
Iuſſit & arguta iuuenes certare cicuta.
CO Scilicet inuictus Stymicon Et premia diues
Auferat:accepto non ſolum gaudeat edo:
Verum tota ferat quæ luſtrat ouilia Tyrſis
Nõ tamẽ æquabit mea gaudia: Nec mihi ſi qs
Omnia lucanæ donet pecuaria ſiluæ
Grata magis fuerint q̃ quæ ſpectamus in urbe.
LY Dic age.dic Corydõ. Nec noſtras ĩuidus aures
Deſpice.Non aliter certe mihi dulce loquere
Quam certare ſolẽt quotiens ad ſacra uocãtur
Aut ſecunda pales:Aut paſtoralis Apolo.
CO Vidimus in cælum trabibus ſpectacula textis
Surgere tarpeium prope deſpectantia culmen:
Immenſoſq; gradus:Et diuos lene iacentes.
Venimus ad ſedes ubi pulla ſordida ueſta
Inter fœmineas ſpectabat turba cathedras
Nam quæcunq; petent ſub aperto libera cælõ
Aut eques aut niuei loca denſauere tribuni:
Qualiter hæc patulum contendit uallis ĩ orbẽ:
Et ſinuata latus reſupinis undiq; ſiluis.
Inter continuas curuatur concaua montes
Sic tibi planitiem curuæ ſinus ambit harenæ
Et geminis medium ſe mollibus alligat ouum:
Quid tibi nunc referã quæ uix ſufficimus ipſi
Per partes ſpectare ſuas? Sic undiq; fulgor
Percuſſit. Stabam defixus & ore patenti

(c) 2007 Ministerio de Cultura

Cũctaq; mirabãr: Nec dũ bona ſingula noram
Tum mihi nũc ſenior lateri qui forte ſiniſtro
Iunctus erat: Quid te ſtupefactũ ruſtice dixit
Ad tantas miraris opes. Qui neſcius auri
Sordida tecta caſas & ſola mapalia noſti?
En ego tã tremulus: tã uertice canus: Et iſta
Factus in urbe ſenex ſtupeo tamen: oĩa certe
Vilia ſunt nobis quæcũq; prioribus annis
Vidimus: & ſordet quicquid ſpectauimus olim
Balteus en gemmis: en illita porticus auro
Certatim radiãt. Nec non ubi finis harenæ
Proxima marmoreo peragit ſpectacula muro
Sternitur adiunctis ebur admirabile truncis.
Et coit in rutulum tereti qua lubricus axem
Impoſitos ſubita uertigine falleret ungues
Excuteretq; feras: auro quoq; torta refulgent
Retia: quæ totis in harenam dẽtibus extãt
Dentibus æquatis: Et erat (mihi crede Lycota
Si qua fides) noſtro dẽs longior omnis aratro
Ordine quid referã? Vidi genus omne ferarum
Hic niueos lepores: & non ſine cornibus apros?
Manticoram ſiluis etiam quibus editur Alcem
Vidimus: Et tauros quibus aut ceruice leuata
Deformis ſcapulis torus emĩet: Aut qbus hirtę
Iactantur per colla iubę: quibus aſpera mẽto
Barba iacet: tremuliſq; rigent palearia ſetis
Nec ſolum nobis ſilueſtria cernere monſtra
Contigit. Aequoreos ego cũ certantibus urſis

(c) 2007 Ministerio de Cultura

Spectaui uitulos. Et equorum nomine dignum
Sed deforme pecus q in illo naſcitur amni:
Qui ſata riparum uenientibus irrigat undis.
Ha trepidi quotiens nos deſcendétis harenæ
Vidimus in partes ruptaq; uoragine terræ
Emerſiſſe feras. Et eiſdem ſæpe latebris
Aurea cum croceo creuerunt arbuta libro.

LIco O felix Corydon quę nõ tremebũda ſenectus
Impedit. O felix quod ĩ hæc tibi ſecula primos
Indulgente deo dimittere contigit annos
Nũc tibi ſi proprius uenerandũ cernere numẽ.
Sors dedit: & referens uultũq; habitũq; notaſti
Dic age dic Corydõ quę ſit modo forma deoꝝ?

COr. O utinam nobis non ruſtica ueſtis ineſſet.
Vidiſſem ꝓprius mea numĩa. Sed mihi ſordes
Pullaq; paupertas: & aduncо fibula morſu
Obfuerant. Vt cũq; tamẽ conſpeximus ipſum
Longius. At niſi me decepit uiſus in uno.
Et Martis uultus. Et Apollinis eſſe putaui:

FINIS BVCOLICORVM CALPVRNII.

AVRELI NEMESIANI POETAE CARTAGINENSIS ECLOGA PRIMA INCIPIT. INTERLOCVTORES TIMETAS ET TITYRVS.

Tim. d Vm fiſcela tibi fluuiali Tityre iunco
Texitur: & raucis reſonãt tua rura cicadis
Incipe ſi quod habes gracili ſub arundĩe carmen
Compoſitnm. nã te calamos inflare labello
Pan docuit. Verſuq; bonus tibi fauit Apollo.

(c) 2007 Ministerio de Cultura

Incipẽ dum ſalices edi: dum gramina uaccæ
Detondent. Viridiq; gregẽ permittere campo
Et ros: Et primi ſuadet clementia ſolis.
TItir. Hos ãnos canãq; meam mihi care ſenectam
Tu iuuenis caruſq; deos in carmina cogis?
Viximus. Et calamis uerſus cantauimus olim
Dum ſecura hilares ætas ludebat amores
Nunc albũ caput. Et ueneres tepuere ſub ãnis
Iam mea ruriculæ dependet fiſtula fauno
Et nũc rura ſonãt. Nuper iam carmĩa uictor
TIm. Riſiſti calamos & diſſona flamina Mopſi
Iudice me. Mecũ ſenior Meliboeus utrumq;
Audierat. Laudeſq; tuas ſublime ferebat.
Quemnũc emeritæ permẽſum tẽpora uitæ
Secreti pars orbis habet: munduſq; priorum
Quare age: Si qua tibi Meliboei gratia uiuit
Dicat honoratos prædulcis tibia manes.
Et parere decet iuſſis & grata iubentur
Namq; fuit dignus ſenior: quẽ carmĩe phœbus
Pan calamis: fidibuſq; lĩus modulatibus Orpheus
Concinerẽt: Atq; acta uiri laudeſq; ſonarent
Sed quia tu noſtræ muſam depoſcis auenæ
Accipe quę ſup hęc ceraſus: quã cerniſ ad amnẽ
Continet: inciſo ſeruãs mea carmina libro
TIti Dic age. Sed nobis ne uento garrula pinus
Obſtrepat has ulmos potius fagos ue petamus
Hic cantare libet. Virides nã ſuggerit herbas

(c) 2007 Ministerio de Cultura

Molis ager: Lateq; tacet nemus omne quieti.
Aſpice ut ecce procul: Decerpant gramina tauri.
Omíparens æther. Et rerum cauſa liquores
Corporis: & genitrix tellus uitalis & aer
Accipite hos calãos. Atq; hæc noſtro Mely bœo
Mittite: Si ſentire datur poſt facta quietis
Nam ſi ſublimes animæ cæleſtia templa
Sidereaſq; colunt ſedes mundoq; fruuntur
Tu noſtros aduerte modos quos ipſe benigno
Pectore fouiſti: Quos tu Melybœe probaſti.
Longa tibi cunctiſq; diu ſpectata ſenectus
Fœliceſq; animi noſtriq; nouiſſimus æui
Circulus innocuæ clauſerunt tempora uitæ
Nec minus hinc nobis gemitus lacrimæq; fuere
Quã ſi florentes mors inuida pelleret annos
Hæc tenuit tales communis cauſa querellas.
Heu Melbiœe iaces lætali frigore ſegnis
Lege hominum. cælo dignus canente ſenecta
Concilioq; deum. Plenum tibi ponderis æqui
Pectus erat. Tu ruricolum diſcernere lites
Aſſueras uarias patiens mulcendo querellas
Sub te ruris amor. Sub te reuerentia iuſti
Floruit ambiguos ſignauit terminus agros
Blanda tibi uultus grauitas & mite ſerena
Fronte ſupercilium: Sed pectus mitius ore.
Tu calamos aptare labris coniungere cæra
Oratus duras docuiſti fallere curas.

(c) 2007 Ministerio de Cultura

Nec ſegnem paſſus nobis marcere iuuentam.
Sæpe dabas meritæ non uilia premia muſæ
Sæpe etiam ſenior ne nos cantare pigeret
Lætus phœbea dixiſti carmen auena.
Fœlix O Meliboœe uale. Tibi frondis odore
Munera dat lauros carpens ruralis Apollo.
Dant fauni quod quiſq; ualet de uite racemos
De campo culmos omniq; ex arbore fruges
Dat grandeua pales ſpumantia cimbia lacte
Mella ferunt nymphæ. Pictas dat flore coronas.
Manibus hic ſuꝑmus honos. Dãt carmĩa muſæ
Carmina dant muſę Nos te modulamur auena.
Silueſtris nunc te platanus Meliboœe ſuſurrat
Te primis reboat. Te quicquid carminis echo
Reſpondent ſiluæ. Te noſtra arméta ſequũtur.
Namq; prius ſiccis phocæ naſcentur in aruis:
Veſtituſq; freto uiuet leo. dulcia mella
Sudabunt taxi: Confuſis legibus anni
Meſſem triſtis hyems: Aeſtas tractabit oliuas
Ante dabit flores autumnus: uer dabit uuas
Quam taceat Meliboœe tuas mea fiſtula laudes.
TIty Perge puer: Cœptum tibi iam ne deſere carmẽ.
Nam ſic dulce ſonas: Vt te placatus Apollo
Prouehat: Et felix dominã perducat ad urbem.
Namq; hic in ſiluis præſens tibi fama benignum
Strauit iter rumpens liuoris nubila plena
Sed iam ſol demittit equos de culmine mundi

(c) 2007 Ministerio de Cultura

Fulmineos ſuadens gregibus præbere liquores:
ASTACVS ET ALCON INTERLOCV
TORES AEGLOGA SECVNCA.

Poeta f Ormoſã Dõacé puer aſtacus & puer alcõ
Ardebant:rudibuſq; annis intenſus uterq;
In Donaces uenerem furiata mẽte ruebant.
Hanc cum uicini flores in uallibus horti
Carperet.& molli gremium compleret acantho
Inuaſcere ſimul: Veneriq; imbutus uterq;
Tum primum dulci carpebant gaudia furto
Hinc amor & pueris iam non puerilia uota.
Quis anni ter quinq; hyemes & cura iuuentæ.
Sed poſtq̃ Donacen duri clauſere parentes
Et non tam tenui filo de uoce ſonarent
Sollicitumq; foret linguis onus improba ceruix
Suffuſuſq; rubor crebro uenæq; tumentes
Tum uero ardentes flamati pectoris æſtus
Carminibus dulciq; parant reuelare querelã.
Ambo æuo cantuq; pares.nec diſpare forma.
Ambo genãs lęues:Intonſis crinibus ambo.
Atq; ſub hac platano mœſti ſolatia caſus
Alternant:Idas calamis & uerſibus Alcon.

ID Quæ colitis ſiluas dryades.quæq; antra Napeæ
Et quæ marmoreo pede Naides uda ſecatis
Littora:purpureoſq; alitis per gramina flores
Dicite quo prato Donacen qua forte ſub ũbra
Inueniam roſeis ſtringentẽ lilia palmis?

(c) 2007 Ministerio de Cultura

Nam me iam trini petierunt ōrdine ſoles
Ex quo conſueto donacen expecto ſub antrō
Interea tamq̄ noſtri ſolamen amoris
Hoc foret Aut poſſet rabidos medicare furores
Nulla meæ trinis tetigerunt gramina uaccæ
Luciferis: nullocq; biberunt amne liquores
Siccaq; ferarum lambentes ubera matrum
Stant uituli. Et teneris mugitibus aera complēt.
Ipſe ego nec molli iunco nec uimine lento
Perfeci calathos cogendi lactis in uſus.
Quid tibi (quæ noſti) referam Scis mille iuuēcas
Eſſe mihi. Noſti nunq̄ mea mulctra uacare.
Idas ille ego ſum donace cui ſæpe dediſti
Oſcula nec medios dubitaſti rumpere cantus.
Atq; inter calamos errantia labra petiſti.
Heu heu nulla meę te tangit cura ſalutis.
Pallidior buxo. uioleęq; ſimilimus erro
Omnes ecce cibos: Et noſtri pocula bacchi
Horreo. Nec placido memini concedere ſomno
Te ſine me miſero mihi lilia nigra uidentur
Pallenteſq; roſæ nec dulce rubēs hyacinthus.
Nullos nec myrtus nec laurus ſpirat odores.
At tu ſi uenias & candida lilia fient:
Purpereæq; roſæ: Tū dulce rubēs hyacinthus.
Tum mihi cum myrto laurus ſpirabit odores
Nam dū pallas amet turgentes ſanguine baccas
Dum bacchus uites deus & ſata poma priapus

(c) 2007 Ministerio de Cultura

Pascua leta pales Idás te diliget unam.

Poeta Hæc idas calamis. tu quæ respondeit Alcon
Versu phębe refer sunt aurea carmina phebo

ALc. O montana pales O pastoralis apollo
Et nemorum siluane potens & nostra dione
Quæ iuga celsa tenes ericis cui cura iugales
Concubitus hominum totis connectere sęclis
Quid merui? cur me donace formosa reliquit?
Munera nãq; dedi noster quæ non dedit Idas?
Vocalem lõgos quæ non ducit aedona cantus
Quæ licet interdum contexto uimine clausa
Cum paruæ patuere fores ceu libera ferri
Nouit & agrestes inter uolitare uolucres
Scit rursus remeare domum tectũq; subirẽ
Viminis: Et caueam totis præponere siluis.
Præterea tenerum leporem geminasq; palũbes
Nuper quæ potui siluarum prœmia misi
Et post hæc donace nostros cõtempnis amores.
Forsitan indignum ducis q rusticus Alcon
Tẽ cupiam qui mane boues in pascua ducam
Dii pecorum pauere greges formosus Apollo
Pan doctus. fauni uates & pulcher Adonis:
Quin etiam fontis speculo me mane notaui.
Nondũ purpureos Phebus cum tolleret orbes
Nec tremulũ liquidis splẽderet lumĩe in undis.
Quod uidi nulla tegimur lanugine malas
Pascimur & crimen nostro formosior Ida

(c) 2007 Ministerio de Cultura

Dicor. Et hōc ipſum mihi tu nārrare ſolebas.
Purpureas laudando genas. Et lactea colla
Atq; hilares óculos & formam puberis æui
Nec ſumus indocti. Calamis cantamus auena
Qui diui cecinere prius: qua dulce locutus
Tityrus e ſiluis dominam peruenit ad urbem.
Nos quoq; te propter: Donace cātabimus urbi.
Si modo coniferas inter úrbana cupreſſos:
At inter pinos córylum frondeſcere fas eſt.
Poetā Sic pueri Donácen toto ſub ſole canebant:
Frigidus e ſiluis donec deſcendere ſuaſit
Heſperus: Et ſtabulis paſtos īducere tauros:

PAN. TRIVM PVERORVM IMPVLSV. AEGLOGA III.

Poeta n Yctilos atq; Mycō nec nō & pulcher Amintas
Toréte patula uitabāt ilice ſolé. (tas
Cum Pan uenatu feſſus recubare ſub ulmo
Cœperat: Et ſomno laſſatus ſumere uires:
Quem ſuper & tereti pendebat fiſtula ramo:
Hanc pueri (tāq; predam pro cārmine poſſent
Sumere: faſq; eſſet calamos trāctare deorum)
Inuadunt furto. Sed nec reſonare canorum
Fiſtula qué fuérat: Nec uult cōtexere carmen.
Sed ꝑ carminibus mala ſibila diſſona reddit.
Tum Pan excuſſus ſonitu ſtridentis auenæ
Pan Iāq; uidens: Pueri ſi carminā poſcitis inquit
Ipſe canam. Nulli fas eſt inflare cicutas

(c) 2007 Ministerio de Cultura

Quas egó Mœnaliis cæra coniungo ſub antris
Iamq; ego bacche tuos ortus & ſemina uitis
Ordine detexam: debemus carmina baccho.
Poeta Hæc fatus cœpit calamis ſic montiuagus Pan.
Te cano qui grauidis hederata fronte corimbis
Vitea ſerta plicas. Qui quandó palmite tygres
Ducis odorato perfuſus colla capillo:
Vera Iouis proles. Iam tunc poſt ſydera cæli
Sola Iouem ſemele uidit Iouis ora profeſſum:
Hunc pater omnipotens uenturi prouidus æui
Protulit & iuſto produxit tempore partus
Vos etiam & Nyſæ uiridi nutriſtis in antro
Hunc nymphæ fauniq; ſenes ſatyriq; procaces
Quin etiam ſylenus paruum ueneratus alūnū
Aut gremio fouet aut reſupinus ſuſtinet ulnis
Et uocat ad riſum digito motuq; quietem:
Allicit: aut tremulis quaſſat crepitacula palmis
Cui deus arridens horrentes pectore ſetas.
Vellicat: Aut digitis aures aſtringere acutas. aſtringit
Applauditue manu mutilū caput aut leue mētū
Et ſummas tenero collidit police nares
Interea pueri floreſcit pube iuuenta
Flauaq; maturo tumuerunt tempora cornu.
Tum primum lenes oſtendit pampinus uuas
Mirantur ſatyri frondes & dona lycęi lyæi
Tum deus o ſatyri maturos carpite fructus:
Dixit: Et ignotos pueri calcate racemos.

(c) 2007 Ministerio de Cultura

Vix hæc ediderat decerpunt uitibus uuas
Et portant calatis. Celeriq; illudere planta
Concaua saxa super properãt. Vindemia feruet
Collibus in summis crebro pede rumpitur uua.
Nudaq; purpureo sparguntur pectora musto.
Tum satyri lasciua cohors sibi pocula quisq;
Obuia corripuit. Quod sors dedit hoc capit usus.
Cantaron hic retinet Cornu bibit alter adunco
Cõuocat ille manus palmasq; in pocula uertit.
Pronus at ille lacu bibit. Et crepitantibus haurit
Musta labris. Alius uocalia cymbia mergit
Excipit ac potus saliens liquor ore resultat.
Atq; alius latices pressus resupinus ab uuis
Spumeus iq; humeros & pectora difluit humor
Omnia ludus habet cantusq; choros licentes
Et uenerẽ iam uinã mouent. Raptantur amãtes
Concubitu satyri fugientes iungere nymphas.
Iam iãq; elapsas hic crine hic ueste retentat
Tum primus roseo silenus cymbia musto
Plena senex auide non æquis uiribus hausit
Ex illo uenas inflatus nectare dulci
Hesternoq; grauis semper ridetur hyaco
Quin etiam deus ille deus Ioue natus ab ipso
Et plantis uuas premit & de uitibus hastas
Ingerit: & lynci præbet crathera bibenti
Hæc Pan mœnalia pueros in ualle docebat.
Sparsas donec oues cãpo conducere ĩ unum

(c) 2007 Ministerio de Cultura

Nox iubet:uberibus ſuadens ſiccáre fluorem
Lactis: Et in niueas aſtrictum cogere glebas.

MOPSVS ET LYCIDAS INTERLOCVTORES AEGLOGA VNDECIMA.

PO P Opulea Lycidas necnõ & Mopſus ĩ ũbra
Paſtores calamis ac uerſu doctus uterq;
Nec triuiale ſonãs proprios cantabat ámores
Nam Mopſo meroe Lycidæ crinitus Iolas
Ignis erat:pariliſq; furor de diſpare ſexu
Cogebat trepidos totis diſcurrere ſiluis
Inq; uicem dulces cãtu dixere querellas
Hos puer ac meroe multum luſere furentes.
Dum modo conditas uitãt in uallibus ulmos:
Nunc fagos placidas fugiũt:Promiſſaq; fallũt
Antra:Nec eſt animus ſolitos alludere fontes.
Tum tandem feſſi quos luſus ederat ignis
Sic ſua deſertis nudar ũt uulnera ſyluis
Inq; uicem dulces cantu dixere querelas
Mop. Immitis meroe rapidiſq; fugacior euris
Cur noſtros calamos.Et paſtoralia uitas
Carĩa?Quẽ ue fugis?Que me tibi gloria uicto?
Quid uultu mẽte premis?Ac ſpẽ frõte ſerenas?
Tãdé dura negas?Nõ poſſum nõ uelle negãtẽ
Cantet amat quod quiſq; leuãt & carmĩa curas
LYci. Reſpice me tãdem puer O crudelis Iola
Nõ hoc ſemp eris.Perdũt & gramĩa flores.
Perdit ſpina roſas.Nec ſemper lilia candent.

(c) 2007 Ministerio de Cultura

Neclõgũ tenet uua comas: Nec populus ũbras.
Donũ forma breue ê. Nec ſe tibi cõmodat ãnis
Cãtet amat quod quiſq; leuãt & carmĩa curas
Cerua marẽ ſequitur: Taurũ formoſa iuuẽcã
Mop. Et uenerem ſenſere lupæ: Senſere leenæ:
Et genus aereũ uolucres: Et ſquãmea turba
Et montes: ſiluæq; Suos habet arbor amores
Tu tamen una fugis. Miſerũ tu perdis amantẽ
Cantet amat quod quiſq; leuãt & carmĩa curas
Omnia tẽpus alit tempus rapit. uſus ĩ arcto eſt
Lyci. Ver erat & uitulos uidi ſub matribus iſtos
Qui nunc pro niuea coiere in cornua uacca
Et tibi iã tumidę nares: Iam fortia colla
Iam tibi bis denis numerãtur meſſibus anni
Cãtet amat quod quiſq; leuãt & carmĩa curas
Mop. Huc meroe formoſa ueni. Vocat æſtus ĩ ũbrã
Iam pecudes ſubiere nemus. Nõ ulla canoro
Gutture cantat auis. Torto nõ ſquamea tractu
Signat humũ ſerpẽs: Solus cano. Me ſonat oĩs
Silua. Nec æſtiuis cantu cõcedo cicadis.
Cãtet amat quod quiſq; leuãt & carmĩa curas.
Lyci. Tu quoq; ſcæne puer niueũ ne perde colorẽ
Sole ſub hoc. Solet hic lucentes urere malas.
Hic age pampinea mecũ requieſce ſub umbra
Hic tibi lene fluẽs fõs murmurat. Hic & ab ulmis
Purpureæ fœtis depẽdẽt uitibus uuæ
Cãtet amat quod quiſq; leuãt & carmĩa curas.

(c) 2007 Ministerio de Cultura

Mop. Qui tulerit meroes faſtidia longa ſuperbæ
Sithonias feret ille niues libycoſq; calores
Nerines potabit aquas: taxiq; nocentis
Non metuet ſuccos Sardorum gramina uincet
Et ſua marmaricos coget iuga ferre leones
Cãtet amat quod quiſq; leuãt & carmĩa curas.
Lyci. Quiſquis amat pueros ferro precordia duret
Nil properet diſcatq; diu patienter amare
Prudẽteſq; animos teneris nõ ſpernat in annis.
Perferat & faſtus. Sic olim gaudia ſumet:
Si modo ſollicitos aliquis deus audit amãtes.
Cantet amat quod quiſq; leuãt & carmĩa curas
Mop. Quid prodeſt quod me pagãi mater Amynte
Ter uitis: Ter frõde ſacra ter thure uaporo
Luſtrauit, Cinereſq; auerſa effudit in amnem
Incendés uiuo crepitãtes ſulphure lauros
Cũ ſic in meroen totis miſer ignibus arſi
Cãtet amat quod quiſq; leuãt & carmina curas
Lyc. Hæc eadem nobis quæ uerſicoloria fila
Et mille ignotas Mychale circuntulit artes
Cãtauit quod luna timet. quo rumpitur anguis
Quo currũt ſcopuli: migrãt ſata: uellit arbos
Plus tamẽ ecce meus plus eſt formoſus Iolas
Cãtat amat qnod quiſq; leu ãt & carmĩa curas

Aureli Nemeſiani Poetæ Kartaginenſis Bucolicorum Finis.

Impreſſum Parmæ per Angelũ ugoletũ: E uetuſtiſſimo atq; emendatiſſimo Thadæi Vgoletti codice e germania allato ĩ quo Calphurni & Nemeſiani uti ĩpreſſi ſunt tituli leguntur.

ca. 1490,

(c) 2007 Ministerio de Cultura

Epitaphium Romæ in lapide.

Qui colitis cibelen & qui phryga plãgitis Atim
Dum uacat & tacita dyndima nocte ſilent.
Flete meos cineres non eſt alienus in illis
Hector: & hoc tumulo mygdonis ũbra tegor.
Ille ego qui magni paruus cognominis heres
Corpore in exiguo res numeroſa fui
Flectere doctus equos: nitida certare palæſtra
Fere iocos aſtu: fallere noſſe fidem.
At tibi dent ſuperi q̃tum Domit illa mereris
Qua facis exigua ne iaceamus humo.

(c) 2007 Ministerio de Cultura

est Doctoris qual[illegible]

Hoc in uolumine hæc opuscula continentur

Theocriti Bucolica per Phileticum e Græco traducta Ad Federicum Vrbini ducem. ex 36. Eidyllijs, siue eclogis; septem sunt hîc traducta tantum priores.

Hesiodi Ascræi Georgica per Nicolaum de Valle Patritium Romanum e Græco in Latinum conuersa: ad Pium secundum Pontificem Maximum.

Hesiodi Theogonia per Boninum Mombritium Mediolanensem e Græco in Latinum cõuersa: ad Borsium Estensem Ferrariæ Marchionem

(c) 2007 Ministerio de Cultura

Phileticus inuicto principi Federico duci Vrbinato;

As ego trinacriis errantes montibus agnas:
h Eduxi latio dux federice solo.
Mirari solitas ignes fumantia saxa:
Quæ uomit ardenti sæpius ætna iugo;
Et subter mugire pedum uestigia terram.
Quo celeri terga sæpe dedere fuga.
Carpere nunc solitas batto custode pelori.
Pascua:nunc frondes crasse pachyne tuas.
Nunc lylibæe tuos florenti gramine colles
Scandere:& ad fontes ire arethusa tuos
Montibus italiam spectabant sæpius illis:
Quo nuper lætas nostra carina tulit.
Has tibi donamus:teneros cum matribus ædos.
Cum uitulis tardas munera parua boues.
Hæc tu cui spondet cælum tua plurima uirtus
Læta fronte precor munera nostra cape
Parua quidem sunt hæc munuscula.parua tonanti
Grata fuere patri:numinibusque suis.

(c) 2007 Ministerio de Cultura

Theocritus scripsit Phileticus latinum fecit
Bucolicum carmen. res acta syracusis.

Aepolus: Thyrsis.

Epole dulce sonat patulis quod discolor aura
Cómouet arborib9 gelido quæ fonte uirescũt.
Et tu dulce sonas grata resupinus in umbra:
Mellifluo quotiens permulces æthera cantu.
Quo munus tu nempe feres post pana secundum
Siue caprum pan cornigerum transuersa tuentem
Accipiet: referes tu posthac ipse capellam
Siue capram uelit ille magis: tum sponte capella
Læta tibi ueniet: quæ nullis ubera natis
Præbuit: hæc lautis dat mollia uiscera mensis Aep
Dulcior est thyrsis cantus tuus: haud ego fallor
Quam quiuis saxo descendens murmure riuus.
Si dulces musæ sacro pro munere mollem
Sumere ouem cupiunt: pinguem tu ceperis agnum.
Hic si forte iuuat inulas: tu sumpseris illam Thy
Quin te per sacras dulcis nunc æpole nymphas
Oro: sedens molli lætus moduleris in umbra.
Hic ubi decliuis tumulus loca plena myricis
Me custode tuæ tondebunt prata capellæ Aep
Tempus abest: medio phœbus tenet æthere currus.
Ius nullum modulis: & nostrum flectere cantum:
Sentio adesse nephas: palcidam deus ipse quietem
Pan deus: & mollem carpit per membra soporem:
Quem multo fessum per deuia rura labore
Venandi timeo est petulans: morosus: & acer:
Bilemnare gerit. facili succenditur ira.
Sed tu poscenti miseros mihi fare dolores.

(c) 2007 Ministerio de Cultura

Daphnidis experti uiolenta cupidinis arma:
Tu pastorali thyrsis:tu carmine polles.
Hic grata ptiliæ mollis patulæq; priapi:
Hos fontes contra læti sedeamus in umbra.
Est ubi pastorum sedes & frondea quercus:
Si tali nostras cantu demulseris aures:
Q uali tu chrommin:libycis qui uenerat oris:
Vicisti quondam:hac capra donatus abibis.
Ter tibi quæ ueniat mulctram mulgenda canenti
Vbere alit binos fœtus:mulctraria dulci
Implet lacte duo summis spumantia labris.
Et scyphum multo imbutum tibi nectare binis
Auribus amplexum:ligni redolente sapore
Donabo labris pallens inflectitur amplis.
Hinc hedera hanc circum frondens superaddita uitis
Cum croceis hederæ ramo ridente corymbis.
In medio uiuos præstanti corpore uultus
Altitonantis opes mulier cælata recludit:
Q uam circum duo sunt iuuenes qui corpore toto
Insignes comptos fusi per tempora crines:
Q uos uerbis cernes grauibus certare uicissim.
Hi tamen hanc teneram nulla sub parte puellam
Offendunt:laudant potius blandisq; decorant
Vocibus:ut molles liceat contingere mámas.
Illa tamen ridens nunc hunc nunc aspicit illum
Flagrantem mediis inspirans ossibus ignem.
Q uo tandem uruntur miseri longoq; tumescunt
Obtutu:mentem nequeunt explere tuendo:
Inde senex curuus tardis qui retia tendit
Piscibus ingenio mira cælatur & arte.

(c) 2007 Ministerio de Cultura

Iſte labore uiro ſimilis non uiribus ullis
Cedenti:magnum medio trahit æquore rete.
Omnibus hunc membris dices & uiribus ipſis
Piſcari:ac pingues per flumina quærere piſces:
Vnde tument uetulo tremulæ ſub frumina uenæ.
Sit licet ipſe ſenex:annoſi uertice cani:
Digna tamen iuuenum cano ſub pectore uirtus
Emicat:unde patet ſemper iocunda ſenectus.
Nec procul hinc teneri ſimplex cuſtodia late
Structa nitet pueri:uiridiſq; rubentibus uuis
Vinea quam ſepis reſidens cuſtodit in umbra.
Nec tamen ipſe duas ſe circum tendere uulpes
Aſpicit:interea fraudem magnaſq; parantis
Inſidias:quarum lentas hinc altera furtim
Inuadit uites:molliq; recumbiiur uua.
Inde dolos plenæ pueri parat altera peræ:
Nec prius inſidiis puerum dimittere tendit
Quam reddat tota priuatum perfida cœna.
At pedicas ſtipulis & lento texere iũnco
Deditus interea leuibus puer ille locuſtis.
Non animo ſubeunt uites:non pera ciborum:
Sed pedicis gaudet laquei ſúa ſola uoluptas.
Præterea uiridi circum eſt amplexus acantho
Paſtorale decus;longæ mirabile monſtrum
Omnibus humanos moturum pectore ſenſus.
Emptus & ipſe fuit mihi:quem calydonius unus
Qui nuper noſtras thyrſis peruenit ad oras:
Vendidit e grege tum noſtro tulit ille capellam
Caſeus a nobis etiam ſuper additus unus
Tunc fuit;& pretio uix hoc contentus abiuit.

(c) 2007 Ministerio de Cultura

Nec dum illi labra admoui. sed conditus arca
Intactusq; manet. tanto te munere dignum
Efficiam: mihi si dulcem cantaueris hymnum.
Nec tibi ego inuideo. en age gratum promere cantum
Incipe: nam poteris nullam post flectere uocem
Ad manes ubi læthæum potaueris amnem. Thyr
Dicite peierides pastorum dicite cantus
Sum ætneus thyrsis siculis generatus in oris.
Thyrsidis est cantus concina uoce sonorus.
Ite meæ musæ faciles huc ite camœnæ.
Quis locus o nymphæ. daphnis quom funus obibat
Quæ tenuit regio uos: nam uel thessala tempe:
Vel uos penei: uel celsa cacumina pindi.
Nanq; colebatis sacri non flumen anapi:
Non etiam ætnæos apices: non acidis undam.
Ite meæ musæ: faciles huc ite camœnæ.
Hunc lynces flerunt morientem: & turba luporum
Fleuissent etiam libyci mihi crede leones.
Ite meæ musæ: faciles huc itæ camœnæ:
Nec procul inde boues: & duri uomere tauri
Daphnidis interitum multæ gemuere iuuencæ:
Ite meæ musæ: faciles huc ite camœnæ.
Tum ueniens primum celsis de montibus acer
Mercurius: placido sic cepit pectore fari.
En quid amas? ueneris tantum quid præmia curas?
Ite meæ musæ: faciles huc ite camœnæ.
Ductores ouium cernant miserabile corpus
Pastoresq; bouum: & qui pascunt rure capellas:
Deuenere duces: quæ tanti causa doloris
Exquirunt: auidi fatum miserabile poscunt.

(c) 2007 Ministerio de Cultura

Ite meæ muſæ:faciles huc ite camœnæ
Et ruber ortorum cuſtos tunc inde priapus
Præcipiti ueniens ſic rupit pectore uocem
O miſer:infœlixq; puer:quid perditus hohe
Tam tenerum ploras:lucis ſpaciatur opacis:
Fontibus:& ſiluis nunc te tua quærit amica.
Ite meæ muſæ:faciles huc ite camœnæ.
Vreris o nimium graue & immedicabile uulnus
Corde foues miſero:ante hac dicebare bubulcus:
Aepulús at nunc:laſciue cui cura capellæ:
Q uam petulans quom forte caper conſcenderit illæ
Vult fieri hoc ſpectans oculo ſub fine trementi.
Ite meæ muſæ:faciles huc ite camœnæ.
Q uom ridere uides formoſo pectore nymphas:
Tunc molles oculi crudeli tabe liqueſcunt.
Vreris & totus:blandas quod ferre choreas
Non potes:ille nihil:nimio ſed amore peruſtus
Infœlix iam lugentes properabat ad agros.
Ite meæ muſæ faciles huc ite camœnæ.
Affuit alma uenus ſummo generata tonante
Hunc ludens magnumq; premens ſed corde dolorem
Sic ait.o daphnis per grandia uerba ſolebas.
Dicere me contra:& dulcem contendere natum?
Sub iuga tu tandem cedens tua colla dediſti.
Ite meæ muſæ faciles huc ite camœnæ.
Sic contra daphnis ſermone ingreſſus amaro:
O uenus infœlix:q̃ te genus omne perodit
Improba difficilis:laſciui conſcia furti.
Omnia phœbus ait nobis tua:decidit heu heu
Daphnis & ad manes duros patietur amores.

(c) 2007 Ministerio de Cultura

Ite meæ mûſæ faciles huc ite camœnæ
Fertur ibi daphnim ueneris conuitia fatum:
Vade age dumoſis phrygiæ te montibus idæ
Occulta:blandis amplectere colla lacertis
Anchiſæ:quercus illic luſtra alta ferarum:
Et tua furta uenus memori cælantur opaco:
Hic ſedes apium frutices:lentæq; geniſtæ.
Ite meæ muſæ faciles huc ite camœnæ.
Vade age carpe uias:puer eſt formoſus adonis:
Et timidos figit lepores:nec parcere nouit
Ille feris trucibus paſcit dum montibus agnas:
Ite meæ muſæ faciles huc ite camœnæ.
Magnanimum telis adeas modo corde uoluta
Tytidem atq; refer laudem & ſpolia ampla reporto.
Deuici daphnim tandem:& ſua regna ſubegi.
Nunc te aude noſtris diomedes credere pugnis.
Ite meæ muſæ faciles hue ite camœnæ.
Vos lynces:ſummiſq; iacentes rupibus urſi:
Voſq; ualete lupi:felicem carpite uitem.
Non ego dumoſas frondenteſq; amplius oras:
Non ego dulce nemus montes ſaltuſq; uidebo.
Ite meæmuſæ faciles huc ite camœnæ.
O uiuant fontes arethuſa tui:atq; ualete
Flumina quæ fluitis gelidas ad tymbridis undas.
Ite meæ muſæ faciles huc ite camœnæ:
Ille ego ſum daphnis:quoi lætis paſcere campis
Cura boues domitos & duros ducere tauros:
Fontibus & liquidis plenas depellere uacas.
Ite meæ muſæ faciles huc ite camœnæ.
Siue colis montes o pan formoſe licæi:

(c) 2007 Ministerio de Cultura

Seu uirides saltus: & menala celsa peragras:
Huc ades: atq; pedem siculas cito defer ad oras.
Altum helices scopulum & magni sublime sepulchrum
Linq; lycaonidæ superis mirabile cunctis.
Soluite pierides pastorum soluite cantus.
Congredere & cæra compactam mollitur alba
Fistulam opus diuum: summisq; uolubile labris
Accipe: mellisonos fundet rex maxime cantus.
Efferor ad manes crudeli raptus amore.
Soluite pierides pastorum soluite cantus.
Nunc rubus & molles uiolas ferat asper acanthus
Narcissusq; comas iam sentibus ornet amœnas.
Omnia imitentur piceæ iam mitia siluæ
Poma ferant diro moritur nam funere daphnis:
Soluite pierides pastorum soluite cantus.
Atq; canes rapidas per summa cacumina ceruus
Vilis agat. lenta stridens nyctimen in umbra.
Iam cantus philomena tuos imitetur amœnos.
Soluite pierides pastorum soluite cantus.
Dixerat: & scæuo consumptus amore quieuit.
Tunc uenus infandos pueri sanare dolores
Ardebat miseri: quom iam fatalia parcæ
Stamina finierant. stygiis aduenerat undis
Gloria thespiadum: nympharum magna uoluptas
Q ui fuit in terris: illum uorat undique uortex:
Soluite pierides pastorum soluite cantus:
Me modo iam dudum promisso munere dona
Poculo: & hac læta merui quam uoce capella:
Illius ut mulgens sanctis nunc ubera musis
Libem. uos saluete sacræ ex helicone sorores.

(c) 2007 Ministerio de Cultura

Et ſaluete iterum docte mea cura camœnæ.
His ego poſt ueſtras mulcebo dulcius aures Aep.
Os tibi ſit thyrſis liquido iam nectare plenum
Et fragrante fauo comedas quas ægilus affert
Cercropio dulces naſcentis æquore ficus.
Nanq; canis melius thyrſis reſonante cicada:
En tibi munus:& hoc cantus teſtetur honorem
Egregium thyrſis formoſe tui inſpice quantum
Hoc redolet diuis formoſo corpore nymphis
Eſſe feres lotum liquidis in fontibus antri.
Huc ciſſeta ueni:tu uero iam ubera mulge.
Ad uos ne caper aſcendat:reticete capellæ.

Simeta Theſtilis.

Ic ubi phœbeæ laurus:ubi theſſala philtra
h Theſtilis:& mecum magicas ſtudioſius artes
Tu celeri tu ſume manu:cantemus amores.
Pixida uelleribus croceam buſſumq; corona:
Delphidi ut irato magicum componere carmen:
Atq; domum tandem poſſim reuocare canendo
Frigentem thalamum bis ſenis ecce diebus
Iam nunq̃ uidet ille meum nec uiſere curat.
Viuam ne ut miſeranda diem iam mortis obiſſem
Nec digitis pulſata ſuis eſt ianua noſtra
Quippe uenus iuuenis ſenſus tenet improba noſtri:
Atq; alio contraxit amor lætatum amicæ
Nunc gremio delphis timageti mœſta palæſtra
Ibo ego quom radiis phœbe referauerit orbem
Aſpiciam iuuenem:quid agat triſtis ue querelas
Exponam:quibus & pœnis me affecit amantem.
Nunc autem magicis cantabo delphida uerbis

(c) 2007 Ministerio de Cultura

Luna precor noſtris faueas gratiſſime cœptis
Hæc ego nunc hecate dicam tibi carmina: cum tu
Tartareas celebras ſedes: quam ſæpe catellæ
Q uam uenis ad tumultum metuunt trepidatq; fugaces
Sacra hecate: ſtygia quæ delectaris harena
Salue. ſiſq; mihi fœlix huc ipſa propinques
Oro: mei finem incepti tua facta ſequantur:
Nanq; potes: tu nempe facis peiora uenena:
Q uam circe latio medea uel improba colchis.
Emathio uelari perintede triſtibus herbis.
Ducite ſacra domum mea carmina ducite delphin
Hoc primum, fruges ſoluantur theſtylis igne:
Sparge molam: rapida quonam tu mente uolaſti.
Tu quoq; per ſuperos miſeram me forte peroſa es.
Sparge ſimul mecum dic ſpargo delphidis oſſa.
Ducite ſacra domum mea carmina ducite delphin:
Comburit me delphis: ego hanc in delphide laurum
Hanc uelut accenſam nimium crepitare uidemus:
Et ſubito ſolui cinerem nec protinus ullum
Igne pari uideam ſic perfida delphidis oſſa.
Ducite ſacra domum mea carmina ducite delphin:
Vtq; meis pallens digitis bene cæra liqueſcit:
Myndius extemplo ſic noſtro delphis amore:
Vtq; rotæ ueneris paphiæ uoluuntur ahenæ.
Poſtibus acceleret noſtris ita perfidus ille:
Ducite ſacra domum mea carmina ducite delphin.
Torrebo frugum ſpolia: his tu prorſus adeſto.
Nunc hecate infernis adamantem flectere durum
Q uæ poſſes: ſi quid tum fortius eſſet & illo.
Ecce canes tota nobis iam theſtylis urbe

(c) 2007 Ministerio de Cultura

Latrant.in triuiis deus eſt:nunc tympana tange.
Ducite ſacra domum mea carmina ducite delphin,
Ecce tacet pontus reticet ſimul omnis & aura:
Sed dolor infandus noſtro de pectore nunq̃
Decidit:illius flammis grauioribus uror
Effecit qui me ſanctum uiolare pudorem
Eſſem qum tam caſta prius coloremq; dianam?
Ducite ſacra domum mea carmina ducite delphin:
Terq; merum libo:ter carmina proloquor illis
Siue toro puerum prelammit ſiue puellam.
Horum tantum oblitus eat;dant theſea quantum
Gnoſidis ignota quondam remanentis harena.
Ducite ſacra domum mea carmina ducite delphin.
Arcades ut ſpectant ſæuos captare furores:
Alipedes:comedúnt quom altis in montibus atrum
Hippomenes:noſtras ſic conſpiciendus ad ædes
Sollicitas properet delphis mea cura prophanũs.
His uncta ſimilis ludunt qui ſæpe palæſtra,
Ducite ſacra domum mea carmina ducite delphin.
Hunc quondam limbum mihi perfidus ille reliquit
Q uem carpens tædis nunc his flagrantibus uro:
Heu quid me improbe amor miſeram conſumis & omni
Veſceris hac anima uelut una paluſtris irudo.
Ducite ſacra domum mea carmina ducite delphin
Cras ego detritas pateris miſcebo lacertas.
Hæc tamen ipſa tuis manibus medicamina ſume:
Illius & poſtis ſublimina theſtylis ungue:
Q uis ego nunc animo nimium ſum fixa furenti:
Murmure tu tacito dic ſpargo delphidis oſſa.
Ducite ſacra domum mea carmina ducite delphin.

(c) 2007 Ministerio de Cultura

Aſt ego ſola meos lachrymis meditabor amores:
Vnde ego deflentes curarum exponere cauſas
Incipiam:tantumq; mali quis detulit unq̃.
Nobilis eubuli iam dudum uenit anaxo.
Q uæ calathos hecates lucro ſacriſq; gerebat
Plurima:& ante illã ludebat pompa ferarum:
Q uis aderat libycæ ſæuiſſima forma leænæ:
Dic mihi luna meos patiar dic unde furores
Optima theucharili nutrix threiſſa potentis
Et uicina mihi properarem ad ſacra dianæ
Sacra uidenda deæ me compulit:ilicet iui
Syrmata longa trahens tyrio de murice tincta:
Appoſui clariſtæ & multitia circum.
Dic mihi luna meos patiar dic unde furores?
Iam medium tenebamus iter præcelſa lyconis:
Eſt ubi magnanimi domus:hic ego delphida uidi:
Nec non damippum:quis aurea barba duobus:
Atq; magis diuæ q̃ pectora candida phœbes
Pectora gymnaſio nuper redeuntibus uncto.
Dic mihi luna meos patiar dic unde furores?
Sic ego proſpexi:blandum ſic ipſa furorem
Accepi:nimium tenero tum ſaucius igni.
Sic fuit hic animus.ſic me color ipſe reliquit:
Dic mihi luna meos patiar dic unde furores?
Non propriam remeaſſe domum:non amplius illas
Perſenſi pompas:me morbus flamifer uſſit:
Me penitus totam & ſenſum malus abſtulit ignis.
Noctibus ipſa decem iacui:totidemq; diebus
Infœlix nulla carpens per membra quietem.
Dic mihi luna meos patiar dic unde furores?

(c) 2007 Ministerio de Cultura

Corpus & hoc taxo ſimilis tunc ipſa uidebar
Mortiferæ toto manabant uertice crines.
Cætera non aliud q̃ pellis & oſſa fuere.
Nec petii uetulæ dicentis carmina cellas:
Nulla quies aderat. tempus fugiebat inane.
Dic mihi luna meos patiar dic unde furores?
Ancillæ ſic ipſa meæ mala cuncta retexi.
En age flammifero faciles oſtende medelas:
Theſtylis huic morbo: miſeram me myndius urit.
Iam iam gymnaſium timageti porrige greſſum.
Hos amat ille locos: has ædes ille frequentat.
Dic mihi luna meos patiar dic unde furores?
Videris ut iuuenem: nutus clam fige loquaces
Et dic te ſimetha uocat: duc theſtylis illum.
Sic ego & extemplo noſtras reuocauit in ædes:
Cognoui tacite uenientem: ut limine ſenſi:
Frigidior niuibus ſubito ſum facta timore.
Dic mihi luna meos patiar dic unde furores?
Manabat gelidus ſudor mea tempora circum:
Nec fari poteram tantum uox faucibus hæſit.
In ſomnis quantum pueri uocitare parentes
Sæpe ſolent: gelido manſi concretior ære.
Dic mihi luna meos patiar dic unde furores?
Et me proſpiciens defixit lumina terris
Perfidus & thalamo reſidens ſic edidit ore.
Es quoniam ſimethea mei pars altera cordis:
Nunc nunc per ſuperos ad te remeare uolebam:
Sed tua cura fuit properantem mittere curſu
Tam celeri famulam: q̃ uelox ipſe philinum
Curriculo dudum euici: mea uita meum cor.

(c) 2007 Ministerio de Cultura

Dic mihi luna meos patiar dic unde furores?
Ante ego ueniſſem per ſacra cupidinis arma
Tertius exiſtens numero: uel quartus amator:
Noctu mala ferens tepido tibi pectore ſilua
Ignigenæ: uiridi redimitus tempora fronde
Herculea: nimium tyrio radiantia nodo.
Dic mihi luna meos patiar dic unde furores?
Et me manſiſſent placidiſſima cuncta recepto:
Dulcia ſi roſeis fixiſſem baſia labris:
Tunc ego fœlici iacuiſſem nocte quietus.
Sin foribus fortaſſe tuis eiectus iiſſem:
Vidiſſes rapidis flagrantes ignibus ædes.
Dic mihi luna meos patiar dic unde furores?
Nunc primum fateor ueneri debere potenti
Innumeras grates: thalamo ſimetha uocaſti
Ardentem flammis teneroq; cupidinis arcu.
Me iam labentem tepida uiolentius urit
Dirus amor lipari: q̃ omnis uulcanius ignis:
Dic mihi luna meos patiar dic unde furores.
Pellit & a thalamo furiata mente puellam
Sæpe puer paphiæ: cogitq; relinquere lectum
Coniugis hæc fatus: dictis ego credula manſi
Talibus inſipiens manibuſq; miſerrima cœpi:
Et noſtrum inflexi iuuenem geniale cubile.
Membra ſuperiecta: & femori femur ambo ũiciſſim
Iunximus: ille tamen noſtro flagrabat amore:
Valdius amborum manabant pectore uoces
Melle magis dulces molli cum murmure. ſed ne
Iam ipſa uager multis referens haud prouehar ultra
Ne ue ſequar longas uerbis ſanctiſſima phœbe

(c) 2007 Ministerio de Cultura

Ambages:cupidi ad uotum deuenimus ambo:
Deq; meo delphis nunq̃ conqueſtus amore.
Deque ſuo nunq̃ potui deferre querelas
Hactenus.at nuper rediens grandæua philiſte:
Q uæ faciles gratis permulcet uocibus aures
Melixe genitrix noſtras uentauit ad ædes:
Extulerit roſeas quom primum aurora quadrigas
Q uam cito labentis reuocarunt æthere ſummo
Solis equi:tandem miſeræ mihi delphida dixit
Plurima cõmemorans grauiori tangier igni:
Verum ne pueri:an mollis neſcire puellæ
Illius & poſti florentia ſerta daturus
Tunc celeri trepidaſſe pede ac ſic fata receſſit:
Terq; quaterq; tamen mater properare ſolebat
Q uolibet iſta die nullis comitata puellis:
Aedibus & noſtris cum pixida pinguis oliui
Ponere:tum manibus confidere dorida noſtris.
Bis ſeni ceeidere dies:quibus ipſa meum cor
Delphida non uidi:nullas aut ille capeſſat
Delitias:noſtri tantum eſt oblitus amoris.
Nunc iterum ſæuis cantabo ſedula philtris.
Et mihi ſi dederit tales poſt ille dolores
Tartareos faciam poſtes achærontis iniqui
Pulſabit:diræ teſtor fera ſtamina parcæ:
Et ſibi ſub oculis hæc nunc aconita reſeruo:
Me miſeram aſſyrius docuit quæ nuper amicus
Nocte ſub obſcura renitens iam candida phæbe
Rite uale:& propera celerem contingere currum
Oceano:triſtis duros feram ut ante labores.
Atq; uale;& fœlix pergas mea lucida phæbe.

(c) 2007 Ministerio de Cultura

Voſq; æterni ignes:& ſydera cuncta ualete:
Pallentis currum taçitæq; ſequentia noctis.
Incipit Comos oda crotica. Res agit circa Crotoné.
Octe dieq; leues agreſtibus anxius eris
n Canto ego bladicias ſterileſq; amaryllida ſiluæ
Candidulam recinunt:uerum mea uita capellæ
Montibus & ſiluis errant:quas tityrus omnis
Paſtor agit:nimium mihi tu bene ſemper amate
Tityre laſciuas uirgultis paſce capellas.
Poſt age muſcoſos fontis has tityre paſtas.
Interea occurſare capro:qui uenerat oris
Puniceo libycis:cornu ferit ille caueto:
Cara amarylli animo ſemper gratiſſima noſtro.
Cur miſerum uiridi latitans formoſa ſub antro
Me fugis:& uocitas tu me non amplius unquam?
Ni mirum tibi deſpectus ſum:meq; peroſa es:
Et uideor troua barbatus fronte capillos
Intonſus:triſti laqueo ſuſpenſus abibo.
Sic tu me rapies crudeli funere uita.
En tibi quæ dudum iuſſiſti ex arbore ferri:
Roſida mala decem duco:cras altera ducam.
Aſpice q̃ tenero ſim iam conſumptus amore:
Atq; meum propera miſerum lenire dolorem.
Oſi mollis apes fierem mutatus ad antrum:
Floribus & uariis redolens efrondibus irem.
Ipſe tymum carpens hederam pteridaſq; uirentis
Tu quibus ornaris fingens formoſa coronam:
Noui quid ſit amor tandem:deus improbus:acer:
Difficilis:diræ quem lactauere leænæ.
Montibus hircanis nutriuit & improba mater:

C

(c) 2007 Ministerio de Cultura

Obſidet inſidiis qui me molliſq; medulas
Vrit:& igniferis figit mea pectora telis.
Digna deo facies:nigro pulcherrima longe
Nympha ſupercilio:ſed marmore durior omni
Amplexu dignare meo:teneriſq; lacertis.
Tu mea colla premas.labris ego dulcia figam
Oſcula:& his ulnis candentia colla recingam:
Eſt quibus una datis duntaxat ſola uoluptas:
Te propter ſubito teneram lacerabo coronam:
Quam tibi contextam uiola uiridiq; corymbo:
Frondentiq; hedera atq; apio redolente reſeruo.
Heu heu quid patior miſer:& quibus ipſe periclis
Nunc agitor uitæ ſpe ſum deiectus ab omni
Non amarylli audis:non uox hæc fertur ad aures
Mœſta tuas:omni ſpoliatus ueſte uel armis
Conſiliam medias in uaſti gurgitis undas:
Hic ubi piſcator tynnos ſpeculatur ab alta
Olpis aqua:talis ſi non ero funere raptus
Effectum tamen illud erit:quodcunq; petebas
In me dulce tuum:ſed lamentabile uotum
Dum mihi cura fuit mollem perquirere flammam
Si tu me miſerum tandem fortaſſis amares:
Cognoui pridem folii per ſigna recentis
Thelephili tenoros late monſtrante amores:
Nam mihi nulla ſoni expreſſit ueſtigia noſtris
Sed manibus folium cupidis tabeſcere uidi:
Et quædam magico cecinit mihi carmine uates
Maxima uera canens:uocitantq; parebata matres.
Et mihi compoſuit cantum tibi deditus uni:
Sum miſer:at tibi nulla mei iam cura ſuperbæ:

(c) 2007. Ministerio de Cultura

Binos lactifero quæ nunc alit ubere fœtus:
Non tibi seruabo.post hac ingrata capellam
Merenonis dudum hanc tentauit erithacis a me
Sumere pulchra:decensq; comis & fusca colore,
Donaboq; illi:postq̃ tu spernis amores
Dura meos:certasq; tuum me ludere amantem.
Ecce salit crebro mihi dexter ocelus amicam
Nempe uidebo meam:roseis dabo basia labris.
Hic equidem recinam pitya resupinus in umbra
Forsitan aspiciet:non est adamante creata
Nobilis hippomenes tenero commotus amore
Aurea poma gerens:celeri ceneida cursu
Deuicit,teneris quæ quom prospexit ocellis
Mala suis:nimio mox est affecta furore:
Incaluitq; grauis iam dudum cura medullis
Pingua deducens uates armenta melampus
Mœnia ad alta pyli dæmollibus otryos herbis
Pulchra biantæis pero complexibus iret:
Protinus effecit:qua nascitur alphesibœa.
Non ne adeo diuam uenerem formosus adonis
Lanigeras pascens pecude in montibus altis
In tantam duxit rabiem:& perferre furores
Effecit tantos qui quom iam mortuus esset
Abduci tenero non est e pectore passa:
Dico ego felicem & nimium endymiona beatũ
Perpetuum latino ualuit dormire soporem.
Nec non felicem nimium Iasiona amarylli:
Qui res dictæis tantas est nactus in oris:
Quantas quippe nefas uos esset scire prophani.
At tibi nulla mei uirgo stat cura doloris:

(c) 2007 Ministerio de Cultura

Triſtia qui grauius circum mea tempora paſcit.
Dulcibus haud uſq̃ mulcebo cantibus aures
Amplius ore tuas: conſumptus amore iacebo
Meq; lupi rapient miſerandaq; membra uorabunt.
Hoc ut dulce tuo fiat ſub gutture nectar.

Incipit aegona. Res agitur crotone Battus Corydon.

Ic mihi o corydon: cuiũ pecus ẽ ne philõdæ? Ba.
d Nõ: uerũ ægonis. nup mihi tradidit ægon. Co.
Me cuſtode boni tonderet paſcua prati. Ba.
Non ne boues furtim ſero ſub ueſpere mulges? Co.
Batte ſenex uitulos ſubmittit matribus ipſe.
Atq; manus noſtras oculis obſeruat apertis. Ca.
Quo nam mouit iter: nemo iam conſpicit illum. Co.
Forſan batte tuas nondum peruenit ad aures.
Hunc gelidas milon alphei duxit ad undas
Ingens certator: nam illic certamina fiunt
Maxima. quom pingui ſplendentia uidit oliuo
Membra uiri fortis quæ nunq̃ uiderat ante.
Alcidæ referunt animos & pectora magno
Hunc ſimilem ac potuiſſe duci contendere pugna Ba.
Et me dicebat mater mea credula: quondam
Pollucem ſuperare deum: quod fortior eſſem. Co.
Arma gerens humeris pecudes pinguedine tardas
Viginti ſecum pleno deduxit ouili.
Verteret ille lupos ſubito certator agreſtes
In rabiem: tanta eſt illi præſtantia linguæ:
Hinc uitulæ crebris iuuenem mugitibus optãt:
Quæ multo ignauum miſeræ inuenere bubulcũm Co.
Oq̃ ſunt miſere uiridis non amplius unq̃
Nempe uolunt prati teneris iam paſcier herbis Ba.

(c) 2007 Ministerio de Cultura

Illa adeo macra eſt uitula: & uix oſſibus hæret.
Num gelido ut graciles implet ſe rore cicadæ
Teſtor fluitantis ad æſaris undas: Co.
Tellurem
Hanc equidem duco per gramina læta iuuencam:
Cui manibus plenis grandem perſæpe maniplum
Præbeo tum petulans teneras ſalit ipſa per herbas
Quas habet umbroſus uiridi cum fronde latymnus.
Igneus hic taurus macer eſt domus improba talem. Ba.
Oſi lampriadæ tunc ſortiretur iniqui.
Pinguia iunoni properat cum ſacra parare. Co.
Ducitur hic uiridis per pabula læta malimni.
Me cuſtode ſimul tondet bona gramina phyſi.
Non procul ad liquidas neæthi fluminis undas:
Hic ubi naſcuntur pecori bona paſcua noſtro:
Aſper ut ægipyrus: melithea: & gnyxa uirentes. Ba.
Heu miſer: extinctæ armentum lachrymabile uaccæ
Ad manes ægon herebum ſtigiaſq; paludes
Ibunt: letheaſq; bibent e flumine lymphas:
Quam male certantes adamaſti uincere pugna.
Quam digiti fecere tui nunc fiſtula putri.
Dulciſona albeſcit tinea tua magna uoluptas: Co.
Tale nec illa malum ſilueſtria numina teſtor.
Nam quom piſæam greſſus direxerit urbem:
Hanc dedit ille mihi magno pro munere paſtor:
His ego melliſonas calamis emittere uoces
Edoctus teneræ numeros ex ordine glauces:
Nec non & pyrrhi reſonantia carmina canto.
Hiſq; crotona ſuis exorno laudibus urbem.
His ego preterea nemoroſam adiungo zacyntum.
Laciuiumq; cano calidum qui proſpicit orbem

(c) 2007 Ministerio de Cultura

Aeoum: ſolus quondam octoginta uocarit.
Hic ubi decoctos ægon ex ordine panes:
Hinc etiam indomitum rapuit per cornea taurum
Summa pedis: dulcem quo amaryllida donat amator.
Et monſtrum teneræ mirantes tale puellæ
Traxerunt imo lætales e pectore uoces:
Quo gaudens ægon uultu ſubriſit amico. Ba.
Chara amarylli animæ quondam pars altera noſtræ:
Quam mihi te manes herebi inuidere ſuperbi:
Et cito traxerunt lugentes iudicis agros
Inferni noſtra ſub mente repoſta manebis?
Dum memor ipſe mei: nam quantum cura caprarum
Cara mihi manſit: tam me tua uita reliquit?
Heu heu quam duras fortes mea pertulit ætas:
Hæ mea fixerunt crudeli pectora ferro. Co.
Eſt opus afflictis melius confidere rebus:
Atq; animo forti ſortem ſuperare malignam:
Cras melius fortaſſis erit. cras omnia forſan.
Pro uoto uenient: rebus ſperare ſecundis.
Eſt opus humanis: ſpes eſt carpentibus auras
Vitalis: ſpes nulla datur modo lumine caſſis:
Iupiter interdum cælo conſtare ſereno:
Interdum nobis ſpectatur nubibus atris: Ba.
Fido equidem uitulos ne uides depelle proteruos
Nam uirides uaſtant ramos frondentis oliuæ:
Luce ueni: & propera: deſcende cynætha repente
Improba non audis celerans accede ſepulchro.
Teſtor pana tibi magnum & uenerabile numen.
Ocius accedam tibi latos multa per armos.
Verbera ni fugies: finemq; daturus acerbum.

(c) 2007 Ministerio de Cultura

Hic hodie proh pæan: rursus nunc improba rursus:
En oleæ uetitos audet decerpere ramos.
O utinam duris gessissem sedulus uncum.
Ipse pedum nodis quo te nunc uerbere cæsam
Redderem & afflictæ gemerent tua fata iuuencæ.
Sic tibi contingat corydon carissime quicquid
Exoptas: uotisq; tuis sic iupiter adsit.
Proq; deus omnis nostrumq; obtestor amorem:
Hæc mala dira pedis misero nunc ipse parumper
Inspicias tristi nocuit sæuissima talo.
Spina meo hosq; locos affecit uulnere tardo.
O q̃ densa uirent illic spineta: perire
Iam possit citius rapiatq; caterua luporum:
Hanc dum spectabam spina percussus abiui.
Quid? ne uides? rimis latet hic infixa uides ne? Co.
Batte meis teneo durissimum unguibus illam:
En tibi nunc ipsam magna uix arte reuelli:
Proh quam parua domat mortalia corpora causa:
Qualem nempe uirum superat nunc quantula plaga:
Quando uoles post hac superare cacumina montis.
Ne pigeat meminisse pedes uestire cothurnis.
Et uadas nudis pedibus non amplius unquam.
Monte uirent species spinarum mille supino. Ba.
Dic age mi corydon mollit nunc frigidus amnis.
Ille senex: fuerat cuius correptus amore.
Quæq; supercilio mulier notissima nigro est? Co:
Quid si nunc agitat demens hunc protinus ipse:
Iam pridem uetulum crissantem molliter illam.
Haud procul inueni plenis ab ouilibus ambos:
Turpia cum cupide uibrarent inguina uidi. Ba.

(c) 2007 Ministerio de Cultura

Dii tibi uir faciant bene cùm ſis maximus almæ
Tu ueneris cultor certare ſalacibus inq̃
Tu poſſes ſatyris:& habentibus hiſpida crura
Panibus:unde genus quondam fortaſſe tuliſti.
Aepolica & pœmenica incipit.Res agitur in Italia

Lacon Comatas.

Ffugite audentes nimium mea curá capellæ
Hunc lacona ducem pecoris ſeruumq; ſybartæ:
Qui mihi caprigenam furto ſubuertere pellem
Eſt auſus:ductor ueſter quod tergus habebam La:
Vos etiam molles gelidis a fontibus agnæ
Non fugitis furem ſcelus exitiale comatam?
Aquo rapta dolo eſt iam dudum fiſtula nobis. Co:
Que nam rapta dolo eſt nequam tibi fiſtula ſerue:
An fuit ulla tibi calamis compacta canoris:
Fiſtula qua pecudes fierent per gramina lætæ:
Non ne tuos cantus diſperdere raucus inertes.
Stridenti ſtipula iam cum corydone ſolebas. La.
Quam mihi liberior ſimul & generoſior omni.
Ille lycon dederat quo nec mihi carior alter.
Nec manet in toto melior:nec dulcior otbe:
Quod nam tu memoras tergus iam fare comata.
Caprigenum lacona tuum rapuiſſe quod inq̃.
Tergus com dominum tali nos pelle carentem.
Vidimus cum aram nec qua defeſſa cubarent.
Squalida membra uiri pellis ſibi manſerit ulla.
Quo me donarat corilus predulcis amantem.
Sparſum tegmen erat multis ſub partibus albo.
Grande quidem donum magno res digna magiſtro:
Quom pinguem nymphis mactaret rure capellam.

(c) 2007 Ministerio de Cultura

Nobilibus uenerans ſiluestria numina ſacris.
Hoc quom donatum uidiſti tergere Lacon
Egregio ſi non rapuiſſes mortuus eſſes.
Inuide me tali tum munere deniq; nudum
Feciſti: nec quom mens ſit tibi conſcia furt
Pœnitet: & ſceleris magnum per pana nefandi. La.
Aſt ego littoreum teſtor pecoriſq; magiſtrum:
Pana deum nullis lacona calethidos oris
Hanc pellem eripuiſſe tibi uel rupibus altis
Carthida deſiliam furiata mente comata. Co.
Sic ego per nymphas ſiluestria numina iuro:
Q uæ mihi ſint ſemper faciles quod fiſtula nunq̃
Nulla tibi lacon furto eſt ſubrepta comatæ. La.
Si credam miſeros quod daphnidis ipſe dolores
Experiar pueri toto miſerabilis orbe.
Ergo ædum ſi forte uelis deponere mecum
Nil ſacrum ſanctumq; nihil nullamq; minoris
Rem facio certabo equidem: dum uictus abibis
Et domitum donec teipſum fateare canendo. Co.
Cecropiam contra ſus tendit inepta mineruam
En ædum depono meum pinguedine tardum
Agnum etiam ſubnecte tuum pro pignore pinguem
Et mecum ſi tunc audes contendere tenta. La.
Et quonam iſta modo nobis ſtant partibus æquis
Pignora? quis molli duras pro uellere ſetas
Tondeat? & primo fœtu præſtante capella
Fare cinede canes rabidas quis mulgeat unq̃?
Q uicunq; eſt animo fidens & pectore forti
Audet adire uirum & pugnas ſuperare minaci:
Te uelut agnoſco fidentem plurima ſemper

(c) 2007 Ministerio de Cultura

Stridula dulciſonam contra ſtat ueſpa cicadam
Non ædus ſatis eſt noſtro certamine pignus:
Nunc caprum depono gregis patremq; uirumq;.
En age parce moræ:mecum nunc perfide certa La.
Ne properare uelis rapido non ureris igne:
Arboribus patulis cantabimus ambo uiciſſim
Mollius hic noſtris:peramæna oleaſter inumbrat.
Hic reſidens mecum poteris diffundere cantus
Hac gelidus leui ſemper cum murmure riuus
Defluit hic pocas:ſtibadaſq; immargine natas
Cernimus:& graciles etiam reſonare cicadas. Co:
Aſt ego non propero:doleo magis improbe:rectis
Quod me oculis certans audes ſpectare magiſtrum:
Quem puerum docui teneris præceptor ab annis.
En age pro ſumma tanti mercede laboris
Aſpice quas nobis conatur reddere grates?
Irabidas: Itolle canes:natoſq; luporum.
Vt lacerent domini miſerabile corpus alentis. La.
Quando aliquid uirtutis eg o didiciſſe uel unq̃.
O miſer inuidia pallens o perfide turpi
Ate audiſſe boni ualeo meminiſſe magiſtro? Co.
Quando uates duro tangebam uerbere molles:
Quos gemitus imo mittebas pectore triſtis:
Nec procul ipſe caper laſciuas parte capellas
Improbus obſcena per ouilia noſtra fugabat: La.
Altior extincto tumulus pro corpore nuſq̃
Sit tibi nec talis conſtet pygiſmate maior:
Et iaceas ſubter tantum tellure ſepultus,
Me qantum iactare potes tetigiſſe comata.
Huc addes:huc tandem ipſe ueni:non ampliũs unq̃.

(c) 2007 Ministerio de Cultura

Post hac efficiam audebis contendere cantu? Co.
Non equidem ueniam: sunt hoc ingramine quercus
Annosæ est lucus molli gratissimus umbra.
Hicq; uirent dulces herbæ & spinosa cyperus:
Hinc resonant liquido distenctis nectare cellis
Semper apes: tenuisq; leui cum murmure riuus.
Hic duo nascuntur florenti margine fontes.
Oreq; mellifluo recinunt hinc inde uolucres
Arboribus tectæ patulis & fronde uirenti.
Vmbra tibi haud similis nostræ: nec pinea poma
Demittit ueluti nobis lætissima pinus. La.
Hic ouium pelles: hic uellera: mollius altum
Ducere tu poteris somnum huc concede comata
Hispida lasciui grauius tibi tergora capri:
Quam tu spurcus oles: tetro fugiendus odore
Craterem tepido spumantem lacte benignis
Constituam nymphis pateramq; liquoris oliuæ: Co.
Clachona si uenies uiridem & calcare tenellam
Hic poteris pteridẽ: mea quas placidissima tellus
Nutrit & agnorum sternam iocunda per herbas
Tergora caprigeni pecoris mollissima uestrum:
Octo ego constituam tepido mulctralia lactæ
Pan tibi care deus summis spumantia labris
Octo etiam tibi melle cyphos: & nectare plenos:
Omnibus in numeris magnum te pana canendo. La.
Istinc eregione tua contendere mecum
Incipe: & indoctum nunc iam disperdere carmen
Esto tuas & habeto graui cum robore quercus:
Annosas. sed quis recte diiudicet ista?
Quis nostros discat numeros æquissimus omnes?

(c) 2009 Ministerio de Cultura

O utinam paſtor ueniat bonus ille Iycopas. Co.
Iſtius haud quaquam indigęo:nam quæritur alter:
Q ui præſens noſtram ualeat cognoſcere cauſam.
Hunc igitur Iacon ſi uis uocitabimus ambo.
Q uem nunc ipſe uides incidere ſectile lignum.
Eſt nam is morſon ante alios iuſtiſſimus unus:
Hic aderit iudex hunc experiamur & omnis
Difficilis noſtræ quæ ſit ſentẽtia cauſæ:
Tuq; prior tu poſce uirum huc tende parumper
Hoſpes.& adueniens animo hoc aduerte ſeuero:
Magna hic res agitur:grauiter contendimus ambo
Q uis melior cantu:ualeat quis flectere uocem
Doctius:& noſtrum qũis ſit præſtantior alter.
Iudicium morſon rectum a te poſcimus ambo
Gratia nulla tuum moueat graue pectus inuſtum
Iuſticiæ flamma & cultu:ſtudioq; ſeueri
Iuris te morſon præſtanti numine nymphas
Teſtor in hac cauſa neutri tua prona uoluntas
Adſit opem ue ferat neutrum ue laceſſet iniq;
Iudicio ſed ſancta trahat ſententia mentem
Grex ouium eſt:lateat ne te res ulla:ſybartæ
Thurii.& omne pecus Iacon quod ducit ouile.
Eumaræ quod ago ſybarini hoc omne comata
Caprigenum domini pecus eſt:quoi deditus omnis
Eſt animus:corpuſq; meum ne mentiar omne. La.
Nec te aliquis cuium pecus hoc:domini ne ſybartæ
Q uærebat demens an noſtri ſtulte comata
Teſtor ſacra dei totum moderantis olympum. Co.
Vera manent ſapiens fuerim quæcunq; locutus
Glorior ipſe nihil.te non iactantior alter

(c) 2007 Ministerio de Cultura

Magna tua ſemper uerſantur iurgia mente. La.
En age ſi quid habes citius iam fare comata:
Parce tuo remeare lares iam morſona cantu:
Viuus & antiquam redeat bene ſanus in urbem
Proh pean memini numeros te flectere diuos: Co.
Theſpiadum me docta colit plus daphnide turba:
Pro meritis geminos his feci ſedulus hædos: La.
Et me phœbus amat: nunc molli paſcitur herba.
Me cuſtode aries uenient cum carnea mactem. Co.
Bina gregis noſtri fœtus enixa gemellos:
Præter eas omnis alias ego mulgeo capras. La.
Heu ohe q̃ pinguis mihi caſeus implet ouilis:
Viginti calathos lento qui uimine texti. Co:
Cum mea mulgentem miſerans ſpectaret amica.
Tu quoq; marmoreis inquit premis ubera palmis: La.
Palpitat in dulcem puerum præſtante figura.
Floribus & molli lacon formoſus in herba. Co.
Malo me clariſta petit formoſa puella.
Et cantu noſtras permulcet molliter aures. La.
Inſanire facit cratides mihi cum obuius extat:
Cumq; mouet flauos per candida colla capillos: Co.
Non bene conueniunt naſcentia ſertibus hortis.
Diſſimiliſq; roſis rubus eſt redolentibus aſper. La.
Glandibus & prini diſtant ſilueſtria poma:
Illæ ſunt croceæ ſunt hæc ut roſida mella. Co.
Aeriam uiridi capiam ſub fronde palumbem:
Q ua donabo meam non immemor ipſe puellam. La.
Q uom pecudes tondebo meas: tunc ipſe decorum
Donabo cratidem quo texat uellere ueſtem: Co.
Ite meæ ſterili ex olea nunc ite capellæ.

(c) 2007 Ministerio de Cultura

Pascite ad hunc tumulum florenti colle miricas. La.
Non fugis a quercu nunc comare: tu quoq; cynetha
Pascite ad eoos uelut ingens phalaris orbes. Co.
Est mulctrare mihi redolens: craterq; cupressu
Praxitelis manibus: quæ condita seruo puellæ. La.
Nempe canis pecudum custos pestisq; luporum
Est mihi qui puero dabitur pro munere nostro. Co.
Sentibus indensis spaciantes sæpe locustæ
Non has lædatis uites: sunt nanq; tenellæ. La.
Aspicite ut stimulis lasciuũ uexo comatam:
Sic uos messores fessos agitate cicadæ. Co.
Odi ego caudatas uulpes: quæ sæpe miconis
Inuadunt lætas nocturno tempore uites. La.
Cantharus est odio mihi: suaues rodere ficus
Qui solet: & uento post asportatur in auras. Co.
Num memor es nostri dura torquentis habena
Te miserum? retinens quercum dum crura mouebas. La.
Hoc ego non memini sed cæsum uerbere sæuo
Te noui a domino: manibus post terga reuinctis. Co.
Quis dolet o morson? sentis? quis rumpitur ira?
I propera: & tenues scillas euelle sepulchro. La.
Disrumpo quendam morson non aspicis unde
Vade age cyclaminas conuelle ad alenta fluentem. Co.
Himera lacte fluat: uinoq; rubescat amœnus
Purpurea cratis: ferat & sium inutile fructus La.
Fons mihi melle fluat solis sybaritis ad ortum
Dulcibus ampla fauis tingatur ut hydria seruæ: Co.
Aegilon hic uiridem carpunt cythisumq; capellæ:
Pressantes comari frondes & corpore iuncos. La.
Est ouibus melitea meis: instarq; rosarum

(c) 2007 Ministerio de Cultura

Pallentes hederæ floreſcunt inſuper illis. Co.
Spernitur alcipe: capiens aurem oſcula nobis
Nulla dedit: raucum illi me donante palumbem. La.
At dedit amplexus; mihi molliter oſcula fingens
Eumedes data quoi pridem a me fiſtula dono eſt. Co.
Luſcinia dulci raucos contendere turdos.
Nec fas eſt epopas cygnis obſtare canoris Morſon.
Laconem morſon iubeo reticere: quid? ipſum
Nuncio deuictum. mea ſic ſententia poſcit.
Do tibi lanigerum pignus certaminis agnum:
Quem nuper docta meruiſti uoce comata:
Quom facies agnum nymphas ueneratus agreſtes.
Tunc properato bonã & magnã mihi mittere partẽ. La.
Mittam equidem placidum teſtor iuſtiſſime morſon:
Pana tibi at uos hirſutæ mea lumina capræ:
Ludite nam cuſtos ueſter ſpolia ampla reporto:
Deuici lacona: meo ſuperatus abiuit
Infœlix cantu: en propter lacona miſellum.
Efferor ingenti riſu gaudete capellæ.
Exegi tandem pugnæ data pignora noſtræ.
Nunc ego uobiſcum ſaltus ad ſydera tollam.
Fœlicem ſperate diem uitamq; capellæ.
Cras ego uos omnes ſybaritis fonte lauabo.
Si tu leucites capram tentaueris ullam
Tangere: diuinis donec mactauero nymphis
Hunc agnum: duro reddam te uerbere cæſum.
Aſpice non metuit? caper improbe rurſus adire
Nunc audes lætas: me me prohibente capellas?
Ignauus fiam; triſtiſq; melanthius orbe:
Ni tibi laſciuo diſrumpam uerbere coſtas.

(c) 2007 Ministerio de Cultura

Incipit Damœtas & Daphnis. Res Agitur In Sicilia.

Ompulerant pecudes daphnis formoſus i unum,
c Damætaſq; ambo dulces emittere cantus
Edocti: alternaſq; parati reddere uoces:
Ambo florentes ætate: ſed ora nitebant
Damætæ rutuli circum ſua tempora crines.
Purpureoq; genas ueſtibat flore iuuentus.
Daphnis erat mentum prima lanugine tectus:
Et pulcher medio radiabat cinthius orbe:
Luce ſub ardenti gelidus quom forte ſederent
Ad fontes ambo recinentes dulcius ore:
Principio cæpit tum ſi contendere daphnis:
Lanigerum polypheme gregem galathea puella
Læta petit malis: uocitans te ſemper amori
Difficilem: ueneris ſpernentem numina diuæ:
Sic tibi ludentem ſic cernere toruus amicam
Non potes: hirſuto pendet cum fiſtula collo:
Mitia dulciſono mulces præcordia cantu.
Rurſus & illa tuam malis petit ecce catellam
Cuſtodem pecoris: quæ noctibus atq; diebus
Te ſequitur: pecudeſq; tuas quocunq; uocaris:
Quom mare ſtat placidum magnis latratibus implet
Littora formoſam monſtrantia ſorte puellam:
Dum bibula interdum ludens ſpaciatur harena:
Quæ polypheme tuo nimium conſumitur igne.
Aſpice quom ueniet uentu galathea ſecundo:
Improba ne ſuris dominam candentibus hærens
Terreat: & rapido ne mordeat ore catella
Concidit haud aliter certe formoſa puella
Quam tenuis quædam lanugo florentis achanthi.

(c) 2007 Ministerio de Cultura

Aestibus insanis modice spirantibus curis:
Illinc blandicias ueniens tibi iactat amanti:
Et fugit ardentem galathea cupidinis igne.
Teq; eadem sequitur properanti deuia cursu.
Quom uidet iratum & torua sub fronte tumentem.
Et mouet a meta lapidem male sana puella.
Nec mirum polypheme tibi nam turpia sæpe
Sæpe sub ingenti formosa uidentur amore.
Damætas contra placido sic reddidit ore.
Vidi ego quom peteret nostrum galathea puella
Sæpe gregem malis:fauni siluestria testor
Numina:nec lusus nostre latuere puellæ
Per dulcem hunc oculum iuro:lumenq; quod unum
Fronte gero:tribuunt longam dum stamina uitam
O utinam uideam:uerum mihi telemus unus
Dira canit uates:rapturum dicit ulyxem
Hunc oculum.prohibete dei.ferat ipse profanus
Dira domum.cari patiantur tristia nati
Fata sui:baculo cæci uestigia firment:
Rursus & ipse meam miris contendo puellam
Solicitare modis:& molles addere flammas
Ardenti:uultu infœlix cadit illa minaci
Sæpe meo:quotiens oculo spectare maligno
Dissimulem placido dominæ consumptus amore
Alterius:faciles illi quom fertur ad aures
Zelotipe facinus.subito proh pulcher apollo
Liquitur:& nostro infœlix consumitur igne.
Sæpius illa meum post hac properabat in antrum:
Et rediens pelagi mediis e fluctibus omnes
Lanigeras spectabat oues:sed lumine toruo:

(c) 2007 Ministerio de Cultura

Insanire graui tunc est mihi uisa furore.
Iussi ego tum nostram tacitus latrare catellam.
Quando era illa simul mecum coniuncta sub antro
Hæc blandos cum uoce pedes iactare solebat
Cruribus insiliens lateriq; hinc inde puellæ.
Forsitan aspiciens facientem talia: mittet
Qui nobis mandata ferat placitura sub omni
Tempore sed magno claudetur ianua saxo:
Donec ipsa meum iuret mihi sternere lectum.
Quem teneo uiridi siculis regionibus antro:
Nec sum adeo informis fama iam notus in orbe.
Nuper in obliquo speculans me littore uidi.
Quom placidum uentis staret mare: protinus ora
Visa mihi formosa meo: lampasq; decora
Iudicio: late media quom fronte recondo.
Marmore candior pario tunc æquoris uncta
Et leuis eurus erat requies tranquilla per altum:
Vox tua ne pulchri formam tibi fascinet oris:
Ne ue tuo noceat tanto uox ista labori:
Inspue dixit anus tum saga cotytaris ore
Ter polypheme sinum: ter sic ego sedulus egi:
Nec procul a domino tunc hippotione sedebat
Hæc anus: & tremula agricolis sub uoce canebat:
Maturas segetes curua qui falce secabant.
Sic fatus comiti damætas oscula charo
Læta dedit: tenuisq; uiro super addita dono
Fistula: iocundo gratus fit daphnis amico:
Dat sibi dulcisonum quæ fundit tibia cantum:
Alternis ambo mulcebant uocibus auram.
Hinc pedibus pingues pulsabant prata iuuencæ:

(c) 2007 Ministerio de Cultura

Et teneras duris preſſabant unguibus herbas
Deuicit neuter: neuter ſuperatus abiuit.

Thaliſia Rhapſodicos incipit

Empus erat noſtra læti quo nuper ab urbe
Tres comites gelidas ibamus alentis ad undas
Eueritus: inde ſimul mecum formoſus amyntas
Legiferæ cereri faciebant ſacra: lycopei
Pignora cara patris quondam phraſidemus: & ille
Antigenes: ambo egregia probitate uerendi
Siquid ab antiquo fuit unq̃: & conſcia recti
Mens hominum: ueteris clytiæ generoſa parentis
Chalconiſq; ſimul ſoboles ueneranda per orbem:
Q ui modo marmoreis burinum nomine fontem
Fecit ut is pedibus liquidas effunderet undas:
Adniſſus lapidi genibus qui condidit illum
Hic nemus umbroſum preſtabat plurima fronde
Populus herculea: foliiſq; uirentibus ulmi.
Nec medium conſtabat iter: nec nubile magni
Apparebat adhuc braſilæ ſub mole ſepulchrum
Ingenti: ſubito quom forte cydonius unus
Obuia fit nobis turba comitatus ab alma:
Teſpiadum lycidam dicebant nomine gentes:
Is quoq; ductor erat noſtris memoratus in oris
Caprigeni pecoris quod multis credere quiſq;.
Hoc poterat ſignis laſciui tergora capri:
Fortibus ex humeris hirto denſiſſima uillo:
Nigraq; pendebant tepido redolentia lacte.
Hic etiam antiquam duro ſub pectore ueſtem
Cinctus erat ualido fortis teſtamine uincli:
Hic baculum dextra ſilueſtris habebat oliuæ.

(c) 2007 Ministerio de Cultura

Et mihi lasciuis subridens prorsus ocellis,
Risus ei læto summis erat ore labellis.
Sic ait amplexus placido me pectore totum
Quo nunc care die medio flagrantibus auris
Tendis iter? uirides rapido spineta lacertas:
Simichida sub sole tegunt fœlicibus umbris:
Ac etiam obscenæ uolucres nunc frigus opacum.
Et molles altis captant in montibus umbras.
Dulcia iam properas conuiuia adire uocatus:
An pingui spumans ubi nunc uindemia musto:
Maturas pedibus nudis pressantibus uuas
Accedis:tantum celerare uidere:quid omnis
Nunc tibi petra sonat laxis offensa cothurnis:
Illi ego sic cœpi blandas tum redere uoces:
O dulcis lycida calamis emittere doctis:
Et conflare nouos magna dulcedine cantus
Diceris:ac te non alter præstantior ore
Vocibus & numeris messores inter & ipsos
Pastores tenero qui tangunt sydera cantu.
Versibus ipse tuis nimium delector amicæ:
Atq; annis semper dulci se carmine pascit.
Quo faciles nostras implesti sæpius aures:
Spero equidem docta similem me uoce futurum
Esse tibi:tenuesq; meas æquare camœnas:,
Cantibus & numeris me respondere sonoris.
Hac iter ad cereris nunc est solennia nobis
Festa deæ:quoi sacra mei celebrare sodales
Sancta simul templis properant conuiuia ferre
Primitias dantes maturo tempore frugum:
Ordea tosta ceres cornu iustissima pingui

(c) 2007 Ministerio de Cultura

Et manibus plenis messoribus omnia reddat.
Sit quoq; plena suis tum frugibus area lætis.
Verum age dulcisona pastoria carmina uoce
Cantemus: cõmunis enim stat semita nobis
Communisq; dies: placidi nunc ambo uicissim.
Cantemus: nobis forte auxiliabimur ambo
Vocibus alternis resonantia guttura musis
Dulcibus esse mihi referunt: omnesq; salutant
Me diuum uatem: sed non sum credulus illis.
Nondum sicelidam, telluris numina testor.
Doctiloqum uatem supero samiumq; philætam.
Tale meo recinens rauco pro carmine reddo
Iudicium: ut crepitans resonanti rana cicadæ
Vocibus est impar. sic nunc ego uatibus istis.
Tum lycidas ridens placido sic ore locutus.
Iam tibi formosam donabo gratus amico
Hanc uirgam: paribus nodis radiante metallo;
Quando iouis uerum es germen moderantis olympum
Finxit & altitonans manibus te iuppiter almis.
Odi ego iactantes nimium oromedontis: & instar
Excelsi montis se ponere magna superbæ
Fundamenta domus: summasq; æquare uolentes
Arcibus imensis ædes & ducere cælo.
Nec non musarum uolucres stultosq; poetas
Qui grauibus uatis late resonantis homeri
Carminibus: miseros uersus æquare laborant.
Verum age quam primum pastoria carmina mecum.
Incipe simichida: paruum quod carmen in altis
Confeci pridem cantabo montibus. audi:
Et tu quale meum sic carmen amice uidebis.

(c) 2007 Ministerio de Cultura

Tunc sint fœlices cursus & prospera nauti
Sit fortuna meo: spirent tum molliter auræ
Ageanacti adeat mitylenam sospes ad urbem
Quando quidem ingentes fluctus nunc humidus auster
Tollit in ab ruptum mare præcipitantibus hædis.
Oceanoq; pedes tingit nimbosus orion:
Vt lycidam citius misero qui flagat amore
Liberet infœlix urit me deuius ille:
Ageanacta meum faciles preco æquoris undas
Alcyones reddant. eurumq; notumq; secundos
Efficiant algas undis mouet eurus ab imis.
Nereidum facilis præstanti corpore turba
Ante alias omnis uolucres has prorsus amare
Dicitur alcyones: quibus omnis præda sub undis
Nare per insanos mitylena nuper ad urbem
Querenti fluctus puero placida omnia fiant.
Tutos hic portus adeat. hunc plena secundis
Vela ferant uentis: lætus tellure potiri
Hic queat optata. cingam mea tempora sertis
Pallentis uiolæ: ac multúm redolentis aneti:
Atq; rosis: aliisq; intextis suauibus herbis.
Et uigilans liquidos ad festi luminis ignes
Vina bibam pleno pteleatica sæpe catino.
Atq; fabas pueri tostas mollire parabunt
Igne mihi: lectus cubito sublimior uno
Stratus erit: gnyx: asphedelo: molliq; selino:
Et placidam carpent mea molliter ossa quietem
Quom meminisse mei potero ageanactis: ab imo
Protinus apponens siccis tunc plena labellis
Pocula non segnis totum sorbebo calenum:

(c) 2007 Ministerio de Cultura

Et duo pastores ouium: quos fistula blandos
Efficit & calamus mulcebant æthera cantu.
Si sum rite memor mediis hic ortus athenis:
Alter in antiqua genitus fuit urbe lycopa.
Tityrus ast illic miseros cantabat amores
Daphnidis: ut xeneam dulcem formosus amabat.
Vt miser umbrosi per summa cacumina montis
Sæpius errabat furiis agitatus amoris:
Vt rigidæ flebant quercus: quas himera circum
Se tollit gelidis ripis humentibus amnis.
Liquebatur enim ut canis e montibus albæ
Sæpe niues: rapido quom dissoluuntur ab æstu:
Q uas sublimis habet siluis horrentibus hæmus.
Siue ingens rhodope: medium quæ tendit in axem:
Aut atho immensus: uel duris cautibus asper
Caucasus: & glatie uentisq; niualibus horrens:
Et canet ut uiuus spantosa clausus in arca:
Lasciui ductor pecoris cultorq; sacrarum.
Pieridum latuit crudeli regis iniqui.
Mente sui stygiis uitali lumine cassus.
Iret aquis tetriq; uideret monstra baratri:
Vtq; piæ dulcem pratis e mollibus escam:
Et lacrimam teneris referebant floribus almam.
Semper apes molli gratissima munera cedro
Nectar & ambrosiam stilabant semper in ora
Pierides doctæ ante alios dilecte comatas:
Ante alios certe fueras fœlicior omnis.
Q uos tulit hæc ætas expertus namq; camœnas
Tempore tam longo cedrina lusus in arca:
Annalem egisti fœlicis temporis horam.

(c) 2007 Ministerio de Cultura

O utinam æqualis mecum diuine comata
V ita tibi: regeretq; tuos nunc ſpiritus artus.
Ipſe tuos agerem pingues cum matribus hædos
Montibus & ſiluis: ut noſtras molliter aures
Mulceres numeris grata reſupinus in umbra.
Hæc ait ille comes: tum ſedulus ora reſolui
Sic ego. plura quidem lycida me montibus altis
Errantem ſacræ docuerunt carmina nymphæ:
Egregioſq; modos hinc phama ad ſydera notos:
Omnia magna quidem ſed præſtant omnibus iſta:
Q uæ canere incipiam: tu nunc aduerte parumper
Poſtq̃ ſimichida ſequeris noua caſtra ſororum:
Diligis. & caſta ueneraris mente camœnas:
In tua docta graues iniecit pectora flammas
Sæuus amor: miſerum blandis hunc cœpit ocellis
Candida myrto ſuis nimium formoſa puella:
Q uoius flamifero tantum conſumitur igne:
Q uantum laſciuæ florentia tempora capræ
Veris amant tepidi doctus ſimul ardet aratus
Formoſum uates puerum lanugine prima
Charus & amplexu: labris quoq; charus: & ore
Q ui manet in terris: quod non ignorat araſtis
Optimus: ad tripodas quem non odiſſet apollo
Vocalis cantare ſua teſtudine curua.
Flamma mei doctum conſumit pectus arati
Improba difficilis pueri: penituſq; medullis
Errat amor: miſero tu pan formoſe cadenti:
Q ui campos omoli colis & iuga amata lycæi:
Affer opem noſtra moueantur numina cauſa.
Nunc tua ſacras deos tenerum iam pone poetæ

(c) 2007 Ministerio de Cultura

Complexu puerum: liceat finire labores.
Sponte puer contendat inter sua brachia collo,
Candida suspendat figat quoq; basia labris,
Siue sit hic alius crudelis siue philinus:
Sit tandem quemcunq; uoles si feceris istud.
Nil pueri noceant nil seuis terga flagellis:
Nil pulsent humeros scyllis & uerbere signent:
Arcades aut si aliter facies tunc uerbera tortis:
Pellibus excipias: omnes urentibus artus
Vrticis scalpas miseros an unguibus uncis.
Quom de formis hyems rapidis aquilonibus horret:
Montibus e donum teneat tunc frigida celsis
Te regio gelidas hebri prope fluminis undas:
Inter & æthiopas rapido cum sirius æstu
Extremos ardet maneas: pecudesq; per altum
Errantes montem blemiorum hirtasq; capellas
Tunc pascas: nidus fluuiorum maximus unde
Et caput occultans nequit amplius orbe uideri.
Alma uenus: pharetramq; puer qui noris & arcum
Linquentes gelidis qui serpit leniter undis
Hyctidos fontem & biblidos simul: atq; dionæ
Ardua templa deæ longe uenerata colentes
En petite indomitum maloq; rubente philinum
Tangite: uel telis duro configite neruo.
Postq̃ difficilis nunquam miseratur amicum
Ille meum miseroq; mori sed cogit amore:
Iamq; piro fiat miti iam mitior omni
Fœmina: & heu dicant pulcherrima forma philino
Decidit: atq; color nitido formosus ab ore.
Ianua custodes habeat non amplius ulla

(c) 2007 Ministerio de Cultura

Sollicitos:duraſq; iuuet uigilare puellæ
Amplius ante fores:greſſus nec inertia noſtros
Tempora conſument:ualeas iam ſæue cupido:
Excitet ore älios uigili criſtatus & ales.
Frigore & extinctos longa ſine ſanguine reddat
Nocte pedes miſeris duræ uigilantibus ante
Veſtibulum dominæ:ſæuo marceſcat in ore
Ille molon pereat ſolus pallente palæſtra.
Et nobis ſit parta quies ambobus & adſit:
Græca miniſterium magico cum carmine docta
Q uæ ſpuat:a nobis penitus mala cuncta repellat.
Sic ego:tum riſit lycidas ut fecerat ante:
Et me pierio donauit munere uirga:
Inde ſuum pixam greſſum direxit ad urbem:
Hinc nos ad lætas phraſidemi uenimus ædes.
Q uo bonus eſt etiam tum nos comitatus amyntas.
Lectus erat leuibus iuncis & frondibus illic
Pampineis poſitus quo nos dormiuimus altum:
Dulciter umbroſæ reſonabant deſuper ulmi.
Populeumq; nemus gelida nec longius unda.
Fons ſacer:atq; cano nympharum lapſus ab antro:
Hinc etiam graciles rapido ſub ſole cicadæ
Vocibus aſſiduis crepitabant æſtibus aptæ.
Inde ſuos cantu miſeros philomela labores
Lenibat uepris & denſas inter achantos.
Hinc aliæ uolucres recinebant molliter ore:
Q uæ pappos circum uolitant & carduus aſper
Omnibus in terris tenues his porrigit eſcas.
Arboribus triſtis gemitus dare turtur ab altis:
Et liquidos fontis uolitare examina circum

(c) 2007 Ministerio de Cultura

Stridula:fœcundis tum messibus omnia plena:
Et pingues roseis redolebant fructibus agri.
Hi pira fundebant:hi cortice mala rubenti
Arboris in curuæ fragiles per gramina rami:
Q ui lætam flexi pressanti pondere terram.
Iam quasi tangebant redolens spirantia crater
Corpora ab unguento pinguis faciebat oliui:
Q uattuor hic certe iam longos uiderat annos:
Castalides nymphæ parnassi summa colentes.
Q uænam tale ferat tellus narrate falernum.
Tale pholus chironq; senex porrexerat antro
Magnanimo alcidæ:qui totum terruit orbem.
Tale uel illud erat quod ad ingens flumen anapi:
Pastorem infando poliphemum rubore fecit:
Cum grege lanigero saltaret sæpe choreas
Ebrius:& magnos lapides e montibus altis
Funderet in quibus ipse gregem ductare solebat:
Q uale bibi tunc ipse merum lætissimus æde:
Q ue cereri constructa deæ sub cuius aceruo
Vexillum ingenti statuam quin omnibus ipsa
Spicea serta gerens & rubra papauera nostris:
Alma ceres faueat uotis & frugibus adsit.

FINIS.

Phileticus de uita Theocriti in libro de poetis antiquis.

(c) 2007 Ministerio de Cultura

Quantum ſmyrnæi magno lætantur homero
Heſiodo quantum nobilis Aſcra ſuo:
Culta ſyracuſiæ tantum quoq; mœnia terræ
Smichida campis ſicelis ora tuis.
Naſcitur hac tenui de ſtirpe theocritus urbe:
Paupere ſimicho:gloria theſpiadum.
Pierides cæpere manu de matre cadentem:
Gauiſa eſt tepido quæq; fouere ſinu:
Et puerum docuere ſacro præcepta ſub antro
Quis toto inſignis orbe poeta foret:
Paſcua qui gracili primus cantaret auena:
Et pecoris plenos ſimplicitate duces:
Charus & hic phœbo:charus quoq; uixit Iacho.
Fronte ſua uati cinxit uterq; comas.
Et dedit obliquas criſpo cum pectine chordas:
Nec non auratam pulcher apollo chelim:
Pace loquar laria.ceſſit bona muſa maronis:
Ceſſerunt ſiculæ cætera turba lyræ.
Aptius inuenies nullum:qui luſerit ante
Hoc carmen nec qui concinat alter erit:
Ore quidem non ipſe ſuo:ſed turba uidetur
Paſtorum propriis uocibus ipſe loqui.
Hic aſclepiadis multos præcepta per annos
Imbibit:a teneris munera culta puer.
Hunc quoq; dilexit qui ſydera ſenſit aratus
Iunctus amicicia doctus araſtis erat
Callimachuſq; ſimul uates:doctuſq; nicander:
Pierides tanti fœdus amoris erant:
Floruit hic læto philadalphi tempore regis:
Hunc mors ante diem merſit acerba uirum:

(c) 2007 Ministerio de Cultura

Heſiodi Aſcræi poetæ opera & dies Georgicon liber: Nicolai de Valle e græco conuerſio.

Ierides muſæ quaꝫ uiget inclyta cantu
Fama ducum & ueſtri nomen immor/
tale parentis
P Dicite cur hoīum ꝑs hæc ſine noīe uitā
Ducat: & illiꝰ cur fama æterna ꝑ altū
Euolet: hæc Iouis ē magni diuina uo/
Ille eteni altitonās ſummi regnator olympi luntas.
Excitat imbelles animos: & fortia corda
Debilitat: duce quo fortuna inimica ſuperbos
Deprimit: atqꝫ humiles clarum ſuper æthera tollit.
Tum mala mens hominis meliorem inclinat ad uſum:
Et capiunt molles crudelia pectora cultus:
Exaudi qui cuncta polo ſpecularis ab alto:
Cui nihil ignotum eſt ſanctiſſima dirige iura
Iuſticiæ. liceatqꝫ mihi fraterna monere
Pectora: & ignotos uiuendi oſtendere mores.
Sunt geminæ in terris quibus altercantur in unum
Mortales cauſæ: uaria quoqꝫ mente trahuntur:
Vna quidem ſtudium laudabile ſedula curat:
Altera crudeli rerum depaſcitur hauſtu:
Bella cupit: pugnæqꝫ exercet iniqua tumultus.
Inuiſum atqꝫ atrox peſtis genus hanc tamen ipſi
Mortales fugiunt. tandemqꝫ uolentibus hanc diis
Exoptant: huius nequeunt cohibere furores.
Illam autem prius obſcuræ genuere tenebræ.
Sed fato meliore. pater ſaturnius illam
Et generi humano & terræ radicibus imis

(c) 2007 Ministerio de Cultura

Imposuit segnes artus & inertia corda
Excitat.alter enim segnis cui uita manebat
Alterius spectans cumulos mora nulla boues q;
Iungit:& impresso terram diuertit aratro.
Siue domum curat siue inserit alter ad artes.
Vicinum uicinus agit:laudabilis hæc est
Pugnandi ratio:fugienda sed altera:sub qua
Inuidet aut figulus figulo uel egenus egeno:
Siue faber fabro:dulciq; poeta poetæ:
Hæc mea dicta precor toto cape pectore perse.
Nec te crebra foro speculantem iurgia uulgi
Auocet a studiis pugnandi inimica uoluntas.
Nemo forum sequitur:quem non fouet annua messis
Et bene clausa domi cereris gratissima dona.
Hæc quærenda prius.dehinc si uacat i pete uulgus
Et fora:in alterius rebus certamina pone.
At non illud ages iterum germane quod olim
Ausus es infœlix:litem hanc data iura resoluent.
Scis quondam inter nos patria est partita facultas.
At tu nil iusta multum plus parte uereris
Tecum efferre rapax.corruptus munere iudex
Ille tuo est:sub quo tota hæc sententria pendet.
Ignarus.non nouit enim q̃ dulcius aut q̃
Sit melius toto medium seu uiuere malua
Vtilius:quantum uili seu uiuere porro.
Hos ueterum uictus occultauere superni:
Inq; polo retinent cælestes:tempore quorum
Sat fuit una dies tenui exercẽda labore:
Vna quiescenti tibi dehinc alimenta parabat
Annua:tunc poteras temonis robora fumo

(c) 2007 Ministerio de Cultura

Exploranda dare:& nulli iuga curua premebant
Terga boum:nullum muli sensere laborem:
Hos uoluit faciles uiuendi abscondere mores
Ira Iouis:quom se deceptum fraude promethi
Sensit:& illius causa mortalibus auxit:
Curarum moles surreptumq; abdidit ignem.
Reddidit hunc iterum terris curuaq; latentem
Surripuit ferula cauto puer ille tonanti
Iapetionides:iacto qui fulmine gaudet.
Lusit fraude sua:subitam tamen arsit in iram.
Hæc puer effatus nubis collector aquosæ:
Iapetionidæ cuius prudentia cunctos
Consilio excellet magnum spreuisse tonantem.
Arte tua gaudesq; dato mortalibus igne.
Heu nociture tibi generi nociture futuro.
Tale mali genus excutiam quo pectore toto
Exultent homines cupidi sua damna ministrent.
Subrisit fatus diuum pater atq; hominum rex
Vulcanum aspiciens:atq; illi talia mandat.
Vade celer speciem e terra mixtoq; liquore
Confice mortalem cui uocem & robora iunge:
Sitq; ea uirgineæ cælestis imago puellæ:
Quam sibi quisq; uelit dea quam doctissima pallas
Instruat:& uarias percurrere pectine telas:
Adiiciat capiti facilem uenus aurea formam:
Curet ut assidua stimulata cupidine corpus.
Fallacemq; addat mentem & fallacia uerba
Interpres superum uictor cyllenius argi
Dixerat:imperio Iouis annuit æqua uoluntas
Cælicolum:exemplo fingis uulcane puellam.

(c) 2007 Ministerio de Cultura

Virginis ora deæ ſimilem:quam glauca miuerua
Cinxit:& ex omni fulgentem parte poliuit.
Huic etiam charites:etiam celeberrima pitho
Aurea candenti poſuere monilia collo.
Effuſæq; comas ore de flore coronam
Vernali tribuere deæ.tamen attica pallas
Illam præcipuo formæ decorauit honore.
Et ſuperum interpres uictor cyllenius argi
Fallacem attribuit mentem & fallacia uerba:
Sic pater altitonans diuino iuſſerat ore.
Q uando quidem dederat ſua munera quiſq; deorum
Mercurius merito pandoram nomine dixit
Exitiale malũ mortalibus & fera peſtis.
Poſtq̃ autem tantos confecit Iuppiter aſtus
Mercurium & magnum iubet ire epimethea;dono
Cui ferat hanc.qui nil ueritus præcepta promethi
Scilicet a magno caperet ne inuitus olympo
Cœpit.& accepto nouit ſua damna epimetheus.
Nam prius humano generi ſecura manebant
Tempora:nulla mali ſpecies aut cura laboris
Morborumq; genus:triſtem qui funeris atri
Corripuere uiam:quibus omnis frangitur ætas
Viuere dulce fuit quõdam:ſed tegmen ab urna
Dum pandora leuat totum exiliere per orbem
Curarum infeſtæ effigies ſpes ſola remanſit
Intus:& e labris ima ſub parte reſedit.
Obſtitit impoſitum:nam tegmen abire uolenti:
Sic qui fulmen agit nubis collector aquoſæ
Iuſſerat:innumeræq; etiam mortale uagantur
Per genus infandæ ſpecies:quibus æquor & omnis

(c) 2007 Ministerio de Cultura

Terra infecta tumet.morbi noctesq; diesq;
Sponte sua sine uoce ruant.nanq; ab ioue summo
Ablata est illis quæcunq; potentia fandi.
Sic impune parens offenditur ille deorum.
Si uacat o frater si non audire recuses
Ordine plura canam:genus immortale creatum
Ac mortale simul credendum est aurea primum
Sæcula dii superi totum sparsere per orbem:
Tempore quo cæli imperium saturnus habebat:
Tunc homines diuum uiuebant more.neq; illos
Anxia curarum moles operumq; labores
Lassabant.aberat tristi cum mente senectus.
Semper & in ualido regnabant corpore uires:
Nulla mali labes:conuiuia læta placebant.
Mors similis somno fuit:atq; uberrima tellus
Omnia liberius nullo cogente ferebat
In commune bonum.nec quisq̃ inuidit habenti:
Quam fœlix ætas erat omnibus una uoluntas.
Et taciti lætos soluebant pectora in usus.
Aurea postq̃ hominum paulatim defuit ætas:
His pater altitonans meritos adiunxit honores:
Sub terris habitare dedit.qui numina facti:
Et genus humanum sancte quoq; iura tuentur.
Iusticiæ tenebris circumfusiq; peragrant.
Terrarum fines & opes mortalibus augent:
Proxima successit terris argentea proles
Auro deterior sensuq; & moribus impar.
Tunc sibi qsq; suæ fecere sub ubera matris:
Otia mortales.paulatim adoleuit in annos:
Ingenii rude principium quo decolor ætas

(c) 2007 Ministerio de Cultura

In propriis etiam laribus rude pectus agebat.
Aucta tamen postq̃ ad summos peruenerat annos
Viuendi breuius spacium fuit:anxius ardor
Curarum incumbens aderat:quas improba mentis
Gaudia fecerunt.alterna iniuria nunq̃
Destitit.& nulla in superos reuerentia: nullos
Sacrorum ritus ætas argentea uidit.
Hanc deus extinxit meritam flammatus in iram.
Postq̃ hominum oculuit argentea sæcula tellus
Non tamen illorum sine nomine uita recessit.
Sub terrisq; dei sedes coluere secundas.
Tertia post illam successit ænea proles
At nihil argento similis.dryadumq; creata
Sanguine dura quidem.robustaq; pectora tendens
Tota feri misero martis feruebat amore.
Nulla quies illi:nullum ius.durior ætas
Ipso adamante fuit uultu metuenda superbi:
Cui nunq̃ inuictum robur:forteq; lacerti
Defuerant humeris:tunc ærea tela: domusq;
Omnis in ære labor:non ferri emerserat usus.
Hæc autem proprio proles consumpta furore
Ad gelidi loca nigra diris sine honore recessit.
Et quanq̃ extiterit inuicto robore: ab atra
Morte tamen uicta est:solis lumenq; reliquit.
Postq̃ autem occulta est:atq; ænea corruit ætas
Quarta fuit soboles melior:cui plurima toto
Iusticiæ hærebant animo præcepta uerendæ
Diuinum genus heroum primumq; uocari
Semidei immensos illi potuere per orbes.
Hos insanus amor martis:belliq; nephandi

(c) 2007 Ministerio de Cultura

Ardor.agenoridæ ſeptem prope mœnia cadmi
Aedipodæ imperii cauſa conſumpſit:& alti
Hos maris undiſoni fluctus:quom pergama claſſes
Argolicæ peterent.ubi pallida mortis imago
Deſuper incubuit:dum iuſto ulciſcitur enſe
Tyndaris.hos etiam toto diuiſit ab orbe
Iuppiter:& uitæ meliorem tradidit uſum:
Elyſioſq; dedit colles habitare profundi
Littus ad oceani.fœlix & ſancta propago
Hic ubi uernat humus:ubi dulcia poma quot annis
Ter gremio effundit nutrix uberrima tellus.
O utinam non me quinta cum ſtirpe creaſſent
Fata:ſed ante mori:ſeu poſt licuiſſet oriri
Ferrea nunc ætas:quam curæ & mille labores
Nocte dieq; premunt.paulatimq; illius inſtant
Exitio.ſic diis placitum.ſed proſpera tanto
Fata etiam uenient aliquando in turbine rerum:
Nec minus hæc infanda hominum delebitur ætas:
Cum matura annis illorum tempora cani
Inficient crines:natis nec ut ante parentes:
Nec patribus nati ſimiles:nec ab hoſpite tutus
Hoſpes erit:ſanctum corrumpent fœdus amici.
Et furet arma ciens inter diſcordia fratres.
Viuet honoris inops hominum properata ſenectus:
Nec pudor effractos ſenio obiurgare parentes.
Infœlix ſoboles legem & præcepta deorum
Neſcit:& inualido non hæc alimẽta parenti
Iuſto ſuo reddet.quid enim quod iniqua rapaces
Apparet uſq; manus:urbeſq; & mœnia narrem
Alterna deleta manu iurataq; fallent

(c) 2007 Ministerio de Cultura

Numina iuſticiæ nulli tribuentur honores.
Pulſa gemet bonitas.illum uenerabitur orbis
Cui mala mens ſuadet fera crimina:tota iacebit
Tota quidem orbato tecum reuerentia uultu.
Odea iuſticiæ ſoboles en improba lædet
Si probus ullus erit:quem contra inſurget iniqua
Voce furens factum affirmans altrixq; malorum
Inuidia incedet fatali turbida uultu:
Protinus humanas ſedes aſtræa relinquet:
Diua ſuos pariter tendet reuerentia curſus
Ad ſuperos nitido uelatæ corpus amictu.
Mille recedentes ille mortalibus ægris
Non ceſſanda tamen rerum mala ſemina linquent.
At nunc te moneam quãq; ſapis omnia iudex
His intende animum.ſed quid iuuat iſta monere?
Stultus maiori quicunq; reſiſtere tentat
Vincitur:& magno pœnas ſubit inde pudore.
Sic ego ſum tanq; uolucris quã prehenderit aſtur:
Prenſaq; ſublimes agitur philomela per auras.
Hæc dolet infœlix ungui tranſfixa recuruo:
Quam contra horribili raptor ſic intonat ore.
Quid miſera exclamas?te multum fortior aſtur
Te premit:huc adſis:quo te meus egerit ardor.
Et quãq; bene ſuaue canas:mihi cœna futura es
Si lubet:aut dimiſſa iterum remeabis in auras:
Sic fatus:tacuit pennatus & impiger aſtur:
Tu modo iuſticiam cole:nulla iniuria perſe
Tecum habitet:fatale gerit ſecum illa:nec illam
Vllus amat niſi mens cui uilis.& improba ſurgit:
Vir bonus hanc inferre timet:quid ſi intulit?acti

(c) 2007 Ministerio de Cultura

Pœnitet:& magno contriſtat corda dolore.
Eſt uia iuſticiæ melior qua uincitur omnis
Omnis ad extremum ueniens iniurius ardor.
Q uid dicam? quod nunq̃ aliquid dementia noſcit
Ni modo paſſa prius:ſic qui male iura miniſtrat
Peierat:& tandem dementi panditur error.
Eripe iuſticiam:corruptus munere iudex
Ius uiolat:dolet hæc.& nulli uiſa per orbem
Triſtis it,& lachrymans pœnam mortalibus orat
Q ui uiolant iura:& recti ſacra fœdera rumpunt.
Verum ubi iuſticiæ ſancti ſeruantur honores,
Iudicioq; pares & ciuis & aduena pendent
Vrbs uiget:augetur ſoboles:pax læta uagatur
Pax iuuenum nutrix.nunq̃ his fatalia bella
Præparat altitonans.nullis in rebus egeſtas
Imminet,in quenq̃ nulla eſt offenſio:dulci
Q uos iuuat interdum genio alleuiare labores
Terra quibus large fundit ſua ſemina:& altæ
Montibus innatæ mittunt ſua munera quercus
Clandiferæ in ſummo:media tamen arbore muſſant
Vndiq; apum ingentes acies:ueſtemq; miniſtrant
Lanigeræ pecudes.per ſe magis omnia florent.
Non his externas merces uehit ardua puppis.
Omnia dat tellus.quod enim quod iuncta marito
Et patribus ſimiles emittit fœmina partus.
Non datur hoc quibus illa placet uiolentia iuris.
Hos ad ſupplicium uocat alti cura tonantis.
Sæpe ſubit pœnas plebs tota miſerrima tantum
Vnius ob noxam.peſtis furit atra per urbem:
Et male ſuada fames:paulatim deficit omne

(c) 2007 Ministerio de Cultura

Vulgus:& uacuos oſtendunt tecta penates:
Fœmina nulla parit.ſic ſæuit Iuppiter:erga
Q uos male facta iuuant qui ſi modo forte cruentum
Militiæ exercent ſtudium mora nulla ſiniſtro:
Marte cadunt uel ſi potius iuuat ire per altum
Fluctibus in mediis ſummergitur obruta puppis:
Vos igitur qui iura datis conuertite mentem.
Ad tales hominum pœnas:diuina poteſtas
Mortales circumuolitans uidet improba:quorum
Iudicia emergunt multorum in damna deumq;.
Ignorant monitus genus hi mortale pererrant:
Innumeri tenebris circumfuſiq; tuentur.
Iuſtitiæ ſacra iura domant genus omne malorum
Illa quidem uirgo eſt ſupero Ioue nata parente
Nomine clara ſuo:cœtuq; uerenda deorum:
Q uam ſi quis uiolet lachrymans ſua fata parentis:
It Iouis ante pedes:& lamentabile fundens
Humanos queritur mores:ac debita poſcit
Supplicia in populos:tu iudex cauſa malorum
Q ui uiolas ſacra iura deæ:iam dirige mentem:
Ius cole.in alterius te nulla pecunia uertat
Damna:nocet ſibi qui cuiq̃ nocet:& male ſuadet
Ille ſibi.in quenq̃ ſi quis male iura miniſtrat.
Cuncta uidet pater omnipotens.& quod mihi tecum eſt
O iudex modo ſi lubeat ſpeculator ab alto
Nil latet hunc.aut hoc quales tribuantur honores
Iuſticiæ in populo.quam non ego pectore toto
Nec mea progenies coleret.poſtquam orbe ſub iſto
Spreta iacet bonitas & ius iniuria uincit:
Inuito Ioue ni fierent.hæc accipe frater:

(c) 2007 Ministerio de Cultura

Hæc animo meditare: iniustum pone furorem:
Ius quoq; frater ama: sine quo genus omne ferarum
Credimus alterno certatim corpore pasci.
At nos instituit uitæ melioris origo.
Iura dedit pater omnipotens. ea pectore toto
Si quis habet: decus æternum pia premia reddet
Iuppiter. affligit si quis pro teste uocatus
Peierat: ac merito pensatur culpa nocentis
Supplicio: offendens ius. ille offenditur una:
Ex quo obscura quidem nulli quoq; cognita surget
Posteritas: iusto de sanguine nata propago:
Clara caput tollet patrio seruata decore.
Hæc quoq; quæ referam stultissime concipe frater:
Quam facile innumeras uitiorum amplectimur artes.
Haud procul illa habitat. breuis est uia qua sit eundum
Est uia uirtutis contraria: sudor anhelus
Hanc sequitur: quæ se scopulosis ardua cliuis
In longum prorumpit iter: riget aspera primo
Ingressu: leuis est postquã alta cacumina tanges.
Optimus hic se se qui nouit cuncta magistro
Prospiciens rerum fines meliora sequutus:
Dignum laude uirum parentem recta monenti.
Credimus: ille tamen sibi qui non consulit; aut qui
Alterius præcepta fugit uir inutilis extat.
Ergo age frater ades generoso e sanguine perse
Neu fuge fraternos monitus. operare laborem:
Inuideat tibi dira fames. spicaq; recenti
Alma ceres ornata caput sua dona ministret.
Sic tibi plena domus; segnem crudelis egestas.
Opprimit; hunc homines odio superiq; sequuntur

(c) 2007 Ministerio de Cultura

Torpenti ſimilem fuco:cui ſpicula ſurgunt
Horrida diſtenſumq; fauis conſumit edendo
Semen apum.piger ipſe ſedet:uitatq; laborem.
Tu modo curam operi quantum potes adiice frater.
Horrea ſic rumpunt meſſes:ſic copia rerum
Sic pecus augetur: ſic tu mortalibus & diis
Gratus eris.ſegnes animos & inertia corda
Oderunt.operi laus eſt imponere curam.
Turpe ſed hinc prohibere manus.incumbe labori:
Forſitan ad ſtudium torpentia pectora uertes:
Dum partas oſtendis opes:uirtutis adeptus
Nomen & æternum laudis decus utere quæſo
Arte.para uictum.uiolare aliena nephandum eſt.
Fac ſuperis æquandus eas.incumbe labori:
Nec pudeat.pudor hic multos inhoneſtus egentes
Secum habet.auget opes fiducia:q̃ melior res
A ſuperis non ui.proh rerum inſana cupido
Proh animis infuſa lues.iam nulla pudoris
Cura iacet paſſim longe poſt terga relictus:
Tu coleris duce te paulatim corruit ille
Diis inuiſus homo:cui mens intenta rapinis
Inuigilat:neq;.n.ſemper fœlicia durant:
Nec minus omnipotens pœnis affligit eiſdem
Q ui ſeruum offendit.uel qui ſanctiſſima frangit
Fœdera amicitiæ.ſeu qui cum coniuge fratris
Non pauet infandos coitus fraternus adulter.
Vel qui in pupillos audet uim ferre nephandam:
Vel qui in longæua confectum ætate parentem
Horribili uoce inſurgit.uixq; abſtinet illi
Verbera:non impune tamen ſtat pœna nocenti.

(c) 2007 Ministerio de Cultura

Post obitum.depone igitur tam falsa superbæ
Mentis consilia:& melioribus utere quæso.
Thure pio uenerare deos:iis tempore in omni
Et munde & pure liba cũ clara nitescet
Sole dies:aut cũ nox circumfusa tenebris
Abscondet terras casto torrenda sub igne
Hostia mactetur:hymnos cane:thura ministra.
Vt tibi dii faueant:immensaq; copia rerum
Hinc tibi nascatur.multis ut egentibus ipse
Subuenias:non ut uiuas germane rapina.
Conuiuas inter si uis discumbere amicus.
Non hostis ueniat primum uicinia.nam si
Aduersi quicquam acciderit de more repente
Primum illa occurret:quæ si sine uestibus esset
Nuda etiam ueniet.quod nec tibi sanguine iunctus
Non aget:iste sibi uestes atq; omnia ponet.
Improba damnosa est uicinia.sed proba si sit:
Vtilis hæc igitur cupienda est pectore toto
Tanq̃ laudis opus.neq; enim lamenta refundes:
Amisisse bouem.proba si uicinia tecum est:
Acceptum metire & eodem pondere redde
Vicino tibi ut hic iterum succurrat egenti.
Res male parta mala est.damnosaq; semper ab illa.
Ergo caue.nec te uincant in amore sodales.
Illum adeas qui te:fac mutua munera reddas:
Sponte datum capias scelus est letale rapina:
Quicunq; & si magnum aliquid largitur amico.
Lætatur.quicunq; iacit de fronte pudorem:
Et rapit alterius quanq̃ infima turbat amici:
Visceraq; & mentem cui uis illata rapinæ.

(c) 2007 Ministerio de Cultura

Adde parum paruo:paruo superadde pusillum
Fiet & hoc magnum,infœlix pelletur egestas:
Si modo rem cumules.hominem non lædit habere
Cuncta domi:nocet esse foris.q̃ dulce bonumq̃
Præsens accipere:atq̃ absente carere molestum est:
Tunc bene potandum cum plena effundit ab alto
Vina cadus:tunc parcus eris cum parte lyæus
Defluit e media.sed cum declinat ad imum
Spumantes iterum cyathos & pocula sume.
Quicquid polliceare homini seruetur amico:
Si quicq̃ cum fratre tibi est testem adiice rebus
Subridens.nocuit non credere:credere semper.
Ne ue tuam alliciat meretrix caue fœmina mentem:
Rem totam uorat illa nimis dum blanda uidetur.
Heu q̃ damnosum est mulieri fidere cuiq̃.
Rem patris acceptam melius fouet unicus hæres.
Auget & hanc.at tu plures in morte relinque
Ex te ortos.nam plura pater saturnius illis
Attribuet.sed te si cæcus tangit habendi
Ardor adhuc:fragilisq̃ placet tibi gloria rerum:
Hæc age quæ moneam:& uarios operare labores.

Hesiodi Liber secundus de agricultura.

Vm cælo emergũt sublimi ab atlãtide notæ
Pleiades:truncanda ceres. morientibus illis
Mitte ĩ aratra boues latitare ea sydera dicũt
Viginti totidemq̃ dies.annoq̃ uoluto
Apparent iterum maturam incidere messem:
Rursus & incipiunt dentata falce coloni.
Hanc legem agricolæ atq̃ habitantes littora seruant:

(c) 2007 Ministerio de Cultura

Aut qui pingue solũm:uallosq; tecta tenerent
Nudus ara:nudusq; sere:& mente corpore nudo
Si tempestiuos agrorum ducere cultus
Augericq; illos magnis successibus optas
Ne ue aliena roges interdum pauper egenus.
Quod si ad nos supplex iterum fortasse redibis:
Non iterum dabimus.iuuet exercere labores
Improbe:quos inter mortales diua potestas
Sortita est ne tristis inops cum coniuge mœsta
Aut cum natorum misera comit ante caterua
Victum a uicino rogites.dare negliget iste
Bis aut ter fortasse dabit.dehinc si petis ultra
Proficies nihil:at tu plurima uerba refundes.
Orabisq; iterum frustra tamen.artibus ut te
Iampridem admonui inuigila:atq; incumbe labori.
Dira fames procul hinc habeat:tua debita solue.
Imprimis tibi conde domum prætioq; ministram
Dehinc eme quam possis cũstodem adiungere bobus.
Pone domi quantum toto tibi sufficit anno.
In rebus spes est alienis irrita:nam si
Hic dare forte neget,tu semper pauper egebis:
Tempora labuntur operum quoq; deficit usus.
Ad cras rem differre nocet.nunq̃ horrea nunq̃
Implet iners aut qui tempus producit.habenda est
Cura operi.turgescet opus mala mille molestant
Affliguntq; hominem cui segne & inutile corpus
Cum bene se posuit rapidi uis ignea phœbi.
At pater omnipotens fæcundis imbribus æther
Desilit in terras.& languida membra resumunt
Iampridem amissas æstiuo in tempore uires.

(c) 2007 Ministerio de Cultura

Nam breue sol hominum supra caput astat ab alto
Ac de nocte magis currus exercet egendo.
Tunc operum multo ante memor discinde securi
Siluam incorruptam.tunc germina desinit arbos
Fundere:datq; suas uolitare per aera frondes.
In tres tende pedes mortaria.contineat tres
Pistillus cubitos.pedibus quoq; confice septem
Temonem:qui si fuerit protentus in octo
Hinc tibi malcolus crebros formetur in ictus:
Palmarumq; trium rota sit:uariisq; repone
Ligna effincta modis uallidamq; in montibus altis
Quære uel effuso campi super æquore pinum
Aestiuam compone manum qua firmet arator
Temoni cuneis dentaliq; alliget imo
Torqueat & fortes illa durante iuuencos.
Binaq; præterea tectis seruentur aratra.
Sic melius:nam si casu discinditur unum
Restat adhuc aliud ualidos agitare iuuencos.
Temonem ex ulmo uiridi seu confice lauro.
Stiua sit ex pino:dura dentalia quercu.
Duc in aratra bouem:nono qui uiuat in anno:
Apta æras operi matura est:franget aratrum
Bos iuuenis minitans iuuenili prælia cornu:
Et rixam exacuens opera imperfecta relinquet.
Quære quaterdecies annorum ætate bubulcum
Quadrifidus panis & offellas cæsus in octo
Sit cibus huic,recto sulcabit uomere terram
Si maturus erit studium intermittet arandi
Iunior:aspicienq; pares ætate colonos
Ibit ad hos ludosq; ciet lasciua iuuentus.

(c) 2007 Ministerio de Cultura

Ergo non melior iuuenis, neq; femina uerſæ
Spargere humi; quantum terræ menſura requirit.
Contemplare etiam quom grus e nubibus altis
Aſſiduos agitat clangores nunciat hymbrem
Venturamq; hyemem tempus indicit arandi,
Angit & illius mentem cui nulla boum ſpes.
Tunc redeant feſſi plena ad præſepia tauri.
Tunc proprios operare boues & plauſtra: ſed inquis
Non habeo. dabit hic, facile eſt petere atq; negare.
Mentis inops alius quid enim componere currum
Tunc uolet ignarus non nouit quantus in illo
Sit labor. & centum compagibus inſita ligna
Quæ debent multo ante domi prouiſa reponi.
Præterea cum tempus adeſt reſcindere campum
Fortius inſiſtas operi exercere miniſtros.
Nam uertenda duplex tibi ſicca atq; humida tellus.
Vere nouo ueniant celeres ad aratra iuuenci
Fertilis ut grauida culmus procumbat ariſta.
Neu te decipiat cum ſemina colligit æſtas.
Sit noua cui ſtudeas tellus inarata quot annis.
Terra recens large natis alimenta parabit
Plutonem imprimis uenerare, atq; annua ſacræ
Vota refer cereri: quom ſtiuæ iunixus agendo
Incipis exercere boues ſtimuloq; fatigas
Sic immenſa tibi ſurgent cerealia dona.
Semina quom terræ cómittis pone ſequatur
Seruulus, atq; auibus raſtro ſata læta recondat.
Optima crede iuuat rerum prudentia cunctos
Læditur aduerſo qui negligit omnia fato.
Si ſit pingue ſolum. grauidæ inclinantur ariſtæ

(c) 2007 Ministerio de Cultura

Fœliceſq; opum ſucceſſus a Ioue ſummo:
Hinc capies neq; ſub tectis extendat arachne
Fila.ſed immenſæ replebunt horrea meſſes:
Tunc gaude & cani florentia tempora ueris
Lætus agas:quom te incaſſum crudelis egeſtas
Aſpicit:& parto turget domus atq; aliena
Re tibi non opus eſt tua pluribus adiumentum:
Fit ſterilis tellus medio uerſata ſub æſtu:
Hincq; ſolo reſidens imas falcabis ariſtas:
Auerſos religans culmos:tenuiſq; ſequetur
Spes uitæ.pauci te mirabuntur ab agris:
Parua ſub exiguo referentem farra caniſtro.
Difficile interdum mutabile noſcere tempus.
Mobilis & uaria eſt alti natura tonantis,
Ac ſi tardus aras tarde tibi ſolus aranti
Afferet auxilium:ſi largis hymbribus æther
Tris noctes totidemq; dies non ceſſat ab alto:
Donec replerit ualidi ueſtigia tauri.
Tempore quo querna reſidens ſuper arbore coccys
Exululat:gaudentq; hominum mortalia corda.
Vere ſub aprico ſit tardus forſitan eques:
Q ui tempeſtiuo diuertit uomere terram:
His intende animum:nec florida tempora ueris
Te lateant:glacialis hyems tibi cognita ſurgat:
In qua incumbendum eſt:nec te ulla taberna moretur:
Aut narrata loco ſub aprico fabula tardet:
Dum frigent alii uir rem tamen impiger auget:
Surge igitur nec te paupertas opprimat illo
Tempore:dira fames tenues facit eſſe lacertos:
Elatoſq; pedes & crura timentia multo

(c) 2007 Ministerio de Cultura

Sanguine ſegnis inops & ſpe ſuſpenſus inani:
Inclinat mentem ſceleri & meditatur iniquos
Vnde paret uictus:hominem ſpes nutrit egentem:
Irrita cui nihil eſt:& tota luce uagatur.
Dum media elapſa eſt æſtas:properate miniſtri.
Condite dic caſulas:nam ſemper non erit æſtas.
Aiano menſem dictum caue.nubibus ille:
Lætales bobus glacies & frigora ducit.
Thracius inſurgit boreas.& turbine facto
Diſturbat maria ac campos:ſiluamq; ſonantem:
Alticomas quercus:annoſaq; robora pinus.
Diruit ex alto & ualles iaculatur ad imas:
Siluarum auditur fragor undiq; ſed fera duros
Arrigit ipſa pilos caudamq; in cruribus angit:
Quin etiam quibus eſt uillis denſiſſima pellis
Perforat ille quidem ſætoſaq; pectora tranſit.
Nec ſe defendunt dura ſub ueſte iuuenci.
Et miſeræ algeſcunt hyrſuto crine capellæ.
Vincit ouis boream inſtantem fultoq; repellit
Tegmine lanarum:ſed non obſiſtitur illis:
A ſenibus curuo facit hos incedere collo.
Non tamen ad teneram penetrat boreale puellam
Frigus.at illa domi cui nondum nota libido
Matris apud caræ gremium ſedet:atq; hyemales
Non ſentit glacies:& tota nocte quieſcit.
Atq; oleo teneros interdum pluit artus.
Tum polypo durum eſt gelidis habitare ſub undis:
Nec uidet unde ſibi uenetur in æquore prædam.
Alleuietq; famem proprios tum deniq; in artus
Vertit atrox rabiem immenſam:ſic hymbribus atris

(c) 2007 Ministerio de Cultura

Turbatur mare:ſic atra caligine cœlum.
Sol quoq; ad æthiopas radios & lumina fundit
Rarus apud graios fugiunt animalia currui
More ſenis.ualles imas & dente trementi
Concaua ſaxa petunt.nemorum tenebroſaq; tecta
Tunc quoq; ne noceant hyemes tibi protegat artus
Mollis clena tuos.cui tecta ex ordine recto
Pauca:ſed aduerſo ducantur plurima fila:
Sitq; ea cruretenus:uetat hæc per corpora ſetas
Surgere.& inſtanti prohibet dureſcere uento.
Tegmina ſint pedibus taurorum e pelle cothurni
Nec nocet hos inflare pilis ut frigora uincas
Hædorum teneras neruo bouis inſue pelles:
Ac dorſo ſuſpende:tegant capita alta galeri
Ne madeant aures borea ſpirante cauendum eſt
Frigoribus.tunc ros cælo diffuſus ab alto
Educat cererem ſacros operumq; labores:
Ille quidem ui uentorum e fluuialibus undis
Tollitur in ſublime:& matutinus in agros
Deſilit.interdumq; expectat tempora noctis
Interdum borea nubes agitante procellas
Vertitur in uentoſam hyemẽ fuge prouidus illam:
Acceleretur opus pete tecta obſtantia uentis:
Ne forte obſcuro nebularum infuſus amictu
Imi ad deas largoſq; hymbres puluat humida ueſtis
Paſcua tunc carpãt quamuis non pinguia tauri:
Quippe leuis labor & longa ſub nocte quieſcunt:
Nutrimentum ingens uobis uberrima mando
Agricolæ faciliq; dies tranſire labore.
Hæc ſeruanda tibi donec nox æqua diebus:

(c) 2007 Ministerio de Cultura

Atq; iterum ſatio commitit ſemina terræ.
At dum ſexdecies ſol arduus occidit undis
Hybernum poſt ſolſtitium ſacroſq; relinquens
Oceani fluctus ſublimi arcturus olympo
Exoritur: primumq; cupit ſplendeſcere ſydus.
Tunc uites incide: noui neq; nuncia ueris
Antiquos iterans quæſtus præcedat hyrundo.
Dum tamen immenſos effundit pleias æſtus:
Proſilienſq; umbroſa petit plantaria limax
Tellure e ſicca. tunc uinea nulla ligonem
Sentiat: accelerentq; uncata falce miniſtri
Maturam in ſegetem. nec te pulcherrima tempe
Detineant ſegnem: matutiniq; ſopores:
Eia age rumpe moras: pelle ocia ſegnia pelle:
Dum uocat alma ceres; robuſtaq; collige farra:
Pone domi quantum toto tibi ſufficit anno
Mane operi aſſurgens. operis pars tertia mane
Conficitur. labor haud grauis eſt. de mane uiator
Longum liquit iter. tauroſq; exercet arator.
Præterea ſua dum ſcolymus florentia mittit
Germina: & in ramis dulces reſonare cicadæ
Sole ſub ardenti incipiunt trepidantibus alis:
Fit capra tunc mollis tunc ſunt dulciſſima uina:
Fœminaq; urenti ueneris prurigine corpus
Appetit inſanos coitus. laſſantur ab æſtu
Membra uirum: tantumq; poteſt uis ignea ſolis.
Tunc licet ardores gelida reuelare ſub umbra
Fontis ad apricos latices ſemperq; fluentis
Murmur aquæ: faciles quam circum leniter auræ
Aſpirant zephyris plerunq; agitantibus illas.

(c) 2007 Ministerio de Cultura

Hic hilares lætus cyathos & pocula ſume
Biblina ter infuſa magis quæ temperet unda:
Hic tibi ab uberibus caprarum caſeus adſtet:
Q uæ nullos paſcant fœtus:hic lactea liba:
Hic tibi ſilueſtris ponatur caro iuuencæ:
Q uæ nõdum enixa eſt:hic mollior hædulus adſit:
Et iaceas ſaturus patula ſub tegminis umbra.
Surge tamen cælo dum fulget orionis aſtrum:
Tempus adeſt:cereri ſacras tereat area fruges
Ad uentos poſita atq; ingenti æquata chylindro:
Nec niſi libratæ ducantur ad horrea meſſes:
Poſtq̃ autem ſatis ad uictum tibi contulit æſtas:
Continuo cui nulla domus ſit quære miniſtrum.
Adde etiam ancillam quæ ſit ſine prole:moleſtum eſt
Ac graue ſeruitium illius quam cura remordet
Natorum.blandire cani:panemq; miniſtra.
Peruigilante fores ſedet ille:domumq; tuetur.
Dente rapax:furiq; altis latratibus inſtat.
His prope exactis fœnum paleaſq; reconde:
Hermiones quantum ſatis ac nutrire iuuencos.
Inde laboranti requies præbenda colono
Tempus:& exhauſtis pariter iuga demere tauris.
Dum tamen in media cæli ſtatione refulget
Syrius:orionq; loco ſplendeſcit eodem,
Et roſea arcturi cernit pallantias aſtrum:
Tunc uuas tenero abſcindens de corpore matrum:
Per bis quinq; dies tepido ſub ſole iacentes
Pande:dies etiam molleſcant quinq; ſub umbra.
Dehinc torque & capiant uegetes iocunda lyæi
Munera,ſed ſydus cum deficit orionis

(c) 2007 Ministerio de Cultura

Pleiadesq; hyadesq; cadunt meminisse iuuabit
Protinus impresso subuertere uomere terram.
Stat tempestiuo cuncta exercere labore.
Si tamen infestum iuuat ire per æquora: & alta
Puppe uehi: moneo ne quando ab athlantide natas
Orion sequitur: totoq; excludit olympo
Vt uideas illas medio submergere ponto
Nauigio incumbas: mare tunc tollentibus euris
Obscurum undosos iaculatur ad æthera fluctus.
Tunc igitur iaceant religatæ ad littora puppes
Saxorum obnixæ obicibus: ne forte ruentes
Discutiant uenti: pateat pars ima carinæ
Ne pluuiã excipiens putri marcescat ab hymbre
Instrumenta domi naualiaq; arma quiescant
Pensa: gubernacliq; exploret robora fumus.
Interea cereris sacros operare labores:
Nec prorsus fugiendus ager: labatur in altum
Aequor amica ratis dum non magis unda tumescit:
Nec refluũt uasti sublato gurgite montes
Vadat onusta tamen censu reditura superbo:
Sic meus ille quidem ginitor dum pauper egeret
Errabat maria alta secans fluctusq; profundos.
Ille olim colidam cum amatq; ea litora linquens
Appulit huc non spe lucri commotus auara.
Durum opus exercere inuisa urgebat egestas.
Ille uagus demum prope tẽpe heliconia sedem
Ascræam incoluit cæli in regione molesta.
Frigore n unc nimio nunc intollerabilis æstu
Tempore quosq; suo iuuat exercere labores.
Nauigium ante omnes cuius si te ulla remordet

(c) 2007 Ministerio de Cultura

Cura:placetq; altos sulcare per æquora fluctus
Dum faciles spirant uenti & furor ille quieuit.
Ne te inuisa fames alieno uiuere parto
Cogat:& inuitus multorum debitor extes:
Vade nec in Cymba sed te uehat ardua puppis,
Ingentes referant census ingentia mercis
Pondera:præterea quæ sint aptissima nautis
Tempora narrandum est:quanq̃ mihi parua per undas
Vita fuit:uixq; ex illa tantum aulide cursus
Littus ad euboeum:sub quo omnis Græcia quondam
Dum pelago desæuit hyems conuenit in unum:
Et merito infandos fatum iuratur in hostes.
Inde mihi placuit non longe ad chalcida cursus
Huc ubi magnanimum genus amphidamantis achiui
Constituunt populis certamina & inclyta quondam
Munera defuncti ponunt in honore parentis.
Hic ego me dulcis referentem premia cantus
Auratos memini tripodas:quos sponte dicaui
Musarum ante aras.quibus antra heliconia curæ
Ille ubi me primum dulcem docuere poesim:
Tantum igitur mihi res naualis cognita surgit:
Dicam aliquid tamen:& uarios pandam ætheris usus:
Hæc etiam nobis aspirauere camœnæ.
Aequora tuta legant instructo remige puppes:
Q uom decies quinq; est series exacta dierum
Aestiuum post solstitium & iam deficit æstas:
Nam neq; tunc classes medio nec nauita ponto
Obruitur;ni forte uelit Iouis alta potestas:
Aut deus ipsarum parens neptũnus aquarum:
Exitus omnis in his rerum manet exitus omnis.

(c) 2007 Ministerio de Cultura

At lenes ſpirant zephiri tranquilla quieſcunt
Aequora:tunc celerem uentis committe carinam.
Vadat onuſta tamen reditum properare memento:
Quam prius ipſa nouos fundant uineta liquores.
Aurumniq; hymbres & hyems infauſta procellis:
Aut nothus inſurgat pluuia rorantibus alis:
Incumbatq; mari totumq; euoluat ab imo.
Exercent etiam ſtudium nauale ſub ipſo
Vere nouo:quom ſe tam latas arbor ab alto
Induit in frondes quantum ueſtigia cornix
Pandit humi depreſſa:ſilet tunc nabilis unda:
Aſt ego nauigium graue tunc:ſemperq; moleſtum
Crediderim:hoc naturæ homines leuitate nephanda
Subtraxere:agitant diuerſa pericula fluctus.
Et tamen ire placet:quanquam mors dura ſub undis
Diuitiæ fiunt hominum:atque inſanus habendi
Ardor ad hæc animum germane intende parumper.
Concipefraternos monitus maria alta ſecando
Fac tecum ne cuncta uehas:maiora reſerua.
Nec nimis eſt oneranda ratis.ſit ponderis æqui
Quicquid in hac durum eſt aduerſo occurere fato
Fluctibus in mediis currus diſcinditur omnis.
Si grauius ſuper inſtant onus:ſeruare memento
Menſuram in rebus & idonea tempera ad uſus.
Quom prope ter decies tibi uita elabitur annos
Conubium maturum aderit:decimumq; puella
Exigat & quartum ſed quinto nubat:& illa
Virgo ſit:atque habitet prope te:cui ſedulus aſtes:
Sædulus inſpicias artemquæ uſumque puellæ.
Hæc age ludibrio ne te uicina cantet:

(c) 2007 Ministerio de Cultura

Coniuge nil melius casta: nil turpius illa
Quæ uenerem prurit sine fine & prostat ad omnes
Semper: & exitio superiminet illa uirorum
Nemo etiam fratris in amore æquetur amicus:
At par si quis erit sit amandus tempore in omni
Nulla ex te inceptum fœdus discordia soluat.
Mentiri scelus est, præstat compescere linguam
Infandam. si uim tibi quisq̃ inferret amicus
Aut ore aut manibus: surge & te ulciscere redde
Redde uicem duplicem. quod si illum pœnitet acti
Ac pœnam implorans iterum te exoptat amicum
Suscipe: uile quidem est homines noua quærere semper
Fœdera amiciciæ: multos si frater amabis
Non laudo: nullos etiam: medium sit in isto.
Si tibi corda tument: uultus non indicet iram:
Turpe sequi sceleratum hominem: maledicere cuiquam
Infandum est: qui iam uita laudatur honesta:
Nunquam a te nunquam misera obiurgetur egestas.
Diuinum donum est diuumq̃ æterna uoluntas.
Illa quidem quæ sæpe uiri sublime molesta
Impedit ingeniumq̃ uetat super alta leuari.
Qui loquitur parce linguam nec in omnia soluit:
Thesaurum præ se gerit ille ea gratia magna est
Vt linguam moderes pensataq̃ uerba loquaris.
Si quenquam uerbo lædes læderis & ipse.
Grata in amicorum uenias conuiuia sumptu
Cómuni: dato particulam: gratissima sunt hæc.
Acre ioui uinum seu diis de mane cauendum est
In lauta libare manu: tum uota precando
Incassum fundes nulli exaudita deorum.

(c) 2007 Ministerio de Cultura

Solis ad aſpectum nec quenquam mingere fas eſt
Nocte ſub obſcura recto neque corpore nudo
Nox quia ſacra deis media nec credimus illud
Poſſe licere uia: ſi declinetur ab illa
Eſſe etiam uetitum: diuus uir & omnia noſcens
Hærens parietibus ſedet atq; exponit urinam
Intus: ubi orbatæ tenuis latet angulus aulæ.
Non coitu polluta ſacros genitalia pandas
Ante ignes. neq; cum dulci tibi coniuge præſtet
Concubium ut generes dum mœſto a funere triſti
Mente redis: ſuperum ſacra ſed lætus ab ara.
Credimus inuiſum ſuperis ſemperq; moleſtum:
Qui natat aſſiduo labentia flumina curſu
Quam prius abluerit manus pia uota preceſq;
Fuderit: ante ipſas ſupplexq; orauerit undas.
Infandum ante aras ungues incidere: cum diis
Sancta facis ſcelus eſt cyathos imponere uaſi
In quo uina latent ſacros operare lebetas.
Nil tibi cum in ſacris etiam hinc lauiſſe nefandum eſt.
Perfice tecta prius q̃ cornix garrula ab alto
Nunciet atram hymẽ. ruit hæc inimica procellis.
Fac ſedeat bis ſex quibus ætas exigit annos:
Aut totidem menſes natorum cara propago
Sede ſub inſtabili iuuat hoc omnemq; repellit
Segniciem: facit eſſe agiles & ad omnia promptos.
Fœdum ac turpe uirum eſt thermis mulieribus uti:
Hoc prorſus fugiendum etiam ſtat talibus atrum
Supplicium: ante aras ſuperum obiurgare nephandũ eſt:
Sacra miniſteria ac diuinos ſpernere cultus:
Nec licet in fluuio neq; fontis mingere in unda.

(c) 2007 Ministerio de Cultura

Est quoq; turpe aliud uetitum: fuge pessima famæ
Nomina. fama malum facile in sublime leuatur.
Est graue sufferri nimium nimiumq; molestum.
Difficile: ut taceat nunq̃ delabitur illa
Sedula quæ uarias populi penetrauit ad aures
Est dea fama quidem sunt ipsi numina famæ
Sit tibi præterea series seruanda dierum:
A Ioue natæ omnes. sunt a Ioue tempora nata
Vltima mensis erit nullo exercenda labore,
At genio utendum est: illa omnes festa per urbes
Ducitur: illa forum claudit: neq; iura resoluit.
Prima dies sacra est & quarta & septima: prima
Natus apollo die radiantia lumina fudit.
Luce demum quarta fœlix ducenda sit uxor.
Omine captato sunt omnia prospera rebus:
Et licet in curuam trabibus componere nauim:
At quintas fuge nanq; illarum pallidus orcus.
Tum diræ eumenidum facies toto orbe uagantur:
Castigant si qua in terris periuria: falsum
Affirmant quæ lis alterne agitata creauit.
Sexta dies tristem ostendit mulieribus ortum
Læta uiris: multiq; etiam nascuntur in illa:
Quis mala mens fallax animus fallacia uerba:
Et qui concubia exercent archana per artem:
Hac ouium fœtus licitum castrare uel hædos:
Et licet infixa pecudes circundere mandra,
Scindimus octaua fœti genitalia tauro
Castramusq; sues. fœlix est ponere plantas
Nona uiros gigni uel amiça sorte puellas.
Luce uiris: decima faustos quoq; credimus ortus.

(c) 2007 Ministerio de Cultura

Vnaq̃ poſt decimam fœlix incidere uites:
Et tempeſtiuam ſegeti ſupponere falcem:
Hoc curat bis ſexta etiam fœlicior illa:
Stamina & ex alto tenuiſſima torquet arachne.
Ingentem accumulant formicæ farris aceruum.
Et iuuat arguto percurrere pectine telas:
Tunc quoq̃ ſilueſtres licitum caſtrare iuuencos.
Tercia poſt decimam plantaribus optima ſurgit:
Spargere ſemen humi.pallet contraria ſemper.
Quartaq̃ poſt decimam mulierum proſpera natu
Ac prehenſos domitare boues ualidoſq̃ labori
Hemiones:canibus faciles adiungere cultus.
Ac lenire manu pecudiq̃ imponere mores:
Atq̃ aperire cados & dulcia fundere uina.
Sextaq̃ poſt decimam plantaribus inuida ſurgit
Oportuna uiros naſci ſed iniqúa puellas:
Aut naſci aut thalamos petere aut hærere maritis.
Septima poſt decimam cereris terat hordea ſacræ:
Ingentemq̃ licet ferro diſcindere ſiluam.
Ac uarias aptare trabes quibus ardua tecta
Molliri:ac ſtructam poſſis agitare carinam.
Nonaq̃ poſt decimam fœlix eſt cum dea ſurgit
Lutea:ſed medium cæli quom uenit in orbem
Fit grauis:ex media ad finem letiſſima fulget.
Proxima lux ſapientem hominem diuina creandi
Inſigni uiget officio:nec luce dolendum eſt:
Poſt illam quarta ſacra eſt ea læta trahantur
Gaudia quinta dies poſt hanc iuga curua iuuencis
Ponit & hemiones & colla exercet equorum.
Altaq̃ ueliuola ſdeducit ad æquora puppes:

(c) 2007 Ministerio de Cultura

Quam pauci nouere & recto nomine dicunt.
Sunt harum humano generi seruanda dierum
Tempora:quippe illud magnis successibus augent.
Sunt aliæ ancipitesq; tamen sine mente neq; ullo
Officio excellunt:hanc alter laudat & illam:
At paucis natura illarum cognita surgit.
Nam tunc ipsa dies totum complectitur orbem
More piæ matris sæuæ modo more nouercæ.
Nunc fulget nunc atra latet fœlixq; beatus
Ille quidem qui diis gratus cui cognita sunt hæc:
Omniaq; inspiciens rerum se exercet ad usus.

Pio.ii.pont.Max.Nicolaus de Valle.

Si uacat ænea rerum dignissime præsul:
Gratasq; sunt animo carmina nostra tuo:
Perlege quæ quondam dulci modulatus auena
In latios ausus uertere græca modos.
Ascræi inspiciens HMEras kai erga poetæ.
Græcia quo quondam floruit hesiodo.
Hæc fuerant fateor plectro meliore canenda:
Hic opus ingenii quippe senilis erat.
At quia nó nullos tam magna superbia uates
Eleuat:ut nulla græca in honore putent:
Sum tamen hoc ausus bis septem & quattuor annis:
Dum mea labuntur lustra trahente dea:
Sumpsimus & tenues græcorum e fontibus haustus:
Mixtaq; cum græca lingua latina fuit:
Quicquid id est ad te uatum clarissime uates
Mittimus:es clario non minor ipso deo.
Suscipe & hesiodum placido complectere uultu.
Hic quoq; iudicio stetq; cadatq; tuo.

FINIS.

(c) 2007 Ministerio de Cultura

HESIODI ASCRAEI THEOGONIA PER BONINVM MOMBRITIVM TRADVCTA.

Incipiam a muſis heliconis carmẽ alumnis:
Quæ iuga ſacra colũt mõtis ſpatioſaq; terga:
Nunc fontẽ ſolitæ circum ſaltare nigrantem:
Nũc Iouiam choreis ambire procacibus arã
Et uel Termeſſi uel ſuctibus hippocrenes:
Vel formoſa tuis olim diuine ſub undis
Membra lauant: ſummas helicon qua uerberat auras
Mobilibus per ſtagna choris dulciq; corona
Exultant: pedibuſq; ruunt hinc inde decoris.
Denſior has operit liquidis e fontibus aer.
Nocte meant: pulchra nec eunt ſine uoce canentes:
Aetherumq; Iouem cultæ & Iunonis in argo
Numina: congeſto foleis hæc utitur auro.
Additur his pallas magnus cum pallade phœbus:
Et quæ noctiuagis gaudet Diana ſagittis.
Teq; canunt Neptunne pater: qui numine terram
Sæpe moues: magnamq; themin pulchramq; dionen:
Quãq; uenus nigra nimium formoſa pupilla:
Quãq; ſit auratis hebe ſpectata coronis.
Nocturnis memorant lunam ſolemq; diurnis
Ignibus oceanumq; ſenem terramq; parentem.
His ſubit Iapetus: nigra nox latonaq; mater:
Quæq; diem crocea defert aurora quadriga.
Teneq; prætereunt grauior Saturne nec ullum
Quem genus a cœtu ſcierint duxiſſe deorum:
Hæ prius heſiodo tenues dum paſceret agnas
Monte ſacro: pulchram dederant ad carmina uocem:

(c) 2007 Ministerio de Cultura

Meq; iſtis primum compellauere ſuſurris:
Paſtores ſtudio quibus eſt ſilueſtris auena
Duntaxat uentres:& carpi crimine digni.
Scimus falſa loqui non pauca ſimillima ueris,
Scimus uera loqui:fari cum uera uelimus,
Tum ſæptrum legere eſt lauro ramumq; dederunt:
Diuinamq; ambas uocem fudere per aures:
Vt iam quæ fuerint & ſcire futura ualerem:
Ergo beatorum genus eſt dixere deorum:
Seq; ipſas primum canerem,tum ſi qua placerent
Sed quid cum ſiluis agimus uel talia petris?
Principium a muſis igitur deducimus.illæ
Laude animum patris exhilarent:plerumq; canentes,
Q uæ ſint:quæ fuerint:& quæ uentura trahantur:
Vox concros atq; indefeſſa canentibus illis,
Adde q; aula patris ſolet arriddere dearum
Carminibus.reſonat domus alta niualis olympi
Cælicolum domus.immortali uoce ſorores
Diuorum genus extollunt:laudantq; canendo:
Principio quos terra dedit cælumq; rotundum:
Et diuum quicunq; genus deduxit ab illis.
Deinde Iouem memorant hominumq; deumq; parentes
Principium finiſq; ſui fit carminis ille:
Sit quia maior diis & præſtantiſſimus horum.
Q uid q; & humanum genus ipſorumq; gigantum
Dum memorant:mentem cogunt gaudere paternam
Muſæ olympiades comperti Iouis ægide natæ
Mnemoſyne ſoboles:obliuio certa malorum
Curarumq; quies.ſacris has mater in oris
Pieriæ magno peperit commixta tonanti.

(c) 2007 Ministerio de Cultura

Mater eleutherii præerat:cui Iupiter ullo
Haud diuum præsente nouem sub noctibus hæsit:
At postquam multas annus fuit actus in horas
Et sua cœperunt afferre pericula menses:
Ecce nouem ad numerum nocturni pignora furti
Vno Mnemosyne peperit pulcherrima nixu
Læta puellari fœtu.nam carmina musæ
Semper agunt:uacuamq; gerunt formidine mentem
Mentem:quæ niueo multum non distat olympo.
Sunt illis pulchræq; domus populiq; beati.
Quas pariter charites desideriumq; frequentant.
Voce sonant læta:labiis modulantur amœnis:
Cælicolum legesq; sácras moresq; canendo.
Forte hilares cælum formosa uoce petebant.
Immortale canunt,concentu terra renidet.
Adde pedum dulces strepitus.ibatur adipsum
Nanq; Iouem.summis deus is dat iura colonis.
Ius habet & sæui tonitrus & fulminis ille
Vi patrem superans Saturnum.singula diuos
Inter agens æque meritos discernit honores.
Talia cælesti cantabant arce sorores:
Clioq; Euterpeq; uiuás & docta Thalia
Melpomene lætis & Terpsichorea choreis
His subeunt Erato memoriq; polymnia mente.
Addimus uranien:& quæ manet ultima:quamquam
Calliope cunctas superminet unica musas.
Hæc claros sequitur reges:quibus extat honori
Cætera musarum concordi lege caterua.
Ora solet regum dulcí suffundere rore:
Quo fit ut a linguis illorum dulcia late

(c) 2007 Ministerio de Cultura

Verba fluant: præstantq; fauis collata saporis.
Hunc unum aspiciunt populi: quem munere donat
Calliope: seu fas dubium seu iudicet æquum.
Q uin solet oblatas uerbo requiescere lites.
Hunc igitur uoco prudentem: q; adesse bonorum
Sæpe rei: tuto solet & punire nocentem.
Mollibus affatur uerbis: dulciq; lepore
Vtitur: atq; suo facile impetrat omnia nutu.
Vtq; deo stat honos illi: dum permeat urbem
Mellitusq; pudor: micat inter denique coetus.
Q ualia sunt homini dare quæ nouere camœnæ:
Vos o cantores & qui citharoedus haberis:
Munera musarum in terris & Apollinis estis.
Ab Ioue sunt uates. felix quem deniq; musæ
Obseruant. huius dulcis fauus exit ab ore.
Præterea si quem luctus lachrymæq; frequentes
Possideant: animamq; urant mæroribus itus:
Dentq; illi musæ numeros artemq; canendi
Præteritos ueterum late qua promat honores
Cælicolasq; mali meminit non ille prioris
Q uod tulerat: tantum auxilio sunt dona dearum:
Ab Ioue saluete natæ: date carmen amœnum:
Diuorum cantate genus: qui sæcula uiuunt:
Q uos genuit tellus & multo lumine cælum:
Et nigra nox falsis & quos mare pauit in undis.
Dicite quo diui fuerint quo munere terra
Q uo mare perfectis quo condita flumina ripis
Astraq; cum radiis & latus desuper orbis:
Q uiq; ex iis diui fuerint rerumq; datores.
Q uibus diuis & opes & quis diuisit honores:

(c) 2007 Ministerio de Cultura

Vnde uel iis olim ſublimis ceſſit olympus.
Dum licet iſta mihi cæli narrare colonæ
Et mundo quæcunq; prius ſint edita rerum:
Rincipio confuſa chaos ſine imagine moles
Extit hinc uacuis tellus apparauit aruis.
Nam prius ipſorum pauimentum facta deorum eſt:
Q uondam qui cælo ſedes habuere ſupremo:
Tartara dehinc una ſunt uiſa dehiſcere terra:
Et mox pulcher amor ſurgit:mediuſq; deorum
Cernitur.hic illos forma ſuperminet omnes.
Membra deus late ſoluit:diuumq; uirumq;
Conſilium:atq; ipſam domitat ſub pectore mentem
Decq; chaos liuens rebus noxq; atra reſultant.
Aethera nox ipſumq; diem miſiſſe putatur.
Q uos herebo coniunx peperit laſciua marito?
Tum quoq; ſidereum tellus grauis edidit orbem:
Par ſibi præ cunctis cælum quo tegmen haberet.
Magnorum & fieret pauimentum ſola deorum:
Hinc montes gratasq; tulit conuallibus imis
Radices:nymphæ ſedæs ubi ſæpe teneris:
Q uid mare non domitum memorem ſæuũq; procellis
Aſperſumq; metu.ſtetit hoc quoq; pignore tellus
Nec mora concubuit cælo.bis ſena repente
Stirps oritur.tumidis magnus prius emicat undis
Oceanus.ſubit Iapetus:nec defuit ingens
Coeus:cumq; ipſo ſatus eſt hyperione creon:
Nataq; Mnemoſyne:themis & rhea pulchraq; tethys
Q uemq; micas ſerto phœbe ſpectabilis aureo:
Ortaq; Thea grauis demum Saturnus.is arma
Conſiliumq; gerit tacito ſub pectore uafrum.

(c) 2007 Ministerio de Cultura

Omnibus hic grauior natis:tenerumq; parentem
Carpit:& hunc multa solet incusare querela.
Addidit his animo cyclopas terra superbo.
Cum Bronte Asteropen:nec uiuidus abfuit Arges.
Hi fulmen cudere Ioui tonitrumq; dedere:
Cætera sunt diuis similes.micat unus in ipsa
Fronte oculus:curuusq; aurem sedet inter utranq;.
Id cyclops quod eis stat pro cognomine monstrat
Nomine req; putes notos.fuit horrida uisus
Effigies:& erat monstrosi luminis instar.
Omnis ab assiduo uis est infracta labore.
Verum alios tellus cælumq; creauit alumnos.
Tres ii sunt numero.multo stat nomine fama.
Cum Gyge Briareum numant Cottumq; superba
Pignora.Titanas his Iupiter usus in hostes.
Quinquaginta comas quisquis centumq; lacertos
Gestat.inaccessos audet contingere nemo.
Vis ingens:magni quam corporis æquat imago.
Hi sunt quos cælum materq; atq; illius uxor
Terra satos genuere.malis grauioribus omne
Vicerunt:nitidumq; infestauere parentem
Principio.uerum serie nascentibus illis
Sub styge damnatos imæq; uoragine terræ
Occuluit.cælum patrem mala tanta iuuabant.
Ipsa graues dederat gemitus sub pectore terra:
Atq; dolos animo nimium concepit iniquos.
Tum niueum fabricans adamanta sagacior arma
Molitur:curuamq; uocat cognomine falcem:
Iamq; sui coram steterant ex ordine nati:
Talia cum irato tandem sermone profatur.

(c) 2007 Ministerio de Cultura

Pignora in matris miſeræ ſæuiq; parentis
Si mea ſint animo dulciſſima pignora uobis
Verba: pater pœnas operis dabit ante patrati.
Scilicet inuentor primus fuit ille malorum.
Talia dum loquitur: natos tremor incutit omnes.
Nil uerbi: labiis cohibent nam uerba ſub imis.
Haud mora Saturnus grauior fidenſq; iuuenta
Surgit: & hac caram compellat uoce parentem:
Hoc opus o mater manibus peragetur ab iſtis.
Polliceor. neq; enim me iam patris ulla tenebit
Cura: q; inuentor primus fuit ille malorum
Dixerat. ipſa animo retinet uix gaudia mater:
Remq; hanc non ulli credit. ſedet ergo: tacetq;.
Quid moror? infandam Saturno tradidit harpem:
Inſtruxitq; dolis. cælum dehinc attulit umbram
Noctis: ut ingratos peteret cum coniuge ſomnos.
Iamq; procax auidis. nimium diſtenditur ulnis
Inſidiis puer excedit: gladioq; timendus
Sæuit: & incoleos uibrauit tæla paternos:
Tergaq; poſt neq; enim fruſtra proiecerat illos:
Nanq; quot exierant fœcundo ſanguine guttæ:
Terra tot ebibit: hinc longus ſibi uertitur annus:
Et mox tartareæ coram cernuntur erines:
Horrificiſq; geaues ſonuere gigantes in armis.
Hinc & quas Melias uocitant fit origo deabus.
Aſt ubi cæſa patris adamante uirilia cæli:
Aequoreas a Saturnus proiecit in undas:
Iamq; diu fruſtra pelago ſunt uiſa natare.
Cãdentes circum ſpumæ: quibus inclita tandem
Virgo oritur: primumq; ſacris natat orta cytheris.

(c) 2007 Ministerio de Cultura

Fluctibus argutam petit hinc uenus aurea cypron
Plurimus oris onos illi:facieq; uerenda.
Ambulat:& teneris uestigia sumit ab herbis.
Hanc homines uarioq; uocant cognomine diui.
Nunc Aphrodite:nunc ea dicitur Aphrogenia:
Quod prius a spumis illi creatur origo.
Quod sata sit cypri:dea cyprogenia uocatur.
Hanc quoq; sæpe leges cytheream.causa putatur
Illa q; admotis prius appulit orta cytheris.
Sunt & qui diuam merito philomedea dicant:
Quod dea testiculis quondam sit nata marinis.
Sæpe iocus matri comes id cæcusq; cupido.
Illa deos coram maiestatemq; salutat.
Is fuit in primis honor illi deniq; sortem
Dicitur hæc hominum medio sortita deumq.
Virgineos ea sermones risusq; dolosq:
Fert & amiciciam:nec delectatio longe
Cernitur.assiduos apud hanc dulcedinis usus
Inuenies:& nec sine mansuetudine uiuit.
At sua Titanas cælum cognomine dixit:
Pignora pignoribus crebro dum litigat ipsis!
Quicquid agant:uocat intentos ad pessima semper.
Crimine pro tanto pœnam sibi iure daturos.
Nox quoq; mox sortem peperit parcamq; nigrantem
Et mortem:nec uos partu puto proba reliquit.
Nec mora cum somnis in somnia parturit:atq;
Qui culpas hominum carpit delictaq; Momon.
Et quas hesperidas uocitant:quibus aurea curæ
Mala per oceani ripas hortosq; fuerunt:
Et uos fata parens inuicto pectore semper

(c) 2007 Ministerio de Cultura

Gignit & æternas immitia numina parcas:
Clotoqꝫ & lacheſim ſurdas & quæ gerit aures
Atropos.hæ bona ſunt & peſſima tradere dictæ,
Errores hominum obſeruant culpaſqꝫ deorum:
Nec locus inſidiis quas hæ poſuere quieſcit:
Donec in expoſitos pœnæ reus incidat uncos:
Filiaqꝫ obſcuræ fuit indignatio nocti.
Nulla uiris grauior peſtis magis obfuit unq̃.
Hinc & amicitiam peperit fraudemqꝫ latentem
Atqꝫ ſenectutem.canis adit iſta capillis.
Vltima pignoribus tumido lis additur ore:
Filius huic labor eſt modicaqꝫ obliuio mente
Debilibuſqꝫ fames membris uacuoqꝫ palato.
Adde graues lachrymis & triſti corde dolores
Præliaqꝫ & pugnas & multo ſanguine cædes.
Quid qꝑ & hanc uocitant caram mendaciam matrem
Ambages mũltaqꝫ grauis uictoria prædа
Læſioqꝫ & ueris infamia nota cachinis.
Plus aliis geminæ ſibi conſueuere uiciſſim?
Quin & præfectum genuit iurantibus horchum.
Officit is falſæ cum ſint periuria linguæ.
Nerea ſincerum pontus uerboqꝫ ſeuerum
Progenuit.natis ſenior ſolet ille uocari.
Grandeuum pleriqꝫ uocant:qꝑ nullus in illo
Sit dolus:& culpa uitam non inficit ulla:
Quod ſit manſuetus:qꝑ fas qꝑ iura ſequatur:
Conſilii qꝑ ſit mitis:largitor & æqui,
Teqꝫ creat tauмas pontus phorcumqꝫ ſuperbum.
Coniunx terra fuit.tulit hac quoqꝫ coniuge natas
Ille duas pulchra te Ceto fronte priorem:

(c) 2007 Ministerio de Cultura

Euryboen cui mens adamantina facta secundam:
Porro coma laudata nimis pulcherrima Doris
(Edidit hanc pater Oceanus sub finibus orbis)
Virgo seni nupsit Neri.torus æquoris unda
Gratus:in hoc nymphæ natæ dicuntur aquosæ:
Eucrate:theris & proto Spioq; Saoq;
Eudore:Glauceq; procax hilariq; Galene:
Doto:Dynamene:niueis Eunica lacertis:
Cymothoe:Thalie:quibus addimus Amphitriten
Pasitheen:Meliten formosoq; ore pherusan
Protoq;:& multos Erato quæ cæpit amando:
Eulimenen posthac:& quam miramur Agauen:
Dorida:Neseen:nec te Galatea reliquit
Candidioreq; comas faciemq; simillima lacti:
Protomedea subit panopeq; Acteaq; uirgo.
Gignitur hippothoe formosior hipponeoq;.
Cymodoce motas pelago quæ temperat undas:
Ventorumq; ipsos facili premit ore tumores:
His Amphitriten ulnas quæ rore madescit:
Gignit & Euagoren & tutam pontopoream.
Lisianassa subit:nec deerat Laomedia:
Eione:Cymo:pulchraq; Alimeda corona.
Nec te Glauconome facili lætissima risu:
Nec te liagore:nec te pronoea tacemus:
Nomen & a multis quæ legibus accipit:una
Pollynomen peperit.subit has Euarna sorores.
Aspicias nihil est:quod iure reprehendere possis.
Aemula natem est studiis & amabilis æquis:
Egregiam pariter pfamathen diuamq; Menippem
Antonoen Nesoq; parit iustamq; Themisten.

(c) 2007 Ministerio de Cultura

Addidit Euponpen:& quæ gerit una parentis
Aeterni mentem.ſociæ Nemertea dicunt.
Fallor:an hæ numero decies ſunt quinq; ſorores:
Oceano poſt hac præſtanti corpore natam
Duxerat Electram Taumas.his naſcitur Iris
Harpyiæq; comis pulchræ fædæque rapina.
It prior ocypete poſt hanc infamis Aello.
Scilicet hæ uentis præſtant auibuſq; uolatu:
Tempore proq; ſuo clamoribus aera turbant.
At cetonis atrox petii connubia phorcus.
Annuerat ſoror & fratri commixta marito eſt.
Formoſæ naſcuntur anus canæq; capillos
Comptaq; pephnedo ueſtes & triſtis enyo.
Gorgones adduntur.qua ſoles heſperus abdit.
Oceanum ptopter campos habuere feraces.
Dulcibus heſperides ſunt illic uocibus uſæ
Euryale ſtennoq; potens:multiſq; Meduſa
Nota malis.mortem ſola eſt hæc paſſa ſororum.
Ius aliis nec mors nec curua ſenecta duabus
Dixit ad uxorem maius Neptunne Meduſam:
Pro talamo ſtat aquoſus ager:pro candida lecto
Stat roſa:ſtant uiolæ:cuncti ſtant deniq; flores.
Illius at poſtquam perſeus caput abſtulit:idque
Victorem miſere potuit feciſſe puellæ.
Horrendus Chryſaor ſubitis & Pegaſus alis
Exiliunt.equus oceani ſub fontibus ortus
Dicitur;eſt quoniam fons dictus ab helline pege.
Alter ab aurato manibus quem fulminat enſe:
Fit chryſaor:ſonat enſis aor :ſonat & chryſos aurum
Pegaſus aſtriferum tandem petit aliger orbem

(c) 2007 Ministerio de Cultura

Incola perq; deos & magni tecta tonantis
Attulerat tyonitrumq; Ioui fulgurq; coruſcum.
Edidit at chryſaor ſibi Geryonea trifaucem
Ante ſuas illum.uis herculaeia iuuencas
Perdidit:atq; animam claua deponere iuſſit.
Senſerat ereptum infœlix Erythea tyrannum.
Ditarique ſua doluit Tirinta rapina.
Cæſus & Eurytion ſtabulis atq; Orthus opacis:
Deq; illa eſt ingens atque inſuperabile monſtrum
Progenitum nulliq; deum nulliq; uirorum.
Par erat aſpectu grauius:cui nomen Echidnæ:
Pars prior egregiam forma præſtante puellam.
Vltima terribilem ſæuumq; profeſſa draconem eſt.
Cruda nimis ſpelæa colit:uarioq; colore
Cernitur:atq; cauas habitat ſæuiſſima petras.
Huic ſedes olim a cælo terraque remotas
Conceſſere dei.iacet immortalis Echidna
Antra per æternam ſolet & duxiſſe iuuentam.
Scilicet huic ſæuum coiiſſe Typhaona dicunt.
Infandoq; procax uento commixta puella eſt.
Hæc quoq; Geryonea uirum ſibi duxit habendum.
Dum coeunt:infanda canem fœtura priorem
Edidit.orthrus is eſt,oritur ſed acerbior alter
Cerberus.horrendos aperit ſæuoſq; latratus.
Quinquaginta quatit diris hululatibus ora
Ferrea uox:acerq; nimis ſtat & abſq; pudore:
Lernæam peperit poſthac immanior hydram.
Herculeus labor illa fuit magniq; decoris
Nomina.Iunonis contra nihil obfuit ira:
Hanc ea nutrierat peſtem.comes herculis ibas

(c) 2007 Ministerio de Cultura

Ad nona uitales Iolae pericula mortes?
Consiliis doctæ tandem ruit illa Mineruæ.
Hydra grauem uastamq; nimis genuisse chimæram
Dicitur.illa leues uelocior anteit auras.
Acribus aspirat flamis multaq; fauilla
Aestuat:& rapidos de naribus euomit ignes.
Huic caput est triplex monstro.pars prima leonem
Monstrat.habet medium serpens,stat sine chimæra
Pegasus hanc magno rapuit sub consule tandem.
Belle rophonteos quis non audiuerit ausus?
Heu cadmi domus infœlix.connubia sanxit
Orthrus:amatrici genuit qui sphinga chimæræ
Heu monstrum crudele tibi.congressa marito
Est uterum ipsa chimæra:nemiæumq; leonem
Edidit o quantam pestem.dea scilicet illum
Nutriit.inq; umbris impegit Iuno nemæis.
Sanguine frondosa multo regnabat in aula.
Quid moror?herculeæ fuit is quoq; gloria clauæ
Rursus in amplexus forcum notissima Ceto
Excipit:hinc ingens multis & honustior armis
Fit serpens.latebrosa colit cæcasq; cauernas.
Malaq; non ullo seruat uigil aurea somno.
Semina Cetonis cecini phorciq; superbi.
Fluminaq; Oceano peperisse puerpera Tethys
Dicitur.Eridanus altis hinc enatat undis
Nilus & alpheus pulchrisq; meatibus ister.
Strymonaq; & Rhesum genuit misumq; Caycum
Mæandrumq; uagis anfractibus heptaporumq;
Nascitur.& Rhodius magnoq; superbus Eta:
Phasis;& aurata qui labitur hermus harena:

(c) 2007 Ministerio de Cultura

Quiq habet argento similes Acrioius undas.
Edidit & Nesum pronoq Liacmona lapsu.
Greniconta simul peperit phrygiumq Simunta.
Additur æsipus: nigro natat ille fluento.
Et qui tabificum purus non accipit amnem
Peneus: socioq negat cum gurgite tingi.
Sangarium Tethys ladonaq partheniumq
Euenum. Ardiscumq parit diuumq Scamandrum.
His cum formosas mater pulcherrima nymphas
Est enixa uirum genus hæ stirpemq puellæ:
Cum fluuiis sibi semper alunt & Apolline rege.
Ab Ioue naturam nactæ dicuntur eandem.
Pythoq Admetenq parens & prymnoa Tethys
Edidit: uranie specie subit æmula diuos.
Electren tulit & Clymenen Zeuxoq Thoenq
Te quoq calliroe: leuior nec defuit hippo.
Pasithoen Asiemq parit malisq Rhodeam
Leuibus. has pluto sequitur formosa sorores.
Plexauere deinceps polydoraq Meloboscisq:
Atq Galaxare facieq petrea decora.
Metis & Eurynome flauis & Xantha capillis.
Addidit Eutropen croceoq telestoa peplo:
Quas Ianira procax sequitur pulchroq Diona
Pectore: cumq Tyche pulchram cerceida uinxit.
Quid q & Eudore niueis & acasta lacertis
Nascuntur. perseis adest & prompta Menestho
Gignit & Idyiam: quibus Amphyro ocyroamq
Iunxit: Ianthæi nec gratia defuit oris.
At neq præteriit Clytien dulcem ue Calypso:
Et Creseis adest & cum Creseide Doris,

(c) 2007 Ministerio de Cultura

Vltima ſtyx oritur. cunctis ſtyx præſtitit una.
Omnibus oceanus ſenior grandæuaq; Tethys
Auctores. patrio chorus hic excellit honore.
Dehinc alias pater oceanus uenerandaq; coniunx
Ediderant. numero tribus extant millibus illæ:
Veſtigantq; ſolum: preſſiſq; palludibus errant.
Totq; alia oceano ſunt edita flumina: terras
Quæq; rigantq;: & quæ Tethin dixere parentem:
Omnibus iis neq; enim poterit ſua reddere quiſq̃
Nomina. quid quicunq; ſuo naſcatur in orbe
Nouit: & ignotos aliis ſibi nominat amnes.
Magnum prætera ſolem lunamq; uagantem
Thea nimis caros peperit ſub hyperione natos.
Tertia fit ſoboles croceis aurora quadrigis
Quæ micat; atq; diem cælo terræq; miniſtrat
Haud ſecus Eurybiæ peperit tria pignora Crio
Maiorem aſtræum natu Pallanta minorem:
Vltima ſortitur partus ueſtigia perſes.
Primus erat tamen ingenio pinguiq; Minerua
Inter mortales multo præſtantior omnis
Adde q; indomitos eoa puerpera uentos
Mixta deo noſtrum diffuderat uſq; per orbem
Argeſten Boreamq; grauem. Notus additur illis
Quiq; nouas zephyrus flando leue parturit herbas:
Lucida dein tremulus produxit ſidera flammis.
Quæ data ſunt cælo pro lumine. fungitur illis
Proq; caput merita ſolet inſignire corona.
Tum demum mula Styx atra libidine mota eſt.
Nupſerat: eq; uiro natos pallante creauit.
Aemulus hinc oritur zelus contentio fratri

(c) 2007 Ministerio de Cultura

Addita.formoſis ſolet hæc incedere ſuris:
Et quæ ſublimi Iouis aſſedere cathedræ
Nomine dicta uiris uix prima potentia dicta eſt
Altera.regali comes utraq; facta tonanti.
His ſine non callem non ullam Iupiter aulam:
Non urbes ſummum non iis ſine permeat orbem.
Ab Ioue Styx gratis hoc impetraſſe putatur.
Cælicolas una coram cum cogeret ille:
Indixitq; graues pugnas preciumq; laboris
Obtulit:auxilio titanas ſi quis in hoſtes
Iret: & inuaſum Iouis inſtauraret honorem.
Præmia ne dum inquit quiſq̃ falcelue priores
Sub patre Saturno quibus eſt is functus abunde
Non perdet:uerum quem non genitoris habebant
Munera:fœcundis ego donem falcibus illum.
Conſilio primum cari Styx mota parentis
Duxit opem:& trepido cum natis affuit orbi.
Quid tantis igitur meritis par redderet ille
Penſabat.tacitam ſubit hæc ſententia mentem
Per ſtyga cæleſtes iurent:nec fallere quiſquam
Audeat.at duo uos uis atq; potentia mecum
Viuite.ſic fatus diuis impertit honores
Omnibus.ipſe ſua regnat ſublimis in aula.
Nubit amatori phœbe pulcherrima Coeo:
E quibus exoritur pignus mirabile thædis.
Grati or in primis medio latona deorum
Viſa fuit.cœtuq; uirum nil dulcius illa.
Quinetiam Aſterien perſi genuere maritam.
Naſcitur ex iſtis hecate præclara duobus:
Muneribus multoq; palam Iouis erat honore.

(c) 2007 Ministerio de Cultura

Nanq; ea uis terræ ſuperi ſortitur & orbis:
Subq; eius uaſtum cohibet ditione profundum:
Perq; deum ſuperas graditur ſpectabilis ædes.
Hanc quoq; mortales uotis uenerantur opimis.
Sacra deæ læti faciunt:hecatenq; uocantes
Q uæ ſit maieſtas eiuſq; potentiam monſtrant.
Illa præces & uota libens aſſumit:& illis
Carpere fœcundas dat opes & honoribus uti.
Ergo mortales inter cæliq; colonos
Cunctorum decus & partem ſortita bonorum eſt.
Ab Ioue uis illi non fit.quoſcunq; recepit
Munera cum uobis olim diuiſa darentur
Titanes:ni fallor adhuc ea ſeruat honores.
Ne ue q; Aſterie proles fuit unica tantum:
Conceſſos olim faſces depulſa reliquit.
Arbitrio micat illa potens.nimis utilis illa
Conſiliis:& quem cætu uult præficit omni.
Stant acies:ſtrictoq; micant denſa agmina ferro.
Nemo tamen uictor niſi cui fauet illa recedit.
Regibus aſſidet:atq; illis dat regna tueri
Iuſticia.q; ſi pugiles in agone frequentes
Emineant:multoq; petant ſudore coronam:
Hæc dabit ad nutum uires palmamq; uocata.
An memorem:q; equum præſtet domitoribus:atq;
His qui ceruleum tumidis mare nauibus errant:
Illi ſæpe preces hecate plærunq; potenti
Neptunno ſudere.colunt hæc numina nautæ.
Hac duce ſæpe redit prædá uenator opima.
Sæpe dolet:longo cum illuſerit illa labori.
Q uid q; Mercurio comes it:ſtabuliſq; capellas

(c) 2007 Ministerio de Cultura

Armentumq; ferax & oues augere putantur:
Ex modico multum ex multo facit illa pusillum.
Sic ea sit tantum proles licet una parenti:
Ingenti diuos inter tamen extat honore:
Iupiter huic homines etiam concessit alendos:
Degere qui uitam possint lucemq; tueri.
Scilicet his hecate narratur honoribus usa:
At Rhea Saturno numero sex inclyta partu:
Pignora contulerat uestam Cereremq; feracem.
His subit auratis Iuno pulcherrima plantis:
Et ut qui stygias colis improbe pluto paludes:
Q uiq; maris geris imperium Neptunne profundi,
Addidit illa Iouem diuumq; hominumq; parentem
Fulminibus terram crebro qui oppugnat acutis:
Horum crudelis pater ununquemq; uorabat
Nascendo :patrium ne post quis obiret honorem,
Illi nanq; prius cælum tellusq; parentes
Prædixere:suo q; erat fatale domari
Pignore Saturnum:licet is fortissimus esset.
Hoc ideo metuens sæuit nascentibus ore
Pignoribus.miseras mater dabat ægra querelas.
Propterea Rhea fulmineum paritura tonantem
Dicitur is caros tandem imploraſſe parentes:
Consilio misere precor en succurrite natæ.
Dicite præsentem fœtum quo tuta locorum
Enitar:quæ pœna patris sit habenda furori:
Q uod partus uorat ille meos.mouere profusæ
Hæ cælum terramq; preces iustæq; querelæ.
Ergo Rheam quæ sint patriq; Iouiq; futuro
Ostendunt:& quid sit eis fatale duobus.

(c) 2007 Ministerio de Cultura

Quid moror hæc lyctum cretæ defertur opimam
Armatum paritura Iouem. misere parentes.
Vt peperit natum sibi terra recepit alendum.
Nox erat: atq; omni cælum tum luce carebat:
Cum lyctum peteret nato Ioue mater: & illum
Haud secura cauo furtim contexit in antro:
Monte sub Ideo siluis latet ille profundis:
Iamq; auidus fauces aperit Saturnus: ut ipsum
Ore recens natum queat inglutire tonantem.
Stabat forte silex. silicem Rhea cepit: & illam
Pro Ioue Saturno posuit festina uorandam.
Hanc miser inglutit genitor uentriq; recondit:
Ignarus post terga Iouem pro caute manere
Inuictum mæstiq; nihil præ fronte gerentem:
Cui cito debebant sæui delicta parentis
Cedere: quem regno seruabant fata paterno:
Nec mora formosa concreuit imagine natus.
Vis aderat qualisq; decet præsentia regem.
Interea lapsum rursus sol induit annum:
Saturnus monitu cui iam frustrata parentis
Mens erat: atque dolis potuit succumbere nati
Stare Iouem liquit natum: terræq; procumbens
Ora quatit. quasso lapis ultimus exit ab ore.
Iupiter hunc capit inq; sacra Pithone manere
Iusserat. illa cauo Parnaso mœnia quondam
Extulerat. lapis in signum memorabile cessit:
Gentibus ut fieret res admiranda futuris.
Tum demum patruos a cæli nexibus ultro
Soluit. agunt dignas tanto pro munere grates:
Atq; Ioui tonitrum dederant fulmenq; trisulcum

(c) 2007 Ministerio de Cultura

Et fulgur.terram prius id defodit in altam
Iupiter.his fretus tælis toto imperat orbi.
Duxit at Iapetum clymene formosa maritum.
Oceano genus hæc sibi cepit ab æquore nympha
Bis duo progenuit natos Atlanta priorem
Edidit elato fuit ore Menoetius alter.
Consilio sequitur uario curuoq; Prometheus:
Et quem non recta dicunt Epimethea mente.
Nam prior inuentis hominem læsisse putatur:
A Ioue plasmatam q; abegerat ille puellam.
Fertur at aerio strauisse Menoetion igni
Iupiter:& stygiis miserum damnasse sepulchris
Q uod malus:atq; animos tumefecerat ille superbos.
Maximus experidum iuxta confederat Atlas
Prædia:qua oceano iungit confinia tellus.
Infractis humeris cælum mirabile uisu
Sustinet:& nullo deflectit pondere collum.
Iupiter hãc sortem dedit illi:porro promethea
Funibus ingenti fertur strinxisse columnæ.
Fœcundo añ memorem q; in epate federat ales
Semper & excretam nunq̃ satur accipit escam.
Nanq; dies quod ei absumit:nox sufficit ultro.
Vidit auem satus Alcmena:uisamq; peremit.
Inuito neq; enim uolucrem Ioue perdidit.atqui
Plus solito pater herculeæ conducere laudi
Censuit:& quanq̃ grauis ille Promethea triuit
Q uod sibi consiliis olim contendit iniquis:
Abstulit immissas studio tamen herculis iras.
Iudicium diuis fuit & mortalibus olim
Mecone.socium ueniisse promethea dicunt.

(c) 2007 Ministerio de Cultura

Ante Iouem fertur sectum posuisse iuuencum
Fraude bouem secuit. carnes & uiscera lectam
Is sibi constituit præpingui sumine partem.
Ventre bouis gracili preciosa cibaria texit
Tergoreq; inclusit fœdo. mox alba secundo
Ossa loco dedit: & molli pinquedine sepsit.
Hæc hominum diuumq; parens dum mente uideret:
Iapetonidæ qui mentis acumine præstas:
Q ua tibi fraude nimis partem lasciue parasti
Dixit: at est contra leue surridendo prometheus
(Nam neq; fraudis erat cœptæ imemor) ista profatur:
Stant geminæ coram pater optime maxime sortes.
Elige. si qua tuæ pars est gratissima menti.
Dixerat ista dolis. at Iupiter omnia cernens
Hæc nouit. neq; enim latuit dolus improbus illum.
Q uid faciet? mox ille uiris graue lumina torquens
Plurima quæ possent animo librabat obesse.
Hinc adipem ille manu candentem sumit utraq;
Excutit extra furor. uultuq; impingitur ira:
Alba q; exertis conspexit fraudibus ossa.
Q uo fit: ut illa uiri sacras adolere per aras
Assueti ueteris imitentur originis usum.
Tum demum iratus cæli cui numina parent
Iapetionidæ qui præstas omnibus inquit
Consilio: cœptas neq; enim finis improbe fraudes.
Talia turbato mittebat Iupiter ore.
Proinde doli memor abdiderat mortalibus ignem.
Id satus Iapeto sensit: ferullaq; fauillas
Iniiciens tepidos terris clam detulit ignes:
Tanta Iouem medio sub pectore cura momordit:

(c) 2007 Ministerio de Cultura

Affecitq; graui neq; enim mediocriter ira.
Pro raptis igitur flammis mortalibus ingens
Addidit ille malum.uulcano nanq; pudicæ
Iussit ut e terra formaret plasma puellæ.
Iussa facit deus ambiguo qui crure laborat:
Compsit eam multo pallas tum cesia cultu.
Donauit Zona:nec abest argentea uestis.
Ipsa manu dea palliolum mirabile uisu
Explicat:inq; humeros a fronte reflectit eburnos.
Fertur & hanc tenera quos ungue reuulsit ab hærba
Floribus auratag; caput redemisse corona.
Lemnius hanc docta deus insigniuerat arte:
Inq; illa longosq; dies multumq; laborem
Impendit.placuisse Ioui sic ille putatur.
Sculptilibus pinxit uariis & imagine multa
Nam quæcunq; mari quæcunq; animantia terris
Apparent:in ea uiuunt.micat indita late
Gratia:neu tantum pictas motare figuras
Membra sed has ueris affirmes uocibus uti.
Vt pulchrum mox ille malum.uice nanq; bonorum
Fecerat:hanc oculis hominum diuumq; patere
Exhibet:allatis ea deinde superbior ibat
Muneribus:largaq; nimis gaudere Minerua.
Astantes stupor inuasit:mortalibus inde
Quod grauior frauus est & inexpugnabilis orta:
Fœmineum genus hinc ortum sexusq; proterui
Progenies effecta:uiros quæ lædere nata est.
Hos puto qui rebus non consuluere:sed omni
Tempore cum satie libito sunt uentris abusi.
Quale fauis examen apum dulciq; liquore

(c) 2007 Ministerio de Cultura

Cernimus infames haud raro pascere fucos.
Per thyma mane uolant & picta per arua tepenti
Sole uagæ: cerasq; legunt & dulcia mella.
Prædo latet: curuoq; uorax sub uimine uiuit:
In suaq; abdit edax alienos exta labores.
Talis in humanis prius ab Ioue fœmina rebus
Est data flagitiis hominem quæ lædat iniquis.
Altera mortales est uisa lacessere pestis.
Nam qui coniugium spernit: nomenq; mariti
Triste fugit: nescitq; tori parere querelis:
Hic altore licet careat: multaq; senecta
Sit grauis: & prona prospectet fronte sepulchrum:
Indiget haud uictu uiuens solitaq; diæta.
At postq̃ uita excessit: pro quanta relictas
Turba fit inter opes. lætas pars una nouales
Diuidit. inuentum pars altera diripit aurum.
At cui ducta fuit multa uirtute marita:
Sit cara: sit prudens: sit & integra moribus illa
Aequabunt mores secum mala nata probatos.
Infœlix sin si fuerit: cui fœmina neq̃
Nupserit: o quantæ uiuent in pectore curæ:
Quod sit ei nulla morbus medicabilis arte.
Sic animum transire Iouis mentemq; latere
Non datur. hoc in se probat haud impune prometheus.
Multorum licet is prudens rerumq; peritus
Esset: erant tamen hunc quæ lædere uincula possent:
Quin & Briarei fastum cottiq; Gygisq;
Vranus ut uidit pater admiratus eorum
Corporis ingentem molem spatiosaq; membra
Sicut erat: uasta terræ furiatus abysso

(c) 2007 Ministerio de Cultura

Iecit:& infernas ait en habitarè tenebras.
Hic dolor æternus lugentibus hic erit horror.
Iupiter haud multis posthac labentibus annis
Quosq; dei Rhea Saturno conceperat atrum
Vnanimes adeunt erebum:clausosq; gigantas
Exoluunt.uasti ualuæ sonuere baratri.
Consiliis auiæ rursus telluris in almum
Apparuere diem.caros nam terra nepotes
Cum tribus his docuit palmas ex hoste futuras.
Nec mora bellum oritur patruis Titanibus ingens
Cum Ioue.multa Iouem fratrum tutella leuabat.
Quicq recens stygias erebi liquere catenas.
Pars ea de summo librabat spicula cælo
Tæla.suis dedit editior Titanibus Othrys:
Incq Iouem & fratres uibratas fortiter hastas
Proiiciunt:pulsantq polum.tremit ille cadenti
Pœne par.arma dei trepidant.trepidantibuss arma
Porrigit:incq suos graue Iupiter excitat hostes.
Tanta fuit belli sitis & mauortius ardor.
Vt plusq̃ denos produceret arma per annos.
Ambrosiam in terra sociis apponit in escam
Nectareosq; palam calices:quibus illicet haustis
Iucundos subiit non pauca elatio diuos
Vidit:& inquit diuum pater atq; hominum rex:
Vos o terra uocat cælo quos coniuge natos:
Iam pridem bello multos absumpsimus annos
Sperantes decus & palam uirtute parare.
Hinc nos inde nocens non paruis uiribus hostis.
Eia agite inuictasq; manus uiresq; potenti
Pandite nunc animo:atq; Othrym expugnante superbũ

(c) 2007 Ministerio de Cultura

Haud certe immemores Ioueq; ductore soluti
Venistis.nostro stygiam superastis abyssum
Consilio nexusq; graues turpesq; tenebras.
Hæc ait.æquato respondit pectore Cottus.
Summe parens nobis haud ignorata profaris:
Nam neq; nos sensu neque nos ratione caremus.
Scimus enim q; sis diuum tutela paterq;
Q ui stygios coluere sinus infernaq; regna.
Adsumus en reduces misero de carcere passi
O hominum diuumq; parens indigna relatu.
Sed quid pro tantis meritis reddemus:in arma
Ire iuuat;belloq; tuas defendere partis.
Firmior hæc nobis mens est:certumq; sub alto
Pectore consilium;dicentem talia Cottum:
Ore auido exhausere dei.mars ergo calere
Incipit:& multo bellum clamore uocari.
Vna diiq; deæq; uocant:quos maximus olim
Saturnus natos Rhea pariente creauit.
Vidisses & quos gelido disoluit ab horcho
Iupiter:& nostrum traxit miseratus in orbem.
Instantis studio late gestire duelli.
Marte graues hilarant:uastis & uiribus arma
Expediunt:centumq; manus & brachia centum
Q uisq; gerit.capitum ex humeris fecundius agmen
Funditur.in ramos ea quinquaginta secantur.
Et iam dira cohors Titanibus obuia passim
Rupibus excisis saxosa uolumina torquet.
Titanum contra per agros fulsere phalanges
Viribus ingentes & ad omnia bellica promptæ.
Curritur:inq; uicem mixtum graue fluctuat agmen.

(c) 2007 Ministerio de Cultura

Clamatur.tunſum roboat clamoribus æquor,
Horruerat tellus.pulſum ſuſpira cælum
Edidit:& lachrymis ſeuiſſe putatur obortus.
Tantuserat diuum fragor:ut contuſus olympus
Nutaret:crepituq; graui concederet axis.
Ipſa nouos ſenſere pedum ſtupefacta fragores
Tartara:terribilis metui fuit undiq; clamor
Pugnantium & ſi qui uertiſſent terga ſequentum;
Interea mixtis uicibus dum tæla uolarent:
Aureaq; immanis ſtridor contunderet aſtra:
Ipſe deum pater haud ultra cohibere furorem
Nouit:at irata iam dudum mente coactas
Oſtentat uires.rapidos de nubibus ignes
Spargit:& a ſummo flammas intorquet olympo.
Fulgurei uolitant crines & fulgure peius
Eulmen,ab horriſonis erumpunt nubibus ambo.
Infremuit paſſim ſparſis ambuſta fauillis
Terra:nec arboreis ſiluis ſacra flãma pepercit.
Pontus & horrendis efferbuit æſtibus ingens
Oceanus.uapor aduerſos deſæuit in hoſtes.
Quin lux aerium cælotenus attigit orbem:
Titanumq; oculis immerſit clara tenebras:
Ne ue ſacro calor eſt uiſus ſplendore carere.
Haud ſecus hæc oculis uidiſſet:& aure patenti
Hauſiſſet ſpectator ibi ſi forte fuiſſet:
Quod ſi terra graui crepitu munduſq; coirent.
Terraq; per partes flueret:munduſq; dehiſcens
Sideret:& multa conuolueret aſtra ruina.
Horruerant fremitu uenti:lateq; coactos
Puluueris attolunt montes.tonat undiq; cælum:

(c) 2007 Ministerio de Cultura

Arma Iouis nec fulgur abeſt nec ab æthere fulmen:
Perq; graues uolitant ualidiq; per agmina uenti.
Fit fragor:heu quanta crebeſcunt numine lite.
Quantumquiſq; manu potuit:monſtrauerat hoſtis:
Nec prius abſtinuit bello:quam flectere cœpit
Vna per auerſos acies turbata maniplos.
Ante ferox nam Briareus Cottuſq; ruebant:
Quiq; Gyges nullam patitur cum marte quietem
Tercentum torquent pugnando per aera ſaxa:
Marmoreumq; manu graue de ſuper hoſtibus imbrem
Præcipitant.rapit umbra diem:denſantq; ſub ipſis
Cautibus horrendæ ſub lata luce tenebræ.
Fit fuga:ſubq; ſolum titania turba repente
Truditur:& ualidis ibi cogitur eſſe cathenis:
Sub ſtyge Tytanes cæco clauduntur & horcho.
Hinc tanto refugit ſpatio telluris orizon
Editior quanto polus a tellura recedit.
Ferrea tartaream ſpes circundedit aulam:
Quam circum triplicis nox atra uoluminis orbem
Implicat:& nimias auget denſata tenebras.
Sub ſtyge radices telluris & æquoris altum
Educunt caput:& ſuperas tolluntur ad auras.
Vltimus eſt illic terræ locus.horrida porro
Illuuies ſcatet:& fæuos alit undique uermes.
Talia Titanes uobis ergaſtula magnus
Iupiter indidit:& miſerum uos truſit in antrum.
Haud retroferre gradus licet.irreuocabile fecit
Ex herebo Neptunnus iter.duro hoſtia ferro
Cudit:& admoto murum conſtruxit in ære.
Briareus ſimul acceſſum Cottuſq; Gigeſq;

(c) 2007 Ministerio de Cultura

Obseruant:multaq; fide loca septa tuentur.
Illic sidereus polus infernæq; paludis
Regia concretis & tellus atra tenebris:
Et quod pacatis æquatur fluctibus æquor
Quisq; sibi proprios fines & flumina seruat.
Quis labor heu quales ibi uiuunt deniq; uermes!
Ordine cuncta carere putes.chaos omnia miscet.
Haud breuibus stygiæ repetuntur callibus ædes.
Esto q; in primo uegetus sit poste uiator:
Tartareæq; citus petat interiora paludis:
Longa diuturni prius orbita desinet anni
Quod medios illi sit fas intrare penates.
Hinc q; & hinc aditus turbo rapit.ille deorum
Numinibus plærunq; grauis sæuusq; putatur.
Scilicet hoc monstrum multa caligine noctis
Tecta notat:densisq; tegit sub nubibus aulam.
His coram cælum tenuisse promethea dicunt:
Infractasq; manus sublataq; colla gerentem.
Nox illic claruscq; dies uestigia dicunt
Mutua:perq; uices soliti sunt reddere uerba.
Nunc is ferratos nunc permeat altera postes:
Cumq; dies exit:nox intrat:cumq; ea limen
Linquit:aperta dies tenebris adit hostia pulsis:
Haud una manes habitant.ubi cesserit alter:
Non nisi decretam redit altera uiderit horam.
Lucidus is multo mortales lumine donat
Nubibus ista caput graditur uelata manuq;
Fert somnum somno mors est soror.ambo penti
Pignora dicuntur nocti:stygiamq; paludem
Vna habitant:quorum radiis nunquam attigit ora.

(c) 2007 Ministerio de Cultura

Seu sol cum scandit seu cum descendit olympum.
Ex his unus humi totoq; cubilia ponto
Somnus habet:dulcemq; homines dat habere quietem.
Alterius cor in ære riget.præcordia duro
Stant ferro.nihil est pietas quod molliat intus.
Quem primum capit:haud unquam crudelis habiro
Sustinet heu pariter superis infensior hostis.
Quin et tartarei latet infima numinis illic
Regia:prædoni qua persephonea marito
Iungitur:inuitis & eum uix accipit ulnis.
Infremit horrendum diris stridoribus aula.
Ante sedet canis immitis & custodia limen
Fraudibus aggreditur:si quis subit aduena.cauda
Blanditur.geminaq; procrax submurmurat aure.
Si reditum temptes:grauior non ille redire
Te sinet:infestos sed agens ab imagine uultus
Corripiet:uastoq; uorax te uentre recondet.
Infernum porro diuis metuenda baratrum
Styx habitat:canos uenerabilis ambulat annos.
Eminus a cælo depressam possidet arcem.
Grandia sunt cæcæ domui pro tegmine saxa:
Sculpsit in argento multas circum alta columnas
Atria:sidereo quarum caput imminet orbi.
Hanc prope Taumantis uersatur nata per altas
Aæquoris Iris aquas.Iouis est ea nuncia magni
Nam seu diis oritur grauior contentio:siue
Turpiter illorum linguam mendacia fœdent.
Aut iusiurandum præstent:uolat ocyor Iris:
Formosamq; auro stygiis in fluctibus urnam
Mersat:& hinc gelidum cælum super euehit:amnem.

(c) 2007 Ministerio de Cultura

Frigidus his annis: saxo quia decidit alto:
Subq; diu tellure natat: noctuq; nigrantes
Fundit aquas. styx oceani pars dena putatur.
Aequor & extantem reliquas circundere terram
Dicitur: inq; ipsum spumoso uortice potum
Præcipitant. superos tantum pars unica lædit.
Nãq; deum quisquis potuit periurus haberi:
Deprehenso talem luit his pro crimine pœnam.
Debilior totum recubat prostratus in annum.
Ambrosiam non ille dapem non nectaris ille
Fœcundo sacrum bibit e cratere liquorem.
Vox illi non ulla. trahit uix uiuus anhelam
Ore animam. iacet immiti sub tergore tectus:
Iamq; noui serus redit illi circulus anni:
Peste q; exilla fit liber. at altera maior
Rursus adest. nam lege nouem procul exulat annos
Et neq; sidereis mensis conuiua uocatur:
Consilium nec adire Iouis cœtusq; beatos
Huic licet: extremum iacet at depulsus ad orbem.
Interea decimum sibi conuertuntur in annum
Solis equi: mutæq; piant periuria linguæ:
Iamq; ablutus adest. uenit ad conuiuia rursus
Perq; choros: longam luerat qui crimine pœnam.
Mos ita iurandi diuis. tanto extat honore
Styx canas grandæua comas. iter illa natare
Angustum solet: & nullo corrumpitur æuo.
Hic obscura suos tellus & pontus & ater
Tartarus & magni cæli domus ordine fontes
Quisquis habet. quid quod sæuis loca uermibus illic
Horrescunt: animosq; deum formidine terrent.

(c) 2007 Ministerio de Cultura

Ferrea marmoreis durãt ibi limina portis
Continuis compacta simul radicibus hærent.
Hæc loca Titanes habitant:soliq; lacuna
Demersi socia soli caruere caterua.
Qui parti affuerant louis auxiliaribus armis:
Oceani uastas habitant sub gurgite sedes.
Cottusq; atq; Gyges generum deus æquoris altis
Ingemís ínſignem multa uirtute parentem
Immerítum rapuit quem ſcelerata manus
At tíbí nulla díes adímit pagane dolorem
Pectora nec placida triſtía nocte leuas
Pone precor gemítus ſuſpiría pone querelas
Nanq fugít nullum mors uíolenta caput
Sanguíne cæſareo latíi maduere penates
Et cecídít quí tunc omnía ſolus erat.
Nup(ut antíquos taceam)ſub templa deorum
Extínxít lígurum dextra nephanda ducem
Et non dum ſiccís oculís florentía fleuit
Coſmica quem tulerat tam pretíoſa domus.
Síc hodíe laudem quærit gens ímpía ferro
Q ui feciſſe uelít fortía: rarus erít.
Nam bene cuí ſubeunt tranſacte tempora uitæ
Morte poteſt aliis ingemuiſſe mínus.
Sí uenít ín mentem carí tibi uita parentís
Ad lachrymas certe dulce leuamen erít

(c) 2007 Ministerio de Cultura

Non ille admiſſi fuerat reus ullius unq̃
Nec male tam magnas fecerat æquus o pes
Sed bonus ætherei non memor omnia cœlí:
Egít:& innatæ religionis amans.
Scímus &afflictos quantum dílexít egenos
Vexabat quotiens corpora ſæua fames:
Hic genus egregium priceps ſine marte creatus
Paganũ quanto fulſít honore: patet
Non ílle inſídiís:nec proditione,nec auro:
Nec tenuit ſæua ſceptra cruenta manu
Nanq; ſibí populos propría uírtute ſubegít
Imperiunq; homíni machína nulla dedit.
Eſſet & egregíus lícet & perſtrenuus armís
Pectore cæſareo martía píla gerens.
Hic ſibí belligeros amiſſo princípe marſos
Deuínxít ſancta cum probitate fide.
Perq; íllos íntrat:perq; omnia tecta:per arces
Perq; omnes uulgo non renuente caſas
Níl & ínexpertum:nec quícq̃ liquít in auſum
Nec par ſit magnas fundere largus opes.
Donec parthenopes regí dedít omnía tuta
Cuíus ad aurículas & latus unus erat.
Rex ũbi cœleſtes alphonſus uíderat arces
Quam tenuít nullus gente tumultus erat
Ferdínandeo mox hanc parere coegit
Imperío & príſco fœdere ferre íugum.
Hoc duce pars regní quæ declínabat ad hoſtes
Oppída ſub ſolíta contínuere fide.
Quando fluentínum captũ deduxít in arcem
Píccínum peditum prouídus arte ducem.

(c) 2007 Ministerio de Cultura

Qui multo belli per marsos milite campos
Nescio quid meditans tunc faciebat iter
Insuper hic aquilam fracta iam pace rebellem
Ferdinande tibi reddidit arte pari.
Cuius consilii testis phederice fuisti
Vrbani fœlix qui pia regna tenes.
Tuq; nec ignoras quantus baptista fuisset
Celani o regis qui geris urbe uices.
Quid referam quanta populos sibi pace torebat
Nunc quibus haud dominus: sed pr almus erat
Hunc scelerata manus potuisti perdere ferro?
Hunc dare tam sæuis cædibus ausa uirum?
Non tibi bella pius: rerum nec furta parabat
Ate quæ petiit premia: regis erant.
Pro quo sponte quidem perpessus mille labores
Non timuit magno uictus amore mori.
Me quoq; dilexit teneris mansuetus ab annis
Nec mihi tam carus si genuisset erat.
Non semel & nostras laudauerat ille camenas
Quom cecini natæ quom generiq; torum.
Adde q; est aliud q; te pagane leuare
Et tua de lachrymis tollere corda potest
Viuitis extincto proles numerosa parenti
Dicere quam possis iam superare patrem.
De te nil dicam cui non modo martia plaudunt
Signa sed & musas cum cicetone sapis
Inde colis populos genitor quos iustus amauit
Carior es calabro sed genitore duci
Qui te promeritis patris dicione reponit
Et uoluit populis te dare iura tuis

(c) 2007 Ministerio de Cultura

In patrías maíor frater conuertítis artes
Q uí tecum fruítur carolus ímperío.
Prælía magnanímus tractare pedeſtría doctus
Inqꝫ ſuo ſemper tempore clarus eques.
Ille & pieríis (mecum) caput abluít undís
Subduxít ferulæ íam puer ílle manum
Q uí te ſubſequítur non degener arte ioannes
Díxeris hunc curíum fabrítíumqꝫ ſenem
Vltíme nec frattrum te conſtantíne ſilebo
Ingenua totus quí probítate nítes.
Ipſe tuam taceo ſanctam pagane parentem
Non facít ad numeros fœmína tanta meos:
Q uícquíd ením ſancti ueteres habuere ſabínæ
Q uícquíd & ad ueſtæ religionís erat:
Caſta pudícítiæ coluít lucretía quícquíd:
Sola tua hoc noſtro tempore mater habet.
Níl ego deqꝫ tuís ſcripſiſſe ſororíbus auſím
Díí quarum nullas cominuere preces!.
Hís potes & debes mentem mœrore leuare
Hís potes & lachrymís ímpoſuíſſe modum
Q uíd quod & æthereas raptus pater itrat i aulus
Et meruít ſuperos lætus adíre choros?
Frater (& hoc proſit) morientís lumína clauſit
Ad patrís accurens uenerat ílle necem.
Q uas íllí exequíe míro celebraſtís honore
Pulſarunt cunctos religione deos
Venít ad has multus uaría regione ſacerdos
Et ſtetit ante aras plurima turba pías.
pullati proceres funus comítantur & omnís
Ordo; ſed & matres; cum lachrymiſqꝫ nurus.

(c) 2007 Ministerio de Cultura

Díxit & orator: narraũit & ordíne laudes
Gæſta tui ſummas quas meruere patris.
Inde ſilicerni celebrant conuiuia fratres
Qualía non unq̃ maxima roma dedit.
Non potui (doleo) q̃ uos uoluiſtis adeſſe
Fudiſſem lachrymis & pía uota meis.
Eſſe tuí iuſtam cauſam pagane doloris
Quis neget? aut quis nam te ueret eſſe pium?
Cauſa quoq; ẽ magnos releues qua iuſta dolores
Nec laníes rigída pectus & ora manu.
Síſte precor gemitus: ac famam extendere factis
Nittere: mortalí ſtat ſua cuiq; díes.
Cantalycíi ín morte cynthioli fulgnatís diſci
puli ſuí elegía.
Rediderám magní iuſtiſſíma numía cœlí
c Hactenus & facíles ad pía ũota deos.
Credíderã cunctis benę geſtis p̃mía rebus
Seruarí: ac nulla deperítura díe.
Nec teneris adeo uirtute nítentibus annis
Parcarum tetrícas poſſe nocere colos.
Parcíte cœleſtes nec ſit míhí culpa faterí
Quod careant ſancta numína ueſtra fide.
Præmía crímínibus tantum datís omibus ãpla.
Parcíte uirtuti premía nulla datís.
Neſtoreos quiſq̃s uitam producere ín annos
Optat: & euboícæ ſæcula longa deæ:
Sit malus: índoctus: fallax: ſit carcere dignus.
Longa uídet uitæ tempora nulla bonus.
Pretereo quales & quos rapít atropos uſq̃
Ingenio claros & probitate uíros.

(c) 2007 Ministerio de Cultura

Nóne nephas magna? non ne execrabíle crímẽ?
Scuire ín pueros quí ſapíere ſenes.
Crímíne quo mortẽ tenerís tã doctus ſ annís
Cynthíolus potuít nunc meruíſſe meus
Bſſienas quoníã uíx ıam numerabat arıſtas
Mors puero ínıecít quom uíolenta manus.
Quattuor o facínus duce me tua docta ꝑ annos
Caſtra nec ígnauos phœbe ſequutus erat
Nam puer aonías tam plene exahuſerat undas
Pegalídũq; bonus eſt cícerone líras
Non foret ut toto puer hoc ſapíentíor orbe
Nec ſít poſteritas huíc habítura parem.
Heu fera:trux:atrox:fallax: uíolenta malígna
Heu heu delítíis mors ínímica meís
Ille tuís elegís non ínferíora tíbulle
non etíam fecít naſo mínora tuís.
A eolíasquotíens pulſabat pectíne chordas
Alcaícã cecínit carmína digna líra.
Cumq; maroneas muſam exercebat ín artes
Auſus erat grandí ſcríbere bella tuba
Nec mínus egregíe puer híc epígrãmata fecít
Quæ ſalís & fellís non habuere parum.
Quíd ꝙ adequabat ueteres ſermone pedeſtrí?
Quno uelox:promptus: candídus:altus erat.
Iam quoq; íungebat grecoꝝ grãma latínís
Multaq; ín extremís græca locutus erat
Quíd dícam quíd nã puerí de moríbus huíus?
Vnus ab angelícís uenerat ílle chorís.
Rellígionís amans:caſtus ſermone modeſtus:
Humanus:placídus:officioſus erat:

(c) 2007 Ministerio de Cultura

Lasciuãs iuuenum prudens uitare cateruas
Vnde potest turpes sumere uita notas
Cum pueris puero ludendi nulla uoluptas
Sed musis totos tradidit ille dies
Atq; aliis tota fugientibus urbe magistrum
Cyntiolus semper me comitatus erat
Vtq; mei lateris custos mihi semper adhæsit
De me cum docta pallade multa loquens
Quomq; aderant nimiũ ꝓperãtis tẽpora noctis
Inuitus semper dixerat ille: uale
Crudeles nimium superi: crudelia cœli
Sidera: crudelis tu quoq; carce puer.
Qui me tam subito cœlestia regna requirens
Deseris: o ludi gloria sola mei.
Exierat nondum morienti spiritus omne
Ad te quom ueni terq; quaterq; uocans.
Non licuit nobis gratas tibi reddere uoces
Perdiderat solitum lingua misella sonum.
Teq; tenens dextra rursus rursusq; uocaui
Spiritus in cœlum sed celerabat iter.
In me conuersos uidi (nec fallere) ocellos
Et puto tentabas reddere uerba mihi.
Sed uetuit lachesis tibi stamina pulla recidens
Et me perpetuis exhibitura malis
Mœsta dolore tacent ludi tot cantica nostri
Omneq; disperiit te moriente decus
Concutit ac magnis singultibus ora iuuentus
Quæ tecum nostras læta bihebat aquas.
Et fera quom primũ nimium te fata tulerunt
Care puer nostræ conticuere liræ

(c) 2007 Ministerio de Cultura

Decreram infœlix merita tibi tempora lauro
Cingere tam doctas & decorare comas
Nanq; iter cunctos hac tempestate latinos
Solus apollineo munere dignus eras.
Iamq; aderat preclara tuis lux dicta triumphis
Iamq; aderant capiti laurea ferta tuo
Inuida sed nostris nocuerunt sydera uotis
His me delitiis quæ uetuere frui
Sed quod non potui uiuum celebrare: uolebam
Defuntum merita cingere fronde caput
Quom mihi nõ placida patru9 tu9 obstitit aure
Ne foret hæc populo pompa superba nimis
Impia si misero saltẽ hoc mihi fata dedissent
Nescio quod lachrymis dulce leuamen erat
Clauserunt igitur sine me tua mẽbra sepulchro
Funera non potui tristis acerba sequi.
Heu cadit in superos tantum feritatis & iræ?.
Factaq; num tangunt tam scelerata deos
Quod sapiẽs fuerat: iustus: pius æquus: hõestus
Cynthiolus celeris premia mortis habet.
Ergo tua in luctus mutasti gaudia magnos
Et crucias gemitu pectora mœsta domus
Quaq; merebarie dici uelut altera tempe
Et phebi sedes thespiadunq; domus.
Nubila deposito tenebrosaq; facta nitore
Esq; repentinis squalida tota malis.
Nec tua tam teneri tristatus morte poetæ
Tecta colit phebus tespiadunue chorus
Quæ tibi castalii lambebant atria fontis
Vertisti in lachrimas flumina amena tuas:

(c) 2007 Ministerio de Cultura

Et tibí ſpes amplas rapuerunt fata nepotis
Patrue: carus erat quí tibí luce magís.
Quem tibí ín adriacis moríens legarat ín orís:
In cælum genitor quom rediturus erat.
Quiq; meduſeas pariter cum fratre tot annos
Germane hauſiſtí me duce frater aquas
Concutís aſſiduís ſingultíbus ora: ſolebas
Carmíne: pierios me modulante ſonos
Inde: quod ínfandum ſcelus eſt: te funera fratrís
Cogunt phœbeis uertere terga chorís.
Non tamen hoc míror: míror te uíuere: nanq;
Amíttís ſtudíí quí tibí calcar erat
Has ego fundebam medíoq; a corde querelas
Laxabatq; altus me ſíne teſte dolor.
Exhauſtum gemítu quom me: feſſũq; dolore
Preſſit: & a lachrymís uix reparata quíes.
Sed tamen ín ſomnís pueri fata ímpía flebam
Grata quíeſcentís non erat ílla quíes.
Tum míhí ſyderei uíſa eſt per ínanía cœlí
Candída de ſummis turba uenire thronís.
Vírginei uultus cunctis: ſtola candída cũnctís
Angelícis qualís dícitur eſſe choris.
Aurea cíngebant radíantes ſerta capíllos
Aurea ſuccíntæ fibula ueſtís erat:
Cantabant tenuí plectentes pectíne chordas
Mille ſed harmonícís carmína íuncta ſonís.
Non erat humanus: qualem rhodopeíus heros
Nec qualem ín tímidís luſit arion aquís
Nec qualem ín ſiluís uernantíbus arbore ramí
Docta uel in caueís emodulatur auís.

(c) 2007 Ministerio de Cultura

Sed quo tranquilla tantam regione fruuntur
Ante deum factis qui meruere locum.
Hinc mihi uisa fuit uox me monuisse parentem
Qui q̃uis lassus nil uisi fletus eram
Tolle tuas tandem lachrymas depone querelas
O mihi qui dederas bellerophontis aquas
Parce precor iusti crudelia sidera cœli
Dicere crudeles dicere parce deos.
Non habet iniusti cœlestis regia quicquam
ꝯ pensitat omnipotens omnia lance pari
Cerne: nec inuideas: quæ sint consortia que sint
Cynthioli quem fles gaudia cerne tui.
Has gregis angelici circum me cerne choreas
Non eget hæc lachrimis uita beata tuis
Quid lachrias? morituras erã: morituraq; mũdi
Turba: manent uitæ te quoq; fata tuæ
Fœlicem dicas teneris cui contigit annis
Cedere seruitiis & sine labe mori.
An melius fuerat per longæ tempora uitæ
Virtutem uitiis commaculare meam?
Ante dei optatum merui diadema tribunal
Parce queri & lachrymis iã precor adde modũ
Ipse quidem pro te supplex humilisq; precabor
Vt faciles ueniant in tua uota deos.
Sic meritus fueras deme uenerande magister
Vt nequeant animi nec tua facta mori.
Dixit & ætheras lætus remeauit in auras
Insertus numeris angelicisq; choris.
Me puer & somnus pueri cum uoce reliquit
Nec licuit misero reddere uerba mihi

(c) 2007 Ministerio de Cultura

Sed tamen immenſos iuſſus lenire dolores
Non potui lachrymas non renouare meas.
Nanq; licet teneat cœleſtia regna beatus
Cynthiolum lachrymis proſequar uſq; meum
Te tenuit moriens dextra: morienſq; rogauit
Hæc tibi quod forti mente ferenda forent.
Nouerat illa ſuæ caſtiſſima tempora uitæ
Eſtq; ſibi naſci non ſibi uiſa mori
Quid gemis albieram quæ te ſuper alta morat
Sydera: non lachrimas talia fata petunt.
Ipſe fluentinis nuribus dimitte querelas
His madeant lachrymis ora ſinuſq; gemant.
Vtq; tuos ualeas leuius mollire dolores
Cerne quibus quæſo ſit ſita nimpha locis
Curaq; quom primũ ceſſauerit atra memento
Illius in numen thura merũq; dare:
Hoc dea nõ lachrimas gemit9 nec poſcit amaros
Hoc ſunt albieræ numina digna tuæ.
Fœlix cui licuit fidam ſixmunde tonantis
Cauſidicam celſos inter habere thronos
Ad Sigiſmundũ ſtuphã florentinũ.
q Vot tua clara fuit cumulata fluẽtia dãnis
Extulit albierã quom libitina tuam.
Non ſine me cogis ſixmunde referre dolore
Atq; iubes lachrimas me renouare tuas
Illa quidem populi luctus docet omnis aperte
Qui nondũ pullas depulit urbe togas
Quis ſiſmũde tua quis uidit in urbe pudorem
Albiere poſtq̃ perdidit ora ſuæ?
Quis formã: qs frontẽ: fidẽ: moreſq; deculq;

(c) 2007 Ministerio de Cultura

Exqũo coniugíi uincula ruere tuí?
Cuí collata licet lucretía casta fuíſſet
Iudíce me certe græcula thaís erat.
Pro qua uírgíne ſpreuíſſet amatæ
Apíus íngeſſit cuí fera bella uenus
Montíbus ancípites feciſſet oreades : íſſet
Non hos ulla díes mínuet: non hora: dolores
Sed totum ín lachrymas hoc uolo corpus eat
Neue fleam ſolus: ſígnabo carmíne ſaxum
Quoſunt cínthíolí condíta membra meí.

Epítaphíum.

p Erlege qui trãſís: íacet hoc puer ílle ſepulcro
Tempora cuí ſímílem non habuere ſenem
Nomíne cínthíolum merito ſchola tota uocauít
Quod puer íngenío cínthíus alter erat
Víx duoluſtra puer bína cum meſſe uídebat
Exuít extincta cum modo luce díes
Contícuit phœbus lachrymauít docta mínerũa
Píerídes flauas depoſuere comas.

In morte albíeræ florentínæ puellæ elegía.

s Ilachrímas unq̃ magní meruere dolores
Funera ſi ſparſís dígna fuere comís
Solue tua crínes nunc orba fluentía nympha
Et ſonet ín mœſto pectore crebra manus.
Ah nímium uírídí tantus flos occídít æuo
Ah decus ah quantum ſuſtulít una díes
Illa tuis quondam formoſa corona puellís
En íacet ín tepído dulcís alumna rogo
Ipſe pudor caſta flet triſtía fata parentís
Et tu germanam nos uerecunde tuam

(c) 2007 Ministerio de Cultura

Aſpice quanta precor lachrímarũ flumia poteſt
Naíadum laceri nereídumq; ſinus.
Extínctam ueluti dryades ſi forte díanam
Lugerent: comptas depoſuere comas
At cui corda deus tam ferrea pectore fecit
Vt uideat ſiccis talia fata genis?
Proh dolor alphei uix tertia palma puellæ
Contigerat: filum quom ſecuere deæ.
Neſcia mors hominum uitæ dare uota caducæ
Ante díem nímium quæ placuere metit.
Immo uel impoſita fatorum lege tremenda
Falce rapit toto quícquíd in orbe uidet
Nunc marti galeas & fortía pectora bello
Surripit: hos triſti funere mergit aquis
Nunc miſeris natis charos rapuiſſe parentes
Gaudet & indignis impoſuiſſe rogis
Dulcía dematrum gremio modo pignora tollit
Vbere nec parcit diripuiſſe pio
Nunc noua coniugii fœlicía fœdera rumpit
Diuiditur charo dum noua nupta uiro.
Nec ſixmunde tibí doctiſſime dira perpercit
Abſtulit albieram quæ modo falce tuam.
O fœlix ſponſa fœlix o ſponſa marito
Tempore ſi longus hic hymenæus erat
Fœlix nempe torus nimium fœlixq; cubile
Cernere nos una ſi licuiſſet erat.
Illa tibi lunis toridem quot uixerat annis
Vixit ad arbitrium pacta puella tuum.
Sed tibi nulla pium moueant ſuſpiria pectus
Vincat & expertum nulla querela uirum.

(c) 2007 Ministerio de Cultura

Pallída non errat nígras tua ſponſa per umbras
Nec tímet ínfēnum candída uírgo canem
Cœlitíbus eſt íuncta píis ex míxta choreís
Quas pía uírgíneum uexit ad aſtra decus
Illa nec ignotis moríens deceſſit ín orís
Nec íacet ínſyluís dílanianda ferís.
Chara parens natæ morientís preſſit ocellos
Et patría lachrímans corpora texít humo
Híc eſt ílle cato quem tua menſa probat.
Heu facínus doctís uox faucibus heret anhelís
Heu ueterem línguæ non habet ílle ſonum
Vos o pierius cœtus precor omnis ad íllnm
Martía qui colítis mœnía ferre pedem
Splendída campano facundaq; língua redíbit
Quando poetarum ſenſerít ille manus.
Mitte ſed ardrígenem ſubito papienſís ab urbe
Oſſa machaonía quíleuet arte uírí.
Ecce poetarum properauít turba manuſq;
Campano lachrymans contigit ílla ſuo
Ecce machaonías artes papíenſís ab urbe
Míſit: ut e tríſtí ſurgeret ílle toro.
Ille ſuos tantum reſpexít ínora poetas
Ad nomen urgílans ſed pipienſís erat.
Ecce tenet laſſum uatem paganica tellus.
Ruſtícus heu facínus ſi rapít oſſa locus.
Illa prẹcor cures ferri papíenſís ín urbem
Abſtulerít nobís ſí líbítína uírum.

Epítaphíum campaní epi.

c Ví laurus phœbus dederat: cuí rõa galerũ
Híc ſíta campaní preſulís oſſa cubant

(c) 2007 Ministerio de Cultura

Hiſtoria eloquum muſæ ſiluere latinæ
Curia congemuit mors fera quanta rapis.
Epitaphium beatæ finæ ſiluiæ.

h Oc in marmoreo nitẽs puellæ
Corpus uirgineũ iacet ſepulcro
Finã nomine quam pater uocauit
Finem pectore quod bonum colebat
Vix luſtris patriam tribus uidebat
Sanctos paruula quom choros adiuit
Gens hoc ſiluia quæ petis ſacellum
Cæli delitias: decus: pudorem
Vno reſpice quo tuam ſepulchro.
Epitaphium beatæ finæ ſiluiæ.

a Spice marmoro iacet hoc tua fina ſepulcro
Siluia gens patriæ dulcis alumna tuæ
Cambius hanc genuit: terris uix terna uidebat
Luſtra fuit ſuperis quom ſuper aucta choris
Narmoris urna quidẽ parua ẽ ſed claudit̃ illa
Vita decus pietas mos: pudor: alma fides.
Epitaphium gerardi ſiluii.

f Locul9 ethruriæ iacet hic: ne curre: parũp
Fige gradũ ad tumulum ſæuaq; fata lege
Siluius hic patria nomen dixere gerardum:
Quatuor haud totas uixit olympiades.
At ſi quæ fuerit quæris cognoſcere uirtus
Caſtalias nigras cerne per arua deas
Epitaphium pauli põtificis.

e Ccleſiæ culmen: cuſtos pietatis & æqui
Hoc tumulo paulus mẽbra ſecũdus habet
Aſtra polus: pontus: mutatis ordine rebus

(c) 2007 Ministerio de Cultura

Ferre necem tanti non potuere uiri.
Pectore plena tuo silicis sint robora dicam
Hæc pia ni lachrymis plena sit urna tuis.

Epitaphium rustici. ensi.

r Vris delitiæ. decus. triumphus.
Paruo rusticus hoc iacet sepulchro
Ensi rusticus ille tam facetus.
Ensi protulit ille dum canebat.
Ensi referat ille dum minatur.
Ensi principium dedit loquelæ.
Ensi protulit ille dum bibebat.
Ensi protulit ille dum comedit
Quando cothurnatæ si cões illa deæ
Hũc cũ pdiderit tua clara fluẽtia florẽ
Iacturã patriæ nõ uidet illa leuem.
Flebile plꝰ illud: ppꝛus qd' pdit alũnę
Quã signat lucẽ nomẽ in orbe suæ.
Tu qd' tã meritas cõpescas mẽte q̃relas
Acẽipe quid rebus deprecor ipẽ tuis
Altera iũgat' thalão tibi nipha futuro
Quæ leuet albieræ dulcis ab ore siti.

AD papiensem de ægrotante. campão epõ.

e Rgo ne sic stygias ibit cãpanus ad undas?
Ergo ne pieridum fama decusq; cadet?
Ergo ne campani truncabunt fila sorores?
Ergo ne perpetuo est sic tacitura ghelis?
Ergo ne crudeles superi campane cothurnos
Et latios poterunt dissoluisset pedes?
Ergo suum columen flebit iam mœsta poesis
Campanum fusis ante sepulchra comis?

(c) 2007 Ministerio de Cultura

Ergo ne cantalycus tam triſtia funera cernet?
Ergo ne cantalyci ſpeſq; ſaluſq; perít?
Ergo ne ſic homini galieni dogmata proſunt?
Erg one ſic medice conſuluiſtis aquæ?
Ergo ne phœbe tuis hæc datur præmia caſtris.
Sunt hæc rulitiæ præmia phœbe tuæ?
Ergo ne cantalyco terris moriere relicto
Ergo ne campanum mors mihi ſæua rapit?
Huc ades: ecce tuus magnus papienſis amicus
Qui prope perſephones terra fluenta ſedet.
Hæc eſt ille tuæ ſemper gratiſſimus aulæ
Carpſiſti totiens cuius ab ore ſales
Hic eſt ille tuos cecinit qui ſæpe triumphos
Enſi protulit ille dum cacauit
Enſi dum moritur miſer reliquit.
Siluanus: ſatyri: pales: dryaſq;
Enſi collachrimant: dolent: gemuntq;

Epitaphium antonii corteſii.

q Vo ruis: ecce uide: quanti ſit mũdus inãis
Otam ſecuro qui pede carpis iter.
Hoc ſua magnificus correſius oſſa ſepulchro
Condidit: ethruræ qui modo creſus erat
Curia non potuit mortem: non ampla morari
Gara nec æreo uertice celſa domus
Siluius urbe fuit: patria lig ur: & ordine tanta
Inter apoſtolicas non erat ulla manus.
Luſtra decem uixit coniunctaq; meſſibus octo
Vidit & extremum cum pietate diem
Sed fleuiſſe nephas morientis lumina clauſit
Coniunx cũ tota titia progeniæ

(c) 2007 Ministerio de Cultura

Epitaphium alexandri cinucii senẽsis pũeri.

h Ic modo qui toti tam flebilis occidit urbi
Claudit alexandri mollia membra lapis
Vix heu quinta meos mereris uiderat annos
Neuit atrox pullum quom mihi parca diem
Sirenas cantu potui superare: liraq;
Orphea: collatus phrix mihi maurũs erat
Patria sena fuit proles cinuccia uates
Clara puericiæ fama fuere meæ.

Pro eodem.

u Idisset phrigii quom iam barbata ministri
Asperaq; supremus iuppiter ora sui
Quis iam quis superi mihi qui carchesia libet
Dixit & ambrosiam qui mihi ponat erit?
Quærit in ausonia tota quom turba deorum
Tuscus alexander hic uenũs inquit erit
Protinus aspecto summus deus arsit ephœbo
Et pro deposito nunc ganymede tenet.

Pro eodem.

p Vo uadis hic situs est alexander cinũcius
Senensis puer sydereus: qui quom uix lustris
Tribus. mortales forma pudore: cantu.
Phidibus ultra hominem oblectasset
Inuidere superi: illumque cœlo intulere.
Patria tumulauit: poetis creauit ingenium:
Musarum chorus siluit. Ab.

Epitaphium ducis mediolani.

h Ac ligũrum iaceo galear dux inclitus urna
Maximus hesperiæ qui tremor unus eram.
Desperans: audaxq; manus: temeraria: fallax

(c) 2007 Ministerio de Cultura

Proh ſcelus in ſacra me dedit æde neci
Plurima cæſareæ tacentur uulnera cædis.
Auſa fuit maius unica dextra nephas.

Epitaphium ducis burgundiæ.

c Vi fera ceſſiſſet pugnacis dextera martis
Parua hæc burgundum cõtegit urna ducẽ
Terruit hic gallos olim regemq; fugauit.
Atq; leodinum iecit in arua focos.
Sub iuga germanos parta ditione redegit
Dum fugat attonitas cæſaris illc manus.
Hoc duce depulſum non perdidit anglia regem
Denicq; militiæ fama tremorq; fuit.
Præmia q̃ poterat cum iam meruiſſet in armis
Cuncta: lothoringa concidit ille manu.

Epitaphium gaſparis ueronenſis.

h Ic ſitus eſt gaſpar q̃ ſecũ grãma poeſim:
Rhetoricen, latiam clauſit & hiſtoriam.

Epitaphium domitii oratoris & poetæ:

i Ngenio cuius ſurrexit culta uetuſtas
Parũulus hic domiti comprimit oſſa lapis
Sedis apoſtolicæ norat ſecreta: retexit
Omne quod obſcura nocte poeſis habet.
Peſtis in undecima rapuit trieteride uatem:
Heu heu muſarum curia pernicies:

CAntalycii epigrammaton liber, viiii.
ad polydorum cæſenatem.

Gantalycius polydoro ſuo. S.

q Vemadmodum in prima epſa ſum præ
fatus mi polidore camerinus priceps iu
lius cæſar uaranus partem meorũ habuit epigrã

(c) 2007 Ministerio de Cultura

matum. rogatu eni hortatuq; amiciſſimi mario-
cti fulginatis qui eius intimus eſt familiaris: il-
lius principis uitam ſimul & geſtorum parte bre-
uiſſime percurri: dedimus & huic libello in uolu
mine locum. quem tu cum cæteris perleges dili-
genter. nam nec pricipis tanti uita nec tibi fortaſ
ſe mea de eo epigrãmata diſplicebũt. bene uale.

Ad lectorem.

d Iligis & laudas qui cæſaris arma camertis
Scire q̃ perbreuiter uiuat ũt ille cupis:
Hunc lege: ſed placida quæſo te fronte libellum
Hæc ego quom ſcripſi non paraſitus eram.

AD cæſarem uaranum.

q Vi regis armigera cæſar regione camertes
Et fueris populis qui ſine fraude tuis:
Si potes a magnis differre negocia curis
Et uatum placido ſi legis ore iocos:
Perlege cantalyci princeps aliquando libellum
Sic tuus haud trepidet martia ſigna puer.
Vlla nec obſcænæ prurigínis arma timeto:
Nanq; uerecundos fert mea muſa gradus.
Cui tu pande fores mitiſſime cæſar & aulas:
Quanq; nites ſemper munera fronte cape.
Parua quidem dedimus multo maiora daturi
Hæc tibi ſi magni muneris inſtar erunt.

Ad libellum.

q Vid quæris iubeam tibi libelle
Vatis ſumere iuſſa preparate.
Clari cæſaris atrium require
Recto numine qui regit camertes.
Primum nomine dic meo ſalutem

(c) 2007 Ministerio de Cultura

Flexo poplite cruris útriuſque
Illí munus eris meum líbelle
Quo níl rectíus eſt ín orbe ꝙcq̃
Níl humanius eſt decentíuſque
Solus caſtalías foũet ſorores
Solus pfruítur domí minerua
Hic iuris ſapíens habet peritos
Illínc ínnumeros habet platones
Illíc archígenes habet ſalubres.
Illíc ſídera quí ſciunt: notantqꝫ
Illíc pierios habet marones.
Et míracula magna quís negabit.
Eſt cum cæſare ueſta ſanctítaſque.
Quíd ſtas? íam celera gradum líbelle.
Sunt íam ſunt tibí cæſaris parata:
Iam ſunt atría príncipís recluſa.

Ad líbrum.

e Rgo líber quæ ſínt adeundí tempora q̃ris
Príncipís ut noſtros perlegat ılle íocos.
Ocía ne rumpes primum ueneranda caueto
Nanqꝫ nec ígnauos præterít ılle díes.
Nunc cũ marte ſuo quæ geſſit bella retractat:
Nũc urbís patriæ mœnibus ílle uacat.
Nũc audít populos: nõ tradít íura: regítqꝫ
Nũc fundít ſupís uota preceſqꝫ deís.
Nũc uenatur apros: leporeſ: ceruoſqꝫ fugaceſ.
Nunc fruítur pueri moribuſ ílle ſui.
Quom redít ad menſaſ tandem cũ cõíuge læt9
Tunc erít auſpicíiſ tempuſ: & hora tuíſ.
Seria tunc ceſſãt baccho tũc omnía rident

(c) 2007 Ministerio de Cultura

Tunc ſibi plus domino geta: ſyruſq; ſapit.

Ad cæſarem ua.

u Nde tibi dicis mittam fortaſſe libellum
Fulginiæ a nitidis mœnibus ille uenit.
Audit ubi noſtras muſas cirrata iuuentus.
Viuit ubi & uitæ candida fama tuæ.
Sed qui te ſequitur uero Mariottus amore
Me quoq; qui toto pectore ſemper amat.
Sæpe tuas nobis memorauit in ordine laudes
Retulit & martis fortia facta tui.
Mox ego uirtutum motus ratione tuarum
His tibi nunc uolui dicere cæſar auæ.

Ad cæſarem.

n On mix eſt regni cæſar qd pace fruaris:
Deque tui populi te grege quiſq; colit.
Quos aliæ metuunt gentes odore tyrannos.
Diligit obſeruat gens tua teque colit.
Nanq; tuas cunctis prebes & porrigis aures.
Cunctorumq; pia fi onte rogata facis.
Inſipit haud diues premitur nec pauper apud te
Diuitibus prebes pauperibuſq; locum.
Rem facis & dominus quã nondũ fecerat ullus
Vt qui te metuit non minus omnis amet.

Ad cæſarem uaranum.

q Vam tua é grauitas quãta é cõſtãtia cæſar
Inq; tuo uigeat pectore quãta fides:
Dicat apoſtolicũ princeps uenerande tribunal:
Pro cuius ponis ſæpe ſalute caput.
Sponte tua icurſus: aduerſaq; tela repellis:
Et iuuat ardentes conſeruiſſe manus.

(c) 2007 Ministerio de Cultura

Inde tibí magnos paſtor romanus honores
Perderet & rutílus mente ſenatus habet.
Te duce barbaricas ſperat depellere gentes:
Quæ quatiunt ſæua regna latina manu.
O q̃ certa tuo puero tutela paratur:
Dum pius eccleſiæ martia ſigna geris.
Víue díu fœlíx cumeæ ſæcula uatis:
Inuídeat regnís nec breuíſ aura tuís.

AD cæſarem.

q Vom mó pthéopes rex debelaret ethruſcos
Allexít latios í ſua caſtra duces.
Inſubres lígures: æquos. marſoſq; ſabellos
Et quí flaminiæ regna p arua tenent.
Deq; tua cæſar ducís regione camertes
Seruít magnanímus cui camerínus ager.
Pars bona ſed ſubíto cũ defeciſſet ad hoſtes
Seruaſtí antiquam regís in arma fídem
Vnde illí inuídiã ſíbí contraxere perennem
Tu tíbí regís habes ad tua uota caput:
In duce fama potens non ſunt me iudíce uíres
Sed pía cum ſancta relligíone fides.

Ad cæſarem ua.

a D iuga pírepta tuſcís regíone redactis:
Et poſtq̃ licuít cuíq; redire domum:
Vt tua parthenopes regí magís ampla pateret
Cæſar cum tota religíone fides.
Míſiſtí ad regem natum mandata ferentem
Plurima; & ís magni pígnus amoríſ erat
Hannibal íſ fuerat quem non dũ luſtra uidebãt
Quatuor: & líbícus hannibal eſſe poteſt

(c) 2007 Ministerio de Cultura

Qui fuit adueniens tam miro acceptus honore.
A rege ut possis dicere: certus amor.
Hunc tu seruato magni tibi numinis instar
Nil tibi quod timeas hoc duce cæsar habes

Ad eundem:

i Am pp̃os spectas securus ab urbe camertes
Tuq; iam regnis omnia cæsar habes.
Quæ tantos poterit iam sternere machia muros
Quis poterit regnis bella mouere tuis
Horrida præcipiti ministri mœnia ripa
Quæ facis humana non adeunda manu.
Quis spoletinas tollat iam laudibus arces?
Quis uolaterra tuas? narnia quisue suas?
Cerbere mauthmetis pandis qui signa prophãi
Regna tibi sapiens inuia cæsar habet.
O cia qui cupitis reges tranquilla latini
Cæsaris exemplum sumite quisq; sibi.

AD eũndem.

n Vlla uiris pietas qui bellica castra secũtur
Dicebat uates horrida bella canens.
Sed tecum cæsar sanctus cum marte furente
Viuit & assiduis religionis honos.
Vespere compositis post magna negocia cũris
Mane rogas magnum supplice uoce deum.
Sic tibi religio cælestes reddit amicos
Martia quis melius te gerere arma potest?

Ad eundem.

n Omen laudibus omne cæsar amplis
Accessit tibi. corde quod nepotes
Vero diligis: & pie gubernas

(c) 2007 Ministerio de Cultura

Hæc ſunt príncípe dígna cæſar alto
Gentes quas regít & ſuas amare.

Ad eundem.

r Eſpíciunt faciles dííte: fortuna ſecundat
Cuncta: fauent uotís numína cũcta tuís
Ludít in armigera cæſar tíbí fílius aula
Cuí uix quarta mícans pulſat ariſta caput.
Quẽ tíbí quom peperít lecti ſanctíſſima conſors
Naſcenti uultus fínxerat alma uenus.
Ingenium pallas dedít & díana pudorem
Teqꝫ tener totum moríbus ille refert.
Quos ut palladias melíus formaret ín artes
Effíngít leuíter dum rota molle lutum.
Ire íubes tetrící puerũ ſub íura magiſtrí
Vírtutís rectum quo duce carpit íter.
Candíde cuí merita fulſerunt tempora bulla
Et ſapís aonías: & bíbís unus aquas.
Te duce fac tales uenantíus ímbíbat undas:
Eſſe tíbí maíor gloría nulla poteſt.

Ad eundem.

n E male ſub díuo moríbũda íaceret egeſtas
Aegraqꝫ ne míſera poſſet obíre fame.
Extruís hoſpitíí cæſar pía tecta paraſqꝫ
Naſcuntur noto quí ſíne patre locum.
Quís non míretur tantam cum marte díanam?
Quæqꝫ tua ſemper uíuít ín urbe fídem.
Quí te ígítur longos cæſar non optat ín annos
Víuere: ſeranos cernat ín orbe díes.

Ad Cæſarem.

q Vom peteret gades troíanus orígíe cæſar

(c) 2007 Ministerio de Cultura

Quo bene romanus tempore queſtor erat.
Díxít alexandrí tríſtatus imagine magní
Heu heu ſic noſtrí præteríere díes?
Híc ſibí tam íuuenís totum ſubmíſerat orbem
Nos dígnum fama geſſimus ecce níhíl.
Hæc tíbí non tangunt cæſar ſuſpíría pectus
Quí uíridí fortis tempore cæſar eras.
Egregie geſtis rebus tua maxíma uírtus
Sub piccínínì cognita marte fuít.
Cuius adhæſíſtí caſtrís anímoſus & armís
Subque tua bellí caſſide fulmen eras.
Quam bona contríbuít tibí cæſaris oía nomen
Cæſar es & primo tempore cæſar eras.

Ad muſam de familía íulíí cæſarís.

Ic íam cæſaris alma díc athenas
Doctas carmíne quas habet thalía.
Seruant atría martiæ cohortes.
Fantur cæſare cum pío camenę.
Non tríſcurría uana: non petaurí
Luſus comparat ílle: non ínanes
Saltantís numeros fouet bathyllí.
Illínc candídus omne cuí deſertus
Mumen caſtalię ferunt ſorores
Paſcít príncípís ora: pectus: aures:
Hínc quem narnía míſít utríuſqȝ
Iurís maxímus & píus profeſſorí
Magna palladís arte monſtrat artes
Et mores domíní gerít uíceſqȝ.
Quíd dícet benedícte quíd referre
De te cantalycus poteſt líbello?

(c) 2007 Ministerio de Cultura

Solus pectora cæsarísq; curas
Omnes qui sapís & benígnus audís
Adte quí ueníunt memor decorí
Vírtutes taceo quís abdít íllas?
Sed debes nímium deís profecto
Q uí te coníuge sanctíus bearút
Cuí lucretia cedat & sabínæ.
Est frugí euganeís magís pũellís
Et forma superat paris lacenam.
Interpres iacobus ílle legum
Fídas expedit hinc & índe causas
Scríbarum taceo chorũm sonante
Et mensís nítidos pares camíllos
Q uí magnas domío dapes mínistrãt

Ad uxorem caes.

Equíbus quæso referam camenís
Cæsaris coníúnx ueneranda semper
Te quibus uates merítís ioanna
Laudíbus ornet?
Q uis tuos posset numerare honores?
Q uís tuos mores referat pudícos
Non habet certe celebranda quales
Sancta uetustas.
Sí quíd ín terris pietatis extat
Siquíd & íusti uídet orbis: in te
Cernítur: nil est melíus nec usq̃
Sanctíus est te
Díua lesboo celebranda plectro
Paruulus tantum tibí nec poeta
Et suum coram rogat ut líbellum

(c) 2007 Ministerio de Cultura

Cæſare laudes

Ad caeſarem.

n On potuít clarus laxare demetri9 iſthmon
Arcta quod ílla nimís nabílís unda foret
Auſus ídem cœptís cauís tentare ſiníſtrís
Infauſtum mæſta mente relíquít opus
At tíbí peſtíferas lícuít ſíccare paludes
Damna tuæ cæſar quæ regionís erant
Díducís ſcopulos atq; aſpera ſaxa recludís
Per quæ iam campís defluít unda tuís
Deq; loco ſterilí cæſar facís altera tempe
Humana ſolus plus ratíone ſapís

Ad líberum.

c Ontígerís poſtq̃ uultuſq; manuſq; líbelle
Cæſaris: & nugas legerít ílle tuas
Fabrítíum lætus pete protínus oro nepotem
Cuí dedít aoniam pulcher apollo lyram.
Ille tíbí faclles oculos prebebít & aures
Teq; pius manibus excípietq; ſínu
Sí rogat unde uenís: ſíc reſpondeto ſalutem
A te cantalící nomíne porto tuí

Ad cæſarem pro Mariotto

m Artís honos & ſũme ducũ q pace camertes
Cæſar alís uec non relígione tuos
Hæc tíbí dat ſerũus munuſcula parua líbellí
Pectore qui uero te mariottus amat
Dat tíbí quæ martem deceant fera bella legenda
Vt uídeas quanto fortíus ípſe míces.
Barbaríce aſpícíes gothorum prælía gentís
Terita qua fuerant regna latína manu

(c) 2007 Ministerio de Cultura

Nanqꝫ licet pugnes fœlicíbūs arduus armís
Quæ geris íplе príus fortía facta legís
Vtraqꝫ nec ſígnís ſequitūr tua caſtra mínerūa
Nec teritur fruſtra temporís hora tuí.
Mutamus hæc ígítur: quæ ſi quandoqꝫ uacabít
Perlege: ſunt anímo munera dígna tuo
Talia nec uolucrum deſcríbí iuſſimus alis
Sunt impreſſuræ ſed monumenta meæ.
Hæc tamen accípiés munuſcula parua memẽto
Non ea: ſed ſeruí corda habuiſſe tuí.

AD líbrum.

f Abrítii oblectes ſi cæſaris ora nepotis
Non eſt ꝙ quemq̃ tu uereare líber.

CAntalicíi epígrammaton liber. víiíi. ad polydorum tibertum cæſenatem.

CAntalícius polydoro ſuo. S.

e O tempore quo uolaterraní mí polydore a florentínis ínfœlicíſſime rebellarunt: ego ímpubis ad huc apud gemnianũ nobílíſſimũ florentínorum oppídum humanas literas publí ce profitebat. íd díſtat a uolaterra paſſuum decẽ mílíbus. unde lícuit rebellís díreptíonís populí míſerrímum míhí uidíſſe ſpectaculum: hortantí buſqꝫ auditoribus & rebellionem & díreptioné ſecundum híſtoríam tríduó ſcripſí numeris tamen elegís uolaterrana míſería ſíc exígente le ge líbens uale.

Ad lectorem.

h Ic quantus habeat te pulchra fluẽtía uíres
Et quam quom fremuít ſæuíat ílla docet
Et quam ſí tutum domínís díſcire uídebís

(c) 2007 Ministerio de Cultura

Sí uetus ígnota eſt non uolaterra tíbi.
Cantalycii uolaterrana rebellío a florentínis
& díreptio
d Iſce fluentíno quid ſít deſcíre ſenatu
Tuſcía magnanimæ quæ geris arma feræ
Aſpíce quam flendas patítur uolaterra ruínas
Dum renuít domíni flectere colla iubís.
Iam ſemel atq; íterũ populí frons dura rebellís
Extulerat fruſtra monte ſuperba caput.
Tertíus híc uanam uexat furor undíq; gentem
Sanctaq; cum nulla fœdera rupít ope
Poſt proceres cæſos magalíbus alta relictís
Aduocat agrícolas ín ſua tecta uagos
Víx populus ſedít quom de prímoríbus unus
Concílíí ín medium talía uerba íacít
O patríæ grauítas: o marte timenda íuuentus
Vocíbus haud dubíís uertíte corda meís.
Non ceſſura fero colímus loca tuta leoní
Quíd íuuat hoc tanto tempore ferre íugum:
Líbera gryphís erant nullaq; tyranníde preſſa
Sceptra: quot antíquus ſæcula uíxít auus
Iam uetus ímperíũ: íamq; omnía perdíta ſæuus
Iura fluentinus noſtra tyrannus habet.
Quid ſí pauperiem nobís fortuna dedíſſet
Non ne pudet domínos ſeruítíumq; patí?
At uero auſoníís quæ tanta opulentia terrís
Noſtra tulít quantam terra beata ſolí?
Quiſquã metallíferí lætíſſima íugera campí
Effodímus: cuntís cíuíbus arca ſonat.
Quín domínos durumq; íugũ ceruíce recuſſa

(c) 2007 Ministerio de Cultura

Excutimus? non hæc frena tuliſſet auus
Sí dubía eſt roſtrís fidutía uíríbus: ultro
Ingentí uenient mílítís arma manu
Hínc aderít propere lígurũ dux ínclytus índe
Auxílío legío parthenopea ruet.
Inde acíes uenetum ualídís ínſtruméta maníplís
Conueniet: Propíus turba ſenenſis adeſt
An uos hæc eadem bís íam tentata morantur
Nequíq? uotum tertía tela dabunt
Horrída qs poterít perrumpere mœnía bõbís?
Non uíget ín toto tutior orbe ſítus.
Plena domus plebís: ſunt frugíbus omnía plena
Horrea nobílíum: nulla pericla famís
Quod ſí nulla meís dabítís ſuffragía uerbis
Cedere ſeruílí mens míhí certa ſolo eſt.
Talíbus hís ũulgus cómouit ad arma prophanũ
Perfídus: & dominę uertere terga fere
Contínuo certas uarías dímíttít ín oras
Mœnía quí tradant præſidíumq; petant.
Decepti ecce omnes turpí redíere repulſa.
Talía quís ſtulta ſumeret arma manu?
Non tamẽ hoc alíquíd mínuít tumefacta furorís
Perfída gens: telum peíus ín omne ruít
Vnus adeſt ductís ũenetus temerarius armís
Mœnia quí populí dura tuenda capít.
Tandem anímís multo conducto mílíte freti
Incípíunt domínís bella mouere palam
Extemplo quæ cuncta ſolet mala ferre per orbẽ
Indomítos rictus fama leonís adít
Conſulít egregíus patrię demore ſenatus

(c) 2007 Ministerio de Cultura

Quí nunq̃ aſſueuít damna tuliſſe mora.
Atq; igítur rerum qui ſumma pericula ſumant
Tradíta uíginti iura fuere uíris
Haud ſegnes ſe ferre illí: ſed iuſſa repente
pectore conſtantí conſilíiſq; gerunt
Nulla uíros hoſtís tenuít formído: ſed auro
Itur ad hectoreum non remorante ducem.
Sæpe fluentínæ protexerat urbís honores
Inuíctas acíes iam phedericus agens.
Ergo íllas ſubito uicína per arua uagantes
Inſtruít: & ſubíta caſſide fulget eques:
Qualís erãt paruí quondam rubiconís ad oras
Cæſar íens: uel quom martía regna petít:
Qualís erat pœnus cannarum feruídus aruís
Dum numerat cæſam mília multa manum
Nobílis ante omnes ſumptís animoſus ín armís
It prior argolico conſpíciendus equo.
Tendítur ad patríæ primum caſtella rebellís.
Tutius huc uíſum eſt uertere ſigna duci.
Híc mora parua fuít: nam ſupplice porta colono
Non expectato ruſtica marte partet.
perdíta ſíc ſenſim recípit leo: deínde ſuperbe
Tendítur ad uaſtus heu uolaterra tuos.
Stat contra tetrícæq; ríget mons arduus urbí
Et quanuis agílí uix adeundus auí.
Híc ſua diſpoſuít ſixo circundata uallo
Agmína confidens ruſtíca turba loco
Hoſtíbus ínſultat uenientíbus ordíne contra
Cæſareoſq; íuuat marte ciere uiros.
Inſcía quam fœlíx pugnet phædericus ín armís

(c) 2007 Ministerio de Cultura

Inſciaq; inuictæ quid ualet ala tubæ
Vndiq; ſaxoſum circunſtant agmina montem
Dicere quæ poſſis plana timere magis
Ante uolat cæditq; uias dux inclytus urbi
Colliſ ad obſeſſos ne uia neſcit iter
Turba micat peditumq; cohors: umbõe ſagittis
Oppoſito: geſtit lancea ſumpta manu
Vt uidet inſtructis ingentia pectora telis
Talia dux mota caſſide uerba canit.
Belliger o mecũ qui mille pericula martis
Suſcipis hic hodie te noua palma manet
Sume animos redeatq; uetus nec oſſibus ille
Experta eſt totiens quem plaga multa furor.
Horrida perſenſit ueſtras campania uires
Antiſtes latiæ dum pius urbis erat.
His galeis phanum nec non ſenogallia ceſſit
Marte ſigiſmundus dum meus hoſtis erat.
Quot ualidæ nobis tunc terga dedere phalãges
Quantus magnanimo pectore fuſus eques
Nõne mihi uenetum dux bartholomeus & ille
Armipotens ueniens ſub iuga uictus erat?
Cuius erat palma martiſq; fauentia teſtis
Noſtra per adriacas nec timet arma plagas
Sed q̃d opus noſtri uarios memorare triũphos
Martis: & ignaua perdere uerba mora?
Vos equites forti circundate pectore uallum
Tuq; iugi tetricas carpe maniple uias.
Dixerat: aſt acies nullo remorante timore
Ardua per montis inuia repit iter:
Deſuper horriſonis uenientibus undiq; telis

(c) 2007 Ministerio de Cultura

Inpeditiſ ſummum tũrba cacumen adit
Tam cito ſed nec tam magalia marte ſecundo
Condita deſerto non capiuntur agro.
Iam rapidaſ ualli manibuſ faſtigia prenſant
Exilit & præcepſ ruſtica turba fugit.
Iam quoq; ſũma tenet medioq; in uertice colliſ
Exultant nullo uulnere læſa phalanx.
Nulla tamen cunctiſ fugientibuſ inde ſalutiſ
Speſ fuit: inſtructuſ plana tenebat equeſ
Sic pecuſ ignauum paſtor concludit ouili
Si quod habet cultuſ de grege ferre caput
Poſt tergum laqueiſ iactiſ capiuntur ad unum
Ducitur in pœnaſ perfida preda ſuaſ
Hæc cruciant primo ſpectacula marte rebelleſ
Dum fera nequicq̃ mœnibuſ arma tenent
Sic ſe fœlicem tribuit lux illa: iubente
Siſtitur ad portas principe læta cohors
Cingitur audaci ruiturus milite muruſ
Cumq; metu miſeriſ nox uigilanda uenit
Hic tua quam ualidiſ mereat bellona lacertis
Oſtendiſ timida non phederice manu
Vnicuſ hoc aciеſ quem nulla obſederat ante
Ancipiti poniſ fortia caſtra loco.
Interea tormenta duci factura ruinaſ
Efferuſ inſigni mittit ab urbe leo
Exultant acieſ lætæ pro mœnibuſ altiſ
Vnaq; ſi in laribuſ rima fuiſſet erant
Taliſ erat cuneuſ qualem pompeiuſ agebat
Dum cilicaſ domuit per mare claſſe uaguſ
Aut qualem armauit regem ſuperare iugurthã

(c) 2007 Ministerio de Cultura

Aut qualem inſtruxit pontica bella gerens
Hic erat attonitus nullos phedericus i hoſtes
Nec terrore mouens fortia caſtra loco.
Hic erat audienti clarus demonte cohorte
Centurio priſcis non ſuperandus auis
Hic & cui peditum cunti parere maniphi
Burgenſis ualido ſtrenuus enſe micat.
Parte alia ligurum galear dux inclytus agmen
Nobile ticini miſit ab urbe ſui
Aſpiceres fabios iuuenes thorace nitentes
Fortiter ad cremeræ qui cecidere iugum
Corpore proceri tectiq; ferocibus armis
Qualia nec timidæ pectora plebis habent
Quicquid erat minuere animi uenientibus illis
Obſeſſi: quanq; ſat phedericus erat
Proximus urſinis galeis uirginius inde
Conſequitur: magni ſigna parentis agens
Pectore conſpicuus ſolum cõmitatus herili
Quali in tarquinios agminæ brutus erat
Vt acies caſtris ex pluribus una refulſit
Vndiq; te oppreſſa iam uolaterra uides
Hic tua pampineos ubi uidit uinea ramos
Emiſſo hinnitum ſtercore tollit equus
Quæque columborum uicina palatia plauſus
Præſtabant: domino milite cunta ſonant
Quæ modo palladii tribuit tibi munus oliui
Ad terram mœſtas recit oliua comas
Et modo quos liberas fontis ſitibunda liquores
Hoſtilis ualido de grege potat equus
Vix contenta tua quæ iam regione manebas

(c) 2007 Ministerio de Cultura

Quo lateas cuperes nunc miſeranda locũm
Inuigilant animis magnis mortemq; minantur
Venturas acies quas tibi credis opi.
Hæc ſunt quæ tentas contraria ferre leoni
Arma nimis uanæ te tetigere minæ
Iam grege tractaboũ muris torméta ꝓpinquãt
Pergama quæ poterant ſternere cælla ſolo.
Puluerulentus abit poſtq̃ uulcanus in iras
Lectibus horriſonis mœnia pulſa labant
Gens igitur primis nimium perterrita bombis
Supplíciter repetit fœdera fracta metu.
Igitur ad inſignem telis ceſſantibus urbem
Illa ubi non hoſtis corda ſenatus habet
Si quid enim uiuit ſanctæ pietatis & æqui
Ille ſuis rebus comprobat ille colit
Quæ plaga non ſentit miræ pietatis honores
Coſmica progenies quos colit atq; dedit
Quot renouata uides: quot ſurrexere deorũm
Templa: quot illius iugera pauper arat?
Accedens igitur placida legatus ab aure
Auditur: narrat: cunta beniga refert
Cumq; reportata iam conditione rediſſet
Verterat in peius ruſtica turba malum
Deſperabat enim bello uel pace ſalutem
Ruſticus: amiſſis iam furibundus agris
Si qua prius fuerat concordia pacta per illum
Lapſa eſt in uarias mox ſine mente uias.
Excutit ergo iubas poſito leo blandus amore
Lambebat placido qui modo dente manus
Pergit ab obſeſſos maioribus arduus iris

(c) 2007 Ministerio de Cultura

Supplícis haud ulla iam reũocante prece
Hæc noua quom prímum caſtrís ſeſere cohortes
Gaudía: conſurgít: pectore lætus eques
Mœret enim parua ſemper bellona quietæ
Sæuaq; belligeros gaudet habere uíros
Vndiq; bombíferum ſtímulat gens tota morãtẽ
Pulſet ut aſſiduís mœnía claula lapís
Vnaq; ſi pateat quam prímum rímula muro
Iurat ad urbanos ſe penetrare focos
Bombífer aſſiduís exercet moenía ſaxís
Q ua ligũrum tendít proxima caſtra cohors
Díſcrepuit tandem paríes ín mœnibus altís
Apparent facta perfida tecta uía.
Fít ſtrepítus lætís legionibus atq; maniplís
Expoſcunt magna claſſica uoce ducem
At tamen ílle tuas míſerans uolaterra ruínas
Nítitur ardentes continuíſſe manús
Expectans ſí forte pauens decepta referres
Antíquís dominís ſupplíce ſigna manu
Aſt ímmota manens nullo perculſa pauore
Inſcía fallacís centurionís eraſ
Opprímit ínterea ualídaſ nox tetra cohorteſ
Expectant animo quæ uígílante díem
Vt rutílíſ prímum radííſ natura refulſit
Turba ducís íuſſu non remorante ruít
Centurío fallax uenetuſ cuſtode tenebat
Mœnía: non clauſít hoſtíbuſ ílle uías.
Sed dedít effrenís mox dírípienda lacertís
Tecta míſer: cunctí cauſa ſíníſtra malí.
Oquíbuſ huíc patríæ ſímilíſ fortuna ruentí

(c) 2007 Ministerio de Cultura

Contigit: hũnc lacero pectore ferte pedem
Vos quibus íliacas doluit ſpectaſſe ruínas
pergama mírmídonum quom cecídere manu
Et quæ clara uírís tríbuís carthago duobus
Nomína cum ſæuo funere mœſta uení
Tu quoq; fínítímas pateris quæ píſa rũínas
Luctibus hís mœſtam flebilís affer opem
Vos quoq; qui raptí lugetís fata parentís
Et quecunq; tùí coníugís oſſa gemís
Quæ modo fílíolos triſtes ululaſtís ad urnas
Et quecunq; ſonas neuía morte uení
Non ſatís eſt magnum lachrímís deflere puſíllís
Eexitíum. canímus nam míſeranda nímis.
Quom prímum ínfœlix martís ſtípata cateruís
Vrbs fuit: ín toto mílíte ſaccus erat
Tuque príus meritas pateris íudeæ rapínas
Non tamen hæc fuerant ſabbata: fœnus erat.
Effertur míſeris penetralíbus ampla ſupellex
Quæque nouas ſentit arca recluſa manus.
Atría nobílíum rebus ſpolíantur opímís
Tuta nec ínmerítís friuola pauper habet
Vexerat amittít quæ ruſtícus omnía uíllís
Quí defenſurus uenerat urbís opes
Mílle modís míſerí pœnas torquentur ín omnís
Sí qua fuít rapítur condíta gara domí
Funíbus aſtrictos natí natæq; parentes
Illachrímant: uídeas munera nulla precís.
Iam curuus tremuluſq; ſenex deponit amíctus
Iungens ne quícq̃ uoce tremente manus
Díripiunt latíí deprenſa uolumína iurís

(c) 2007 Ministerio de Cultura

Et ruít ín medías bíblíotheca uías
Q uæ uero attonítæ uítarunt ſtupra púellæ
Confugíunt lacerís ad ſacra templa comís
Poſcentes ueníã ſaltem ſtrídore pudorí
Sí quo ſít píetas pectore ſiqua fídes.
Híc malauolta tuæ clarum píetatís amorem
Cæſarís oſtendís gloría ſola tuí
Hoc plus laudís habet q̃ ſíngula geſta ſub armís
Et tua bellígere ſtrenua facta manus
Níl píetatís habet quí martía caſtra ſecuntur
At tu marte uales & píetate uales.
Non te prę̨cípitem tales traxere rapínę̨
Solus uírgíneus nam tíbí cura pudor
Enſe ruís ſtrícto turbas morítúrus ín omnís
Tanta tíbí ſalue cura pudícítię̨.
Contrahís íntactas ſtupro de gente puellas
Hę̨c galeę̨ atq; enſís hę̨c tua prędia fuít.
Omnía íam fuerant penítus dírepta furenti
Tecta manũ: ſolus ſtabat ínũrde deũs
Q uom ſcelerata phalanx dulcedíne capta rapię̨
Impía proh templís íntulít arma ſacrís
Sanctorum ímpoſítas pronũt ſímulacra coróas
Ponit ad orandum ũírgo maría caput.
Q uícquíd habent ſancti perdũt uelamínís arę̨
Et quę̨ díuino cymbía thure calent
Additur hís ſcelus infandum dictuq; tramendũ
Obſtupeo referens & ríguere comę̨
Parua domus chriſtí corpus decorata lapillis
Seruabat: noſtrę̨ relligíonís opus
Corrípít hanc audax míles ceu fruſta reperti

(c) 2007 Ministerio de Cultura

Thesauri: omnipotens non tulit illa deus
Sed uiolata dei subito crepuere tremore
Templa: uelut seua quum cruce Iesus erat
Talibus exultans spoliis scelerata rapaci
Extra non potuit furta tulisse miser
Hec quicunq; precor christi precepta negasti
Aspice: qui solimę pectora gentis habes.
Somnia uana tuo dubio de corde repelle
Stulta nec insideat sensibus umbra tuis.
Vrbs data iam predę fuerat: tãtumq; relictũ
Quantum olim liquit græcia dardanidis
Non erat hic animus dominis spoliare rebelles
Perpetuo populum sed domuisse iugo
Nititur ense minax quom dux retinere cohortes
Vix potuit placida mente cauere necem
Tanti causa mali uenetus: sed digna pependit
Supplicia admissa proditione reus.
Hec mala iampridem diri tibi fata cometæ
Prædixere faces: quom tua tecta notant.
Sed libet ore tui mœsto ueroq; referre
Quanta soli fuerat gloria: quanta situs
Si collata tibi sidonia tota fuisset
Quęq; tyron potat purpura: uilis erat
Nec minus & creti ueteris prætiosa tyranni
Cessissent opibus regna superba tuis.
Et noua quale tuis per sæcula nascitur aruis
Tale mycenea non fuit urbe decus
Non nilus: non messor arabs: non india: nec te
Vincebat rubris gemma reperta uadis
Non tibi diuitibus crescentia maxima campis

(c) 2007 Ministerio de Cultura

Vllą metallorum pondera defuerant.
Omne mare & niueís uincebas uana salinis
Sed nihil obstendís nunc habuísse salís.
Inuída sola tuís opíbus regníscꝫ fuísti
Totcꝫ bonís faciles quot tribuere deí.
At nunc euboícos uincís spoliata dolores
Depopulís referam si mala fata nouís
Hæc nimium est urbí semper data pœna potenti
Sæuíat in damnum semper ut ílla suum
Sæuíus at pateris: quod nec míserabilis ulli
Esse potes: tanti tu tibí causa malí
Tucꝫ igitur tales sapiens uitare querelas
Sí cupís & longo tempore pace frui
Dísce fluentino quid sít destíre senatu
Tuscía magnanimæ quæ geris arma feræ?

Cantalycii epigrammaton líber. x. ad polydorum tíbertum cæsenatem.

CAntalícius polydoro suo. S.

Voníam polídore amícorum meorum uirtutís præconem me esse optímum nõ ígnoras: hanc rheatinam heroícam assentatíoní non ascríbes scío: ea laudes habet lucæ rheatíní: qui contra comítem carolum perusínum: agrum senensem depopulantem ita se pręstítit strennum: ut níst solus ípse fuísset: ad portas urbís usqꝫ carolus ex currísset. qui quom quæ fuerat meditatus non succesíssent sopítum díu martem solus í ita lía resuscítaruit. quo tempore quom ego ín senési florentíssimo tunc studío profíterer cunqꝫ eẽm huíc homíní coníuntíssimus ín perpetuam tan-

(c) 2007 Ministerio de Cultura

te ſtrenuitatis memoriã hos heroicos ítra breuiſ
ſimũ ſpatiũ ſcripſi non enim res digna ſilentio ui
debaẽ ubi í amiciſſimo mihi tãta uirtꝰ eluxerat.

Vale.

Ad lectorem.

í Sta rheatinum qui noſti perlege lucam
Et quem non licuit noſcere noſſe uiuet
Quãta uiri uirtus & quæ prudentia díſces
Dum mouet armatas marte furente manus
Cantalyci rheatína heroica

a Rma rheatíni canímus quo ſena labantes
Líbera cõtiuit populos: quos íprobꝰ hoſtiſ
Clauſerat: audací populatus mílite campos.
Tu mihí ſena faue: canímus qui teqꝫ tuoſqꝫ
Seruauit. partaqꝫ tíbi te pace redemit.
Bellica íam pridem populũ peruſína ſenenſem
Oderat & tumídi dederat gens ſemína belli.
Adríacís ígítur nuper dímiſſus aboris
Carolus: ígnítam ſcintillam accendít: & unus
Rem capít ut ſæuo populetur marte ſenenſes.
Hoc duce íam multæ uenetũ meruere cohortes
Nec ſíne laude quídem: quippe íllũ brachius olí
Protulít: ínuícti celeberrima gloría martís
Aduocat ad patríæ montonæ hic mœnía gentes
Magnaqꝫ mílítíbus ſe præmía deínde daturum
Díxerat: adueníunt quos díra premebat egeſtas
Et pax longa domí ruít hoc furíoſa íuuentus
Ad bellum peruſína príus: ſed cætera pubes
Armorum díuerſa plagís confluxít & ídem

(c) 2007 Ministerio de Cultura

Omnibus eſt animus: ſed nec ratione merentē
Sollicitare tuam bello pia ſena quietem
Ecce nouis caſtris mouet agmina carolus hoſtis
Et tacitus noctu properans inuadit agreſtes
Sed qui parua bibunt umbronis flumina primi
Arma per obſeſſos miſeri ſenſere per agros
Cæduntur miſere uel iam matura cremantur
Frumenta: & preſſis penitus calcantur ariſtis.
Omnia cumq; ſatis pereunt armenta gregeſq;
Et quod deterius penetrauit in oppida miles
Cumq; uiro examiſſis opibus uiolata puella
Preda fuit: rapiturq; diu cumulata ſupellex.
Mœnia campiliæ primo gens ardua bello
Ceperat: it rerum quas hoſtis geſſit in urbem
Fama ruens: patriæ ſapiens ſed rite ſenatus.
Conſulit & propere: forti quoq; tradita res eſt
Summa rheatino: lucam dixere parentes
Lux quoniam armorū fuerat ſpecioſa futurus
Ille ſuos nitra tunc luciniana tenebat
Mœnia uenturum nanque illuc feruidus hoſtē
Crediderat: ſed uiſa duci ſpes uana uiarum:
Nec ubi nota uiro ſociis iubet arma parari
Totq; ruinoſus concurrere milibus ardet.
Clauſerat illa ſuas nuper gens territa portas
Nec ſinit ire uirum: martem teſtatus & arma
Voce rheatinus populum increpitauit acerba.
Donec uix moto patuerunt cardine portæ.
Exilit intrepidus ſubito: cui pectore uires
Auget in hectoreo ſonipes: cui cedit equorum
Tota cohors: talem non uidit græcia campiſ

(c) 2007.Ministerio de Cultura

Magna ſuiſ unq̃:non ælidiſ equore puluiſ
Clara nec heſperiæ telluſ:uolat ille per agroſ
Fulminibuſ ſimiliſ rapidoq; potentior euro.
Et domini tantum patienſ per tela per hoſteſ
Inuenit ille uiaſ & calcibuſ impetit auraſ.
Ore fremenſ:domino pluſ currere nouit i hoſtẽ
Quom uenit ad rapulũ lucaſ furibũduſ & acer
Excitat atonitum populum:ſpeſ inſuper addenſ
Ingenteſ:parua quem clauſerat hoſtis in urbe
Non procul armaroli fuerant hic mœnia:q̃ iã
Eſſe ſub imperiis uel conditione tyranni
Pacta uel ancipiti formidine preſſa teneri
Narrabant:parat ille ferox uicina tueri
Oppida:quid faciat prudens ſpeculatur & hoſtẽ
Cinxerat armaroli iam carolus undiq;:muros
Nec tamen intus erat:ſed poſtera terminus iræ
Lux fuerat:ruit ecce lupæ cuſtodia preceps
Sola rheatinus parua ſubeunte caterua.
Fit uia per medios hoſtes:fit pugna:reſurgit
Semianimus populus: portaſq; recluſit amico.
Quo duce nulla timent iã prelia:ſit licet hoſtis
Obſidione grauis:mortemq; ignemq; minetur.
Exit in aduerſos:qualis cum bella cieret
Cæſar erat quondam:fugit hic:fugit ille ꝑculq;
Omnia per campos ſæuo fugat agmina marte.
Inde per obſtantes intra ſe parua recepit
Mœnia:datq; animos cunctis & corpora curat.
Deerat aqua obſeſſis:ſeſſos per dura uiarum
Tunc dimittit equos uicina per oppida:nec nõ

(c) 2007 Ministerio de Cultura

Mœnia magnanima ſtatuit defendere dextra.
Carolus niterea pugnam ſtomachatur inertem:
Mittit ad obſeſſos præconem: & talia mandat.
Vade age tolle moras miſerandaq; bella popello
Euentura refer: cum craſtinam fulſeris hora
Si iuga compoſita mihi conditione recuſent
Iuſſa facit tubicen cui reddidit alta locuto
Verba rheatinus domino cras magna paramus
Prandia: dic ueniat queſo: ſed ſi quid amarum
Principis accipiet: parcat reuerentia tanti.
Talibus auditis ingentes colligit iras
Carolus: & minitans digitū de more momordit
Poſtera cum fulſit radiis aurora: diemq;
Duxerat: obſeſſos circunſtant arma ducíſq;
Buccina terribilem ſonitum dedit horridæ cāpis
Pugnat eques: pugnatq; pedes: fit clamor utriq;
Horridus: horreſcunt telis fera prelia tandem
Cuncta rheatinus perterruit agmina bombis.
Deſerit aduerſam pugnam retroq; recedit
Examinata phalanx: & quæ ꝑpe parua tremebāt
Pezole rapuere caſas iam phœbus eoum
Heſperiis mergebat aquis: noxq; atra ſubibat
Ipſe ſed armarolum ſpeculis explorat & audit
Carolus obſeſſis tamq; grauiora pararet
Prelia ſed lucas uigilans e mœnibus illum
Senſeras & pariter fraudū domat artibus artes.
Quis tales unq̄: bello quis repperit aſtus?
Mœnibus inſidens equitum uocat ille uiritim
Nomina magnanimo multorū atq; agmia fingit
Cras ſocii ſtat certa inquit ſententia forti

(c) 2007 Ministerio de Cultura

Pectore per medias acies renouare duellum.
Interea dum nigra suum nox egerit orbem
Exhyarate animos paulumq; incumbite somno
Inde ubi cras nobis radiis optata serenis
Lux aderit: nullus turpis timor obstet in hostes
Conseruisse manus: sic mars iubet ordine noster
Talia fingebat: nam non habet agmina: solus
Mœnibus inuigilãs: quod cum puenit ad aures
Hostis: ab obsessa subito regione recessit.
Nuncius armatas turritæ ad mœnia turmas
Ferre pedem cecinit dimissos ocius acres
Poscit equos lucas: quos nõ ꝑcul oppida pascũt
Nec mora quadrupedes adsũt: iubet inde repẽte
Induere arma suo paruande more cohortem
Atq; iterum pro te magnis dare sena periclis
Pectora: tanta tuos populos seruare cupido est
Postq̃ sedit equo solito cui fulmina belli.
Corde micant citius turrite ad mœnia multo
Prouidus intrauit q̃ carolus hostis adesset.
Solus item reficit populum: cui tota tremebant
Crura metu atq;: hoies sic suscitat unus agrestes
Me duce sume aios fractos stupefacta iuuentus
Certa dabit uires galeis uictoria nostris
Tela locum facient hostis uenientia contra
Ista rheatini ualeat quid crista manusq;
Carolus edidicit pugnans modo marte siniſtro
Me duce quod timeas nihil est recludere portas
Ocius atq; acies extra expectate ruentes.
Dixerat interea populata per arua phalanges
Accelerare gradum murisq; intendere bellum.

(c) 2007 Ministerio de Cultura

Lœta rheatini solitum taratantara pandens
Buccina dat sonitum contra: quo sydera sæpe
Contremuere poli pauitans tunc constitit hostis
Miraturq; sonum quid nam succurerit illis
Presidii ignorat: campoque: moratus inhesit
Tephedericæ timet: siue agmina pendulus illic
Parthenopea putat: sed qui terrore tenebat
Omnia: solus erat: caruit conflictibus ergo
Illa dies aderat iam nox obscura tenebris
Carolus haud longe fotis quam duxit ad undas
Postera iam fuluis radus mutata nitebat.
Ecce rheatinus: quem credidit hostis abesse
Exilit ere micans galeisque minatibus ultro
Fertur in aduersas acies: atque intima turbat
Castra ducis: tutus petit hunc: nunc ipetit illū
Vulnifica dans pila manu: redit me superbus
Et sine cede suos paruam reuocauit in urbem
O quātas rabiens o quātas arsit in iras
Carolus ancipiti mentem formidine pressus
Dumq; quid acturus uario sit pectore uersat
Consilia: irarum maior subit altera causa
Namq;: rheatini tubicen de nomine pugnam
Nuntiat: atq;: duci claris sic uocibus inquit
Ad te sūme ducum lucas tibi fidus amicus
Hec me ferre iubet parce aspera si tibi forte
Verba fero: placidas mihi da quesimus aures
Cras tecū glōerare māus tecū & cōcurere tælis
Cum sol hesperias paulum declinas ad oras
Proposuit: tu pulchra precor ne bella recuses
Notum est quā bello ualeas tua maxima uirtus

(c) 2007 Ministerio de Cultura

Q anqꝫ tibí martem tríbuat bellona ſecundum.
Cana ſeneſcentem ueſtít te barba ſub armis
Sunt patríæ uíres: poſcant quid ꝓlía calles
Díxít ad ílle uírí rídet mandata rogatqꝫ
An ne lupe cuſtos turríte ín mœnibus adſít
Eſſe aít ílle pedem celerem míratur & artes
Nec ſínít ad domíní preconem caſta reuertí
Pollícituſqꝫ uirum quem nō ualet agmie tentat
Víncere datqꝫ anímos numeroſa pecunía mittít
Mane rheatíno quí det mandata burattum
Sacrílegís putat ille fídem peruertere uerbís
Perfídus: ín menſum qua ſanctío ulla ꝑ orbem
Non fuít accedens prope fíxa repagula clamat
Vnde rheatínum caſtrenſí íure uocauít.
Q uem poſtq̃ aduenít ſic ílle affatur & ambít
Síqua fídes fuerít tecum míhí maxíme rerum
Et mea ní ſpernís magnam latura ſalutem
Conſílía: efficíam ne quíſq̃ maíor ín armís
Víx ſít ín auſonía: quem dat fortuna líuorem
Excipe uana tíbí certe non ſomnía porto.
Cognita magna ducí noſtro eſt tua maxía uírtus
Et furor íngenium: nota eſt prudentía: notus
Eſt anímus quantum pugnes ſub ímagíe martís
Se quoque fœlícem nimíum fore predícat ílle
Militiæ ſocíum ſí te ſíbí uínxerít unum.
Et píus índe tuam ſortem míſeratur & arma
Ignauam quoníam gentem tua dextra tuetur
Atque utínã tíbí grata foret quíd uota morarís
Magna ducís? quí te pro ſe pugnante ſenenſes
Haud dubie ín medíos iurat penetrare penates

(c) 2007 Ministerio de Cultura

Magna tibí ſtatuít nūmmoꝝ premía: poſce
Níl erít ín rebus tibí quod dux ílle recuſet.
Talíbus ílle uírum ductís affatus & orans
Perfidíam ínſinuat fallací pectore turpem.
Cuí tunc ſubrídens fortís ſapíentía reddít
Verba rheatínus. ſí te míhí perfíde bellí
Obicíet fortuna: tuum memorabíle nomen
Semper erít. poteríſqꝫ meí memmíníſſe locíqꝫ
Quo me perfídía peruertere peſſíme tentas.
Hos ígítur mores: hæc te bona dogmata prudés
Carolus edocuít? fœlíx qcūqꝫ ſub íllo
Príncipe mílitía ſeqtur corpuſqꝫ fatígat.
Hæc eſt ſancta fides hæc eſt ducís ãpla poteſtas
Roma tuus ceſar dabat has fortíſſímus arces
Has leges dederat referens tíbí ſígna camíllus
Hæc eſt dextra potens hæc eſt tua carole unítus.
Scílícet hís nugís ſíe me deſcíre dololís
Blandítuſqꝫ tuís corumpe poſſe putabas?
Ante ꝑ ardẽtes labentur flumína flammas
Semínaqꝫ ín ſíccís príus exorient̃ harenís
Ante negabuntur títanía lumína terrís
Noxqꝫ erít alba díes q̃ me tibí ſena merentem
Vel prece uel pretíoualeat círcumpe ꝙcq̃.
Stat tecum cum pro le morí tot tempora cuíus
Sígna tulí: tibí uere anímum corpuſqꝫ dítaui.
At tu ſume fugam denuoqꝫ refere memento
Quæ iubícem mandata tulít: cuí uíncla lacertís
Vt puto coníecít quem pugnare recuſat.
Et mecum certe trepídat concurrere telís.
Non me hodíe effugíes: uíſam tua corale caſtra

(c) 2007 Ministerio de Cultura

Et quid in armigera ualeas dūx arte uidebo.
Sic ait: ille suo domino responsa reportat.
Quæ simul audiuit rursus precone remisso
Flectere blanditiis hominem tentauit. at ille
Cantat idem: bello sunt hæc tractanda: recede
Si sapit atq; hodie uestras expandite uires.
Arduus occiduas iam sol properabat ad oras
Ecce rheatini cecinerunt classica pugnam
Exit ad indictam pugnam quem parua furenté
Consequtur sed prōpta chores dare comin⁹ hosti
Tela nec aduersis unq̄ dare terga sagittis.
Primus adherebat lateri piccinus: & inde
Corde nec imbelli fortis gerit arma fracassa
Et quem piccino fratrem genuere parentes
Scaglio ferox: calaber miles non segnis uterq;:
Inde buso: atq; animo similis nec uiribus impar
Prouidus ægidius: galea gerit inde decorus
Arma neoptolemus franciscus: & intima sēp
Cura rheatini. Teneris nam mater ab annis
Et pater in duris armis concessit alendum.
Tuq; comes lateris non aspernande tobia
Arma capis: sed fata tuæ nocuere iuuentæ.
Hostis ut ardentem uidis properare cohortem.
Imperat arma suis uideas hinc mihi repentc
Telorum incursus: quales cum prelia uenti
Turbine concutiunt euitant ictibus ictus.
Circunstant acies lucam peditesq; equitesq;
Inq; illum iratus mouet agmina carolus unum
Testantq; uirum morti se sepe daturum
Annuat optatis uotum modo norcia rebus

(c) 2007 Ministerio de Cultura

Ille ſed in medios fertur mucrone coruſco
Conſpiciendus equo: nunq̃: cui tela furenti
Vlla nocent: iaculis petit hunc: petit ille ſagittis
Hic gladio: hic ſaxis ſeua ſic culmina tecti
Grandine pulſa ſonant, baratro uolat oris apto
Dentibus infrendens ſonipes miſer ille p equos
Obuia qui dederit uenienti corpora campos.
Interea a tergo fidum cecidiſſe tobiam.
Reſpicit & ſæue percuſſum uulnere dextre.
Indoluit ſontem ſed proxima pena ſequuta eſt.
Nanque illum iſectans oculis ferroque minanti
Ante ducem media confixit cuſpide ſella.
Vltus erat comitem caluere ſub oſſibus ignes
Cædis: & aduerſos ſternit iam marte cruento
Sãguinoleta manus: quæ nõ tamẽ eſſe p hoſtis
Sanguine leta ſolet: furit hinc piccinus & ide
Tota rheatini cedis ſine lege caterua
Donec diſpulſe diuerſa per arua phalanges
Attonite ſenſere lupæ cuſtodia q̃ta eſt.
Mox ducis agmib9 cecinit tuba mœſta receptũ
Inq3 rheatinus ſe mœnia parua recepit.
Proq3 illo unanimes pueri iuuenesq3 ſenesq3
Cumq3 pia matrona ſua tangentia cœlum
Virgine uota facit. geminat gens libera plauſus
Interea accitis ſtomachans legionibus aſta
Carolus obſeſſis diſcedere fingis ab aruis
Mens erat inſidiis populum captare ſequentem
Cumq3 rheatino mediis concludere campis.
Qui bonus inectas cum primum intelligit artes
Frena dedit populo: nequis tunc audeat urbis

(c) 2007 Ministerio de Cultura

Límine ferre pedem: ſic ſpes ea uana pependit
Ille iterum inſtructas acies ad mænia dícens
Bella ciet: uotum ſed poſtq̃ nouit inane
Ceſſit: & in media clancanum nocte petiuit
Caſtraq; pro portís ſubita obſídione reponit
Ecce rheatinus turrite amenibus heros
Irriut auxílio: ſed non ualet optímas urbí
Terre manus obſeſſe: totos nanq; undíq; muros
Hoſtís habet ſecura tamen prope caſtra locauit
Monticulí ad portas paruas: unde agmína terret
Hoſtica magnanímus quam ſí ſínat íre ſenatus
Intulerat ſtragem inſignem tunc gentíbus illís.
Quo ne ſeua uirum martís uiolentía ferret
Mittitur ad tímidum ſapiens tutela theanum
Sepius unde etiam tot mília terruit unus
Carolus accepta rurſus iam cede ſiníſtrum
Deſerit inceptum: ac chianas trãſnocte paludes
Agmína traiecit: ſic íllas nomine dícunt
Aduolat extemplo cethone ad menía lucas
Inſequíturq; hoſtem: cuí ſi uía ſenta ruentí
Non nocuiſſet: erat niueo memoranda lapíllo
Illa díes: quem natus poſt terga relíctus
Illíus ampla tuus tunc carole preda fuiſſet.
Silua decus uecuit: ſeptem tamen ille ſequendo
Tunc ín méta rapit: potes hoc num ſílua negare
Callídus hinc hoſtís plebeium ceſſit ínagrum
Fama reuerſurum qué non tamen eſſe canebat.
Nocte ſed exactís iam plurибus ílle díebus
Quos modo deſeruit rurſus remeauit ín agros.
Incertus quo tela ferat. capit unus ín omnes

(c) 2007 Ministerio de Cultura

Arma rheatinus trepidans nec tela nec imbres
Tunc quos immenſus fluius mittebat orion
Atq; tuam ſubito turrita recurrit in urbem
Nam tibi bella timet reparet ne fortior hoſtis
Oppida quæ populo poſtq; uidet omnia tuta
Vertitur in predas: & qua fluuit orcea ualles
Deſtruit: inde pecus captis cuſtodibus omne
Predatur: paſſimq; caſas populatur agreſtes
Dum redit his ſpoliis nimium predaq; ſuperbus
Carolus: occurrit lucas: conflictus utrinq;
Maximus: & clamor: furioſaq; bella trementem
Impredam ſcarpello gerit: me iudice certe
Gloria ſola canum: domini tutela furentis
Summa rheatini: nunquam conſpexerat olim
Chaonia pyrrus talem regione molopſum
Ille quidem libicos ẽt ſuperare leones
Audeat & ſæuo diſtendere uulnere pardos
Diſpulit omne pecus raptũ ſine more per agros
Per ualles monteſq; feros ſiluaſq; propinquas
Quodq; magis ſtupeas lateri uenientia contra
Spicula nulla nocent didicit uitare ſagittas
Saxaq; de domino: qui partem deniq; prędę
Hoſtibus arripuit ſed tunc niſi iuſſa ſenatus
Impediant: qui cuncta gerit moderamine ſemp
Clara rheatine fuerat uictoria dextræ.
Ille fluentinum tandem peruenit in agrum
Soſpes: & in tutum truncam tamẽ undiq; predã
Duxit: & aſſueta chienarum ualle reſedit
Atq; alia molitur iter regione uiarum
Qua ſecura ſimul paſcunt armenta; nec ulla

(c) 2007 Ministerio de Cultura

Ama timent pecudes: sed quis superare ualebat
Arte rheatinum cui cum pius ista senatus
Nũciat: insidias nequicquam cogitat hostis.
Exitus hic belli: gestarum hæc ultima rerum
Summa fuit: sic sena fero uacat hoste triumphãs
Iam tibi nostra uirum cõmendat sena fidelem
Musa rheatinum: qui prope pectora lheto
Sepius opposuit: certe tu grata merenti
Esse soles: ex magna potes: tibi uera tot annos
Nota fides hominis: nihil ẽ quod bella pauescas
Hoc duce: quo maior non est pietate nec armis?

CAntalycii epigrammaton liber. xi. ad polydorum tybertum.

Cantalycius polydoro suo. S.

PRofitebar olim mi polydore apud geminianum florẽtinorum oppidum: ut inuolaterrana dixi: nobilissimum. ubi ut florentiæ quoq; quidam noui sacerdotes gẽus quoddam secularis religionis obseruãt. ad sacra quædam tam nocturna q̃ diurna pueris atq; adolescentibus initiatis quem ritum cũ ego hipocritarum omnium hostis uelut hipocrisim ac cinedorum insidiosas tendiculas apertissime conden narem: talis religionis antistites sæuissima in me bella gessere. sed ego eos hoc libello cui hypocrisis titulum dedi: adeo iugulaui ut in lecebrosam religionem quo ad ibi morarer penitus intermitterẽt. tu qui etiam non me minus fictos curios perodisti in hoc quoq; lectitando libello operam non amictes uale.

(c) 2007 Ministerio de Cultura

Ad lectorem.

q Ví curios ſimulant & bachanalia uíuunt
Detegít íſte líber ſetigeroſq; greges
Eſte procul facíe tríſtes fictíq; catones
Et quí per tenebras turpía cuncta facís.

Ad líbellum.

q Vo díc quo properas míſer líbelle
Multos ad tetrícoſq; críticoſq;
Nec cínctus gladío: mínus pharetra:
Acres írruís hoſtís ín furores
Heu quot uulneta: flagra quod míſelle
Fuſcís perpetíerís ín coronis.
Vnus ſed tamen eſt modus ſalutís
Illum quem petís ípſe ſi rogabís
Hís ut uerſíbus unícus íocetur

Ad lectorem.

t V cui ficta placet ſetoſaq; barba: recede
Vel procul exíguo lumína conde líbro
Sí iuuat at forſan mordacia uulnera ferre
Perlege: & armate ne fuge tela chelís
Híc me non tenebrís ſed luce nítente úídebís
Aſpera barbatís bella mouere uírís
Híc non barba rígens nec colla ínflexa timẽtur
Setíger híc cetus ſtígmate fíxus erít
Non has ęacídes poterit uítare ſagíttas
Cum ueníant paridís ſpícula míſſa manū.

Commendatío poetę

n On me deſolínís parens creauít
Nec ſum níliacís profectus orís
Longí quę celebrant draconís ora

(c) 2007 Ministerio de Cultura

Nec me protulit aura de malignis
Turcis gentibus: illa nec dedere
Natalem mihi sarmate ferocis
Nascenti iuga: nec libidinose
Regine babilon superba muris.
Sed me delicium creauit orbis
Pars hæc non nimium procul sabinis
Campus cantalicus: decens: amenus.
Illic est ubi spes: fides: amorq;
Cæli: numina nec colit profana
Quare si latebræ scelus recludam
Nec me demona crede: nec catonem.

Hypocrita.

u Ita mihi est cunctis quanto fœlicior audi
Dant delicta mihi præmia: danna tibi.
Condor in obscuris sceleratus nocte tenebris
Thura putat supero me dare turba polo.
Turba sumus latitans & nostro tempore frontis
Sola fides: magnum res facit ista lucrum.

Hypocrita loquitur.

h Esterna mihi nocte cum tenebris
Tento fit mora: rumpor in futuram
Iam pridem uenerem diu negatam.
Quod non uenerat ille qui solebat
Ne tentigine mortuus iacerem
Sexagesima quem seges premebat
Et subsellia qui tenet propinqua
Attraxi prope: dic rogo quid egi?

Hypocrita.

c Aeca sumus sed cũcta sciens secreta uiroꝝ

(c) 2007 Ministerio de Cultura

Túrba: ſed ínferno de ioue nata cohors
Noſtra ſilent: cæcas atq; has ſunt tecta per ũbras
Qualía ſecretís curía martís habet.

De míſculo hypocríta.

m Iſculus eſt hylarís ueros dũ prodít amícos
Triſti or eſt: alíquíd dum rogat ílle: reo.

De eodem.

m Iſculus ípubis teneris dum uíxit ĩ annís
Omnibus ob culí paſcua notus erat
Poſtq̃ cure pílí totoq; ípodíce ſeta eſt
Tonſoris míſerí míſculus arma tenet
Creditus aduerſam prímæ quod ceperít artem?
Radebat íuuenís: radít & ílle ſenex.

De míſculo hypocríta.

ſ Re per ínfernum mínonía dícítur íra
Dum ruít ad ſtygíum noxía turba canem
Sed cum quæſitor puerum míſculus urget
Concílíum: ſeruat flamínís officíum
Attamen arcano ſeruarí flamínis omnis
Etſí parua píí pectore culpa ſolet
Nec magís urgebít q̃ dícere facta nocentes
Et petet ílle uíces & petet ílle locum.
Míſculus egregías cepít ſed ſanctíor artes
Audít quod quíſquís non facit atq; facít
Scít quotiens cũ quo: quo tẽpore peccet & hora
Et tenet íníuſto cuncta notata líbro
Deínde refert mœſto pueri ſcelus omne parentí
Monſtra deus nunquíd talía ferre potes

DE míſculo hypocríta.

e Sſe deum fallax dícít dum pererat unum

(c) 2007 Ministerio de Cultura

Miſculus: in tenebris non putat eſſe deum.

Ad lectorem.

t Riſtis hypocritas genus malignum
Conctos non ceruus capit libellus
Omnes accipe ſed tamen libello
Perquos carpſerit ille diligenter.

Ad lectorem.

q Vid facit hypocrite noctu mẽs ſãcta reqriſ
In tenebris magna cum grauitate cori
Quod ſcelus ẽ inquiſ li cũ grauitate tenebras
Nocte ſubit: futuit thaida nocte grauemi

De miſculo hypoerita.

q Vod tribuit uẽtri decies ter miſculus ãnos
Deũouit reliquum temporis ille deo.

Hypocrita loquitur

h Iſpida qđ nimiũ ſurgit mihi barba genarũ
Et quod dura meo pectora ſeta riget
Sparſaqꝫ ciniphiis quod ſunt mihi brachia uillis
Et nimium capiti quod coma curta meo
Me fugis ut ſanctum curuim rigidumqꝫ catonẽ
Atqꝫ putas toto pectore ferre pilos
Ne fuge quę latitant reſinata imparte tabellas
Lampaſce: quæ uincũt ſit licet alba niuem.

Hypocrita.

p Lumbeus ut tegit puerorꝫ numulus auro
Sic mea ſub fulua chriſidie uita lacet

In hypocritam.

p Roh ſcelus hypocrite qđ luci barba flings
Omnia ſi cęca nocte ſcienda capis?

p

(c) 2007 Ministerio de Cultura

Mane iubent populum proceres demore ſedere
Hoc fore preteritis ante diebus ais
Priuatur ſolita ſi conditione magiſter
Tu quoq; quis miſero ſufficiatur ais
Naſcitur infœlix patri ſi nocte puella
Ate diem cui ſit ſponſa futura canis
Pauperis & paruo uenalia tecta feruntutr
Quis faciat precium quis ue ſatis det ais
Cõdita diues habet chryſendeta mirthia nũmos
Sint ubi iam pridem condita ſolus ais
Dicturum ſiquem iam concio magna moratur
Quæ ſic dicturus omnia rhetor ais
A puero calathis portantur perſica plenis
Quis mittat munus cuiq; feratur ais
Euryalum niſus ueterem decepit amicum
Miraris triſtis te quoq; ſcire negas
Atreus infœnus miſerorum prædia ponit
Deflectis collum te quoq; ſcire negas
Quatringẽta dedit chriſtilla numiſmata mæcho
Obducis frontem te quoq; ſcire negas
Vendere & natos auri mida cæcus amore
Exclamas tetricus tequoq; ſcire negas
Conqueritur paticus iuuenis depodice leſo
Expius ut ſanctus tequoq; ſcire negas
Quæ non cõtingunt te ſcis: quæ proxima neſcis
At non uis mores dicere barba tuos.

Ad lectorem.

q Veſtus iam ſcio lector es camene
Imprudens epigramma quod libello
Scripſi longius ante q̃ ſolerem

(c) 2007 Ministerio de Cultura

Parcas quæſumus æqua ſi rogamus.
Aſtus hypocríte decem malígnos
Cunctos dícere uerſibus putabã:
Parua & margíne poſſe denotarí.
Verum cum calamus decem peregit
Succurrunt míhí míliés nephandæ
Turbæ maxima monſtra uix canẽda
Quæ líui puro uíx capit uolumen.
Iuris lingula ſyrma nec togati.
Quare ſi nimíum uagí uídemur
Pendes triſtibus hoc malum cauernís.

IN radamantum.

d Ic míhi ſecretas qd p rhadamante feneſtras
Aſpicís: e media dum tíbi cedo uía
Intentís oculís num ſpectas ſídera cœlí?
Et lítuo nunquíd ſub ioue templa notas?
Leua manus radíos lítuo torquebat in auras
Thaída conſpícuam quom tíbí rima facít.
Quín mihí reſpondes: ſcito plebe tota: poeta
Maſtrupatorem uíderat hípocrítam.

De æaco hipocrita.

d Vm píus a tenebrís nullo comítãte redíret
Aeacus: e medio me uocat ílle foro
Non dentur rogítans quare mea tempora ſacrís
Curq; iuuenta mihí relligione caret.
En cape ſacrorum ſolennía: uana relínque
Iſta receſſuris ocía rebus aít
Talía dum crocítans íterumq;: íterũq; renarrat
Impleuít fatua relligione caput.
Illíus tenebras díxi me nocte futura

(c) 2007 Ministerio de Cultura

Competere: & leges díscere uelle locí
Accessí potíus causa scelerata uídendí
Orgía: & inferno dígna sacella foco
Heu quod per cecas uídí fera mõstra tenebras
Pars reticenda míhí pars retegenda míhi est
Líuor amorq; auri seruabant límina: utríque
Híspída de mento pendula barba fuít
In medío accensa cum lampade castra sacello
Língua duplex: fraudes: íra susurrus habent
Parte alía ambítio cum proditione sedebant
Parte alía fastus: ganea: luxus erat
Procedo ulterius: ne non manifesta uiderem.
Hoc erat in fami tetra cauerna loco.
Infandos coítus exercens nocte píloſæ
Gentís: ín obscuro cum sacra sancta facít
Híc mastrupator: fallator & ínguína língens
Híc quoq; cum ducta thaíde mœchus erat
Has moneo uites quícunq; uocarís ad umbras
Nam cíto perspícua de níue coruus erís.

Ad lectorem.

b Is míhi lector aís cur sic epígrãmata longa
Scribímus. ín prima sít ratíone satís:

Poeta de hypocritis.

s Aepius hypocritæ rubro resonantía tergo
Flagra uídes: ídeo quæritís unde malus
Afflígít quenquã sí díre conscía culpæ
Mens hominem: speciem non habet ílle uíri
Hæc quoníam stygío gens est ascrípta baratro
Et tímet eumenídes tartareumque canem
Verberis æterni cauti tenuantur ín usum

(c) 2007 Ministerio de Cultura

Nam dolor assuetis lenior esse solet

Poeta.

q Vædã quæ faciũt tristes portẽta cauuernę
Non memoranda modis iusta fuere meis
Non tamen hæc aliqua trepidus formidie liquo
Ne noceat uatí libera musa suo
Sed qnía narrassem si tam fera mõstra: timebã
Ne mea me uitio líbera musa daret.

Cantalycii epigrammaton liber. xii. ad polydorum tybertum.

Cantalícus polídoro. S.

u Itímus hic libellus mí polídore æglogã habet allegoricam de ethrusco bello: quod inuictíssimus domínus meus Calabriæ dux alphõsus. & urbíní dux phedericus ín florentínos gessérunt. Item Cantiones quasdam amatorias: q̃s ex uernaculis ut potuí ſuatis affectíbꝰ bõaqꝫ uerborum parte ín latínos uersus conuertí: postrẽo facetas querelas ín unctum patrem quem carnispriuium uulgus appellat. Quibus defatigarum alíis libellís superioribus nõ mediocriter animũ relaxabis. uale.

AD lectorem.

h Ic te pastores phedrici bella docebunt
Et nostri calabrí castra tremenda ducís
Perlege: nã stomacho fastidia nulla mouebũt
Et díscas nostrræ quíd uoluere capræ.
Phosphorus & battus pastores íntro ducunt.

q Vuæ te causa tuis properantẽ cogit aboris
Cedere bacte refer: quæ te tã díra capellas

(c) 2007 Ministerio de Cultura

Tempestas agitare tuas huc iussit in umbros?
Qui rogo tyrrhenas potuisti linquere ualles
Callículos fonteſq; sacros: siluasq; uírentes?
Hæc non herbíferos lætíssima pascua campos?
Nanq; ego te memíni nõ dũ altera claudít æstas
Securum pauísse pecus: noctesq; díesq;
Pastorũ tuícis carmen ceciníſſe sub antris
Quo satyros: quo pana deũ: phannosq; tenebas
Teq; uírũ petrit quõdam formosa lycoris
Ad tua cum sacræ proparent carmína niphæ.
Par tibí nullus erat pastorũ batte: nec ullí
Quam tibi plus dederat pecoris fortũa: nec aurę
Mille boues memini stabulís te mane trahętę
Ad uicína tuís deducere pascua ríuís.
Hic tibí balãtum fuerat grex magnus: & hædos
Centum sæpe simul coniunx portabat í urbẽ
Crispula uenales: quotiẽs lux festa subíret.
Inde super tarda uummosa redíbat asella
Síq; domí ignauæ pluuię uentíq; tenerent
Vidímus egregio texentem numina cantu
Præteríísse dies inter te sæpe napeas
Línquere te patriã minor satís íple superq;
Atq; equídem uereor quíd te huc ípellat anhelũ
Heu qualem qualem uideo te batte repẽte
Vnde hæc anxíetas? & quæ tibi squalida péder
Barba situ pedíbus nudis agís ecce capellas
Nec tibí uilloſus pendet post terga cucullus
Fistula non humeris: collo nec mãtica: nec te
Ferre pedum uídeo nodis de more polítum
Bate refer quæ causa tuos fœdauít honores
Quæ tibí causa uíæ pudeat nec uera faterí

(c) 2007 Ministerio de Cultura

Forte tibi miſerum pectus mœrore leuabo.

Battus.

o Care ãte alios ſéper míhí phoſphore cũctos
Et míhí nunc aliquam forſan lature ſalutem
Fídere fortunæ quenq̃ demétia ſumma eſt
Hæc mutat turbatq; uices: nec parcitur ulli.
Hæc humíles tegetes íncelſa palatía mutat
Sæpíus hæc írum de coſmo fecit egentẽ.
An non dum noſtrí ueſtras penetrauít adoras
Fama malí; quod nuper agroſ uixauít ethruſcos
Heí míhí quam míſerũ ẽ tãtas memorare ruínas
Impía quas noſtræ peperít bellona quiẽtí
Phoſphore magna tíbí ſunt ocia: flatq; capellís
Aura tuís nimiũ: nam quæ ſenſere ſycãbrí
Et parthí: mauríq; ſimul: quæ nouít eous
Ipſe nec audíſtí: míſerum ẽ quod ſcíre laboras

PHoſphorus.

n Vnc ſcío batte íouis mõ qd ſibí fulmía uellẽt
Multa quíbꝰ nr̃ís quercus iacet o bruto ſiluís
Quæq; meæ cecínit uille de culmíne cornix
Ipſe mala agrícolís uſq̃ uentura putabam
At quæ ſeruities quæ tanta ínuaſit ethruſcos
Ira deum? quæ uis hominũ fuit íſta rogamus?

Battus.

í Mpíus heu patrios míles populatur agellos
Prædaturq; pecus nullo diſcrímíne paſtum
Mília tot nũq̃ claſſis pelopeía muros
Duxerat ad phrygíos: nec cadmí mœnía tãtus
Preſſerat armorũ bello feruẽte tumultus

p íí íí

(c) 2007 Ministerio de Cultura

Inuasit quantus tyrrhena per arua colonos.
Pastorum pars magna plagas orientis a diuit
Et trepida occiduas pars com migrauit in oras
Magna per illyrici fines pas mœsta uagatur
Pars ligurum priam germanaq; regna petiuit
Pars pecore amisso uinclis captiua reuincta est
En ego quas ternis uix inter tela capellas
Quattuor eripui: sed te quoq; candida coniunx
Crispula perdidimus: poteraſque sola dolores
Demulcere meos lachrymisq; iponere finem

Pphosphorus.

p Eccasti nec batte parum: seruare capellas
Dũ cupis has potius: rapta ẽ tibi crispula coniũx

Battus.

p hosphore quid faceré? media de nocte marítũ
Cara sequebatur: ruit impia turba repente
Vnius aduocẽ misere conuersa capellæ
Et pecore & domino misso rapuere puellam
Illa quidẽ denas bis iam numerabat aristas
Ante alias tuscas certe cantare perita.
Vlla nec hac melius depresserat ubera palmis
Aut ouium teneros depascere nouerat agnos
Vlla nec aut lardo sapientius uexerat ollas
Aut oleo nobis caules si quando parabat.
Nulla magis recte sulcum signabat aratro
Nulla magis prendens ex arbore poma legebat
Et sola intenuis induxerat illa choreas
Quom te sancta pales celebrabat rustica pubes
Deniq; nulla fuit toto sapientior orbe.
Hæc soror arcadici furat stylphonis & asti
Filia: sed liguris ueniens de gente molorchi

(c) 2007 Ministerio de Cultura

Vndíq; paſtores ſponſam petiereparentes
Armicolæ: uoluit ſolum me uírgo marítum
Quam neq; íam miſero ſuperem ſpes illa uídédi
Nec pr cus amiſſum patríos nec phoſphore fines

Poſphorus.

b Arte tuas mecum paulum depõe querelas
Silibet his dabítur regionibus altera cõiũx
Gente nec inferíor: ſículos quæ uíncere cantus
Audeat & ſímas depaſcere docta capellas
Sed precor hæc nobís referas: quís bella ſuperbis
Intulít ethruſcis? quæ tantæ cauſa ruinæ
Quæ fuít hæc ueſtros ínter diſcordía ciues?
Atq; hoc ínterea mollí tua reſpice ſiſſa
Membra leua: nam ſtare tibí ſit credo moleſtum

Battus.

p Hoſphore quæ patímur tãtorum tã maloꝝ ẽ
Regũ magna ſitís: nũc altera claudítæ ſtas
Exquo nulla nouís mandauímus ordea ſulcís
Nec lícuít fœtas ad paſcua ducere uaccas
Gramína nec pecudes nec cõtígit hædus híbiſcũ
Quí belli ſunt batte duces? q̃ ſignat qs auctor?

Phoſphorus

i Ppſe ouíum cerre tíbi prompti us omía dícã
Nomína quas habuí: q̃ ſingula noía poſſim
Enumerare ducum belli eſt Aorentía ſumma.
Paſtores unum tyrrheni nomíne dícunt
Alphonſum íuuenem: calabrum cuí regia ſeruít
Quiq; fluentínos íurauít marte fauente
Diripuíſſe focos: ualídæ ſunt pectore uíres
Eſt anímus íuueni bellum ciet íl letremendum
Heu quanto tuſcos díſcurrit mílite campos

(c) 2007 Ministerio de Cultura

002 580

Quantus ágit prædas: nímium míſer ille ruenti
Claudere qui portas auſit uel claudere ualles.
Paſtores alium phedericum nomíne dícunt
Adríacſs fœlix regnum qui terminat oris
Nó modo qué populí trepídãt ſed põtus & æther
Quodq; magís ſtupeas luſcus plus ,pſpícit argo
Scís quot fronte octos ſcís quot ceruíce gerebat
Quaſlibet híc martís magna uí perdomat urbes
Flumína caſtra túros: pontes: caſtella; caſaſq;
Aerías arces bombo flagrante per auras
Deíícít: & nuper cum caſtellína ſonarent
Mœnía abortuni centum peperere iuuencæ
Sed yd ego hæc rſero tíbi phoſphoꝛ ſat tíbí battũ
Cerneræ: nã prohíbet dolor hís tíbi plena referre
Surgíte íam miſeræ mecum mea cura capellæ
Surgíte inexílium quos fors nos ducet eãmus
Hæc uobís poſt hac unq̃; mea críſpula frondes
Exciſas ſumma uírides íactabít ab ulmo
Hęc ſtípulas molliq; toro ſubſternet auenas
Surgite: tuq; uale íam nate per omnía fœlíx
Phoſphore: nam ductís hínc me líbet íre capellís

Poſphorus.

Atte tuam cepit quæ tanta ínſanía mentẽ?
Quo dic ire paras? ubí tutam fígere ſedem
Ipſe magís poterís q̃ mecum? creuit ab annís
Noſter amor teneris: hic hic requíeſcere fas eſt
Iam tíbí: poſt tantos quos dat fortuna labores
Cernis ut obſcurum complerint nubíla cœlum
Perq; omnes ualles fuſcís nox ſpargítur umbrís
Eſt mihí quã noſtí q̃uis tus optíma coníunx
Quæ te cunq; tuís: quãtũ ualet arte: capellís

(c) 2007 Ministerio de Cultura

Ruffa uíri nullo díſcrímine læta fouebít.
Inter paſtores non eſt me dítior umbros
Nec pecoris q̃ſq̃ nec agrí: nã ſulcat aratrum
Iugera mílle mihí poteris íam uíuere mecum
Battere ſume animos: & quã mihí ruffa parauit
Ad te nã properemus íter ſcío bullít in olla
Caulís: & ímenſum ſetoſi ſincíput aprí.

So ſtato nel liferno conuerſa in latinũ.

s Ò ſtatu nel línferno tanto tanto
Deſeío ne uſciſſe gran mercè ſerría
Stauami ín paradíſo ſancto ſancto
Hamene tracto la fortunaría
Sta me la morte ad canto ad canto
Amor & dolglía: ſdegno: & geloſía
Sempre me nutrí ragio ín pianto ín pianto
In fín chío uego la ſignora mía

Cantallicii tradutío.

i Am tantũ uídí plutõís regnaq̃ tãtũ
Eſſet opus poſſem ſí remeare píum
Regna paradíſí fœlíx modo ſancta tenebam
Príuauít tantís me dea praua bonís
Proxíma crudelís mihí ſint confínía mortís
Ira tímor: zelus: hínc amor: índe dolor
Paſcentur lachrymis ſemper mea lumína plenís
Aſpíciam dominã dum míſer ípſe meam.

Io ſeminaí el campo

i O ſeminaí el campo & altrí el mete
Agío deſpeſe le fatíge in uano
Altrí ha dellacqua & ío moro de ſete
Altrí e ſalíto & ío ſo ſceſo al piano
Altrí ha pílgliato & ío teſi le rete

(c) 2007 Ministerio de Cultura

Solu la piuma me restata in mano
Fortuna ha facte le sue uoglie lete
Amor ad torto me stato uillano.

Traductio.

s Emina mandaui campo: metit alter aristas.
Consumpsi in uanũ sic miser ipe dies
Me sitis interimit: liquidis bibit alter in undis
Alter inexcelsum tollitur: ipse premor.
Alter habet uolucres: capris ego retia misi.
Restitit in manibus pericula sola meis.
Contorsit lætas in me fortuna sagittas
Ingratus miserum meq; fefellit amor.
Quando me uederai inscura fossa.

q Vando me uederai in scura fossa
Se mami como dici piangerai
Dirrai mischina mi queste son lossa
De quil meschino chio tanto strazai
Doppo tene andarai intorno ala fossa
Vorrame dare adiuto & non potrai
Pero te prego non me far morire
Che doppo morte non gioua el pentire.

Traductio.

Vãdo sub obscura cernes mea mẽbra sepulcro
Deflebis miserum si uelut inquis amas
Me miseram dices sunt hæc sunt ossa misselli
Quem meus in tanto tempore lusit amor.
Inde pio tristem lustrabis lumine ossam
Sed poteris nullam ferre salutis opem
Parce igitur duræ nimium me tradere morti.
Nam neq; post mortẽ pœnituisse iuuat.
Occultamente,

(c) 2007-Ministerio de Cultura

o Cculta mente me ſentiua punto
Da doi bellochi che ferito mando.

Traductio.

o Gculte ſeſi modo quod pungebar ocellis
Noſtra quibus miſere ſaucia corda gemũt
Arſerunt medias intra mihi ſpicula plagas
Cura: dolor: mœror: pectoris ignis edax.
Sæuus amor miſerum telis inualit inermẽ
Dulcibus offenſis & ſine felle dolis.
Eſt mihi ſed ualde poſita ratione timendum
Hic ne uictor eat: damna ego ſola feram.

Serra nel core mio.

s Erra nel core mio doglia & tormento
Poiche prouato ſon del mio theſoro
Serra lauita mia pianto & lamento.

Traductio.

t Ormẽta & magni q̃tiẽt mihi corda dolores
Cum ſint theſauri expoliata ſuis.
Potus erunt lachrymæ: paſtus mihi ſola querela
Cum careant uiſu lumina noſtra ſuo.
Plenaq; mœſtitiæ uiuet mihi pectore cura
Aſſiduam patiar cum ſine fine necem.
Quam dederã parui memento temporis uno
Aurea non tollet uis mihi magna fidem.

Alpheni perufini.

s On gia riducto in ſi maligna ſorte
Chaltro che pianger non fa gliochi mei
La lingua mia non chiama altro che morte
Laqual per dolce uita elegerei.
O morte fa che lore ad me ſian corte

(c) 2007 Ministerio de Cultura

Trammi de questi culpi acerbi & rei.
Trammi de mille morti o morte sola
Vien morte affrecta morte o morte uola.

Traductio.

I Ntalem redigiunt iam me fata impia sortē
Vt tantum madeant lumina nostra genis
Et mea nil aliud nisi mortem lingua precatur
Vita quidem dulcis quæ mihi sola foret
Ne me tam longas differ mors oro per horas
Eripe me tantis commiserata malis
Tolle mihi mortes morier mors unica mille
Sola ueni: propera: mors age: curre: uola.

Alpheni perusini.

P Ioūa dal ciel con tempestosa furia
Fulguri ardenti che ciascun submergano
La terra parturisca tal penuria
Che lanimal per fame se dispergano
El mar gonfiato monstre tanta iniuria
Che lacque sopra monti alti saspergano
che non haro dolor ansi el desidero
Chauer piu mal chio mabia non considero.

Traductio.

T Otum terribili quatiatur turbine cælum
Cunctaq; dispereāt corpora fulminibus.
Sit quoque per cunctas talis penuria terras
Vt pecus omne fames maxima dissocīet.
Atque tumescentis sit tanta iniuria ponti
Vnda quod excelsis montibus insideat
Hæc mihi non ullum poterunt prebere dolorem
Esse quod hic noster non ualet asperior.

(c) 2007 Ministerio de Cultura

Alpheni perusini.

n On e gran facto io gridí guerra guerra
Se tu me excludí & dicí fora fora
Vo tu poí chío non dica ferra ferra
O morte í meí trísti ochí allhora allhora?
O fortuna crudele atterra atterra
Chí fia cason de questo & mora mora
Se non m e sera forza zoppo zoppo
Gionger chí me molesta troppo troppo.

Traductio.

n On mírũ é clamé quod semp bellaq; bella
Excludas cum me sæua foraſq; foras.
Vís ego non dícam mors quæso feraq; feraq;
Tunc tunc hos oculos o uíolenta meos?
Ad terram ad terram sterne hanc fortũa malígna
Quæ mihí causa malí íam pereat pereat
Sín alíter: cogar claudus iam prændere claudus
Prændere quæ uexat me nimís atq; nímís.

Alpheni perusíni.

p Enser: pura: & zelosíe deuorano
Lamente: elcore: lauita: ínseme & lanímo
Língrate língue ín modo me martorano
Chío son quanto cuníglío pusillanímo.
Quisti ochí tanto nocte & giorno plorano.
Chel corpo e quasí gia ríducto exanímo
Non basta questo che per mío recríuero
Son poí díngegno & de pecunía pouero

Traductio.

c Vra: pauor: zelus: corpus cũ mẽte anímũq;
Et uitam mísero nunc símul excruciant

(c) 2007 Ministerio de Cultura

Ingratæ línguæ ſic me quoq; ſpícula torquent
Me magís ut uíuat nemo puſíllanímus.
Noctes atque díes adeo mea lumína plorant
Vt ſim deductus corpus ínexanímum.
Non ſatís hoc fuerat: ſed pro mœrore leuando
Sum pauper nummís pauper & íngenío.
Carmen facetíſſimum ad patrem unctū quē carníſ príuíum appellant.
q Vo fugís uncte pr̃: propat q̃tregeſſima mr̃
Dícite terq; quater quo fugís uncte pater.
Multum delínquís quía nos pr̃ uncte relínquís
Cur cum tot nugís nos pater uncte fugís?
Noſtra quatragene cur das ſít corpora pœnæ
Qui faciunt gíbbos fert quatragena cíbos.
Heu heu pallentem faciunt ieiunía mentem
Nobíſcum humanæ tu pater uncte mane
Cur cum tot cepís ad nos quatrageſima repís.
Auxílíare tuís: quo pater uncte ruís?
Tollens gallínas: cur das pater uncte ruínas?
Noſtraq; de uíta corpora tollís íta?
Noſtros umbones tollís pater uncte capones
Deerat nanq; tíbí copía nulla cíbí.
Tollís caſtratum noſtro pro corpore natum
Cumq; bonís ouís pínguía terga bouís.
Quiq; fouét lūbos quo fers pater ūcte colūbos?
Durū eſt ferre turbuas o quatragena tuas.
Príuas nos turdís: portas mala ſalgama ſurdís.
Heu heu feſtínas das pater uncte mínas.
Allía cum cepe uenient ad prandía ſæpe
Das cícerum fæces & pater uncte neces.

(c) 2007 Ministerio de Cultura

Hínc properãt lentes ímplent quæ nõ bñ dẽtes
Inde mouent albæ maxíma bella fabæ
Hæc quando ítrabunt ín corpora bella parabũt
Heu mala quæ donat braſſica quando tonat
Et non feſtíuæ turbabunt corpus olíuæ
Implebuntqꝫ nuces pectora noſtra truces
Hinc nobís herbæ cruciabunt pectus acerbæ
Míllæqꝫ fallaces hæc dabít eſca faces
Hínc confeſſores tribuent pater uncte dolores
Noſtrís peccatís hís ín aperta datís
Cogímur ad míſſas te ſic abeunte remiſſas
Et celebrando díes non datur ulla quíes.
Deníqꝫ nos ſcímus quía íã pater uncte perímus
Síſte tuas dotes ſi pater uncte potes

Fínís

Cãtalycíi díſtichoꝝ líbellus prímus de doctís uírís & ímpítís uíuẽtíbus mortuíſqꝫ nr̃æ ætatis

Ad lectorem.

c Onfícíũt bínos hæc díſtícha nr̃a líbellos
Quos lege ſi uírtus ſí placuere ſales.

SYxtus pont. max.

h Ic eſt pauperíes tríbuit cuí docta tíarã
Syxtus apoſtolíca paſtor ín eccleſia.

Cardínalís ſenenſís.

q Vícqd hic ígnorat príceps nõ ſcítur ab ullo
Et quícquid ſapíens eſt prietatís habet.

Cardínalís papienſís.

r Ideat híc prínceps rídebunt omnía: ſed ru
Críſpantís nares ſí ſapís ora fuge.

Cardínalís rotomagenſís.

q

(c) 2007 Ministerio de Cultura

h Vnc ego cũq; ſua totũ tibí gente relinq̃
Sí dederís nũmos quos habet ille mihi.
Vrſus pontífex theanenſis.

q Vod nũa: qd' curíus: gẽíniq; habũer catões
Antíſtes noſtrí temporís urſus habet
Franciſcus maría pont. uiterbien.

p Ræſul ariſtotelẽ ſapít híe magnũq; platonẽ
Et de cœlitibus dogmata quícquíd habent
Pantagathus pontifex firmanus.

h Ic íta caſtalíis uates caput abluít undís
Vt ſít pantagathí nunc lyra prima meí.
Fabrítius uaranus camerini pontíferur.

q Vícquíd ab euboícæ íã fluxerat ore ſíbyllæ
Omne camers noſtro tempore præſul habet.
Protonotarius de ſpíritibus uiterbienſis.

h Ic de ſpíritubus quem protulít aura uíterbí
Spírat ínauditi pectoris ingenium.
Pomponius.

h Ic eſt qui retegit ueterũ monuméta quíritũ
Et docet híc quícquíd maximís orbis habet
Angelus polítianus.

h Ic íta ſermones uates utriuſq; mineruæ
Per nouit: dígitos nouít ut ílle ſuos.
Landínus.

q Vum colís & díſcís florétía pulchra legété
Smírneum docto pandit ab ore melos.
Matarátius.

q Vícquíd ab altíſono loqtur matarátius ore
Excípit & chartis mandat apollo ſuis.
Sigíſmundus fulgínas.

(c) 2007 Ministerio de Cultura

h Oc nemo meliús nemo fœlícius egit
Cum críſpo & magno cum cícerone díes.
Petrus marſus.

h Ic meminit ueteres quicqd ſcripſere p horã
Hoc cerebro quícquã cultiris eſſe nequit.
Paulus marſus.

p Roſuit hic multo marſus tibí roma labore
Sacra recognoſcís quo duce príſca patrũ.
Sulpítius.

m Artía ſulpítium uatem cole roma díſertũ
Pulſat hic aoniam cũ bonitate lıram.
Volſcus.

c V quoqꝫ romanís es dignus uolſce cathedrís
Muſa per egregíum nã tua luſit opus
Alexandrínus merula.

h Ic qui contriuit uenetís diuturna cathedris
Tempora: harbati ſocratís ínſtar habet.
Callímachus geminianenſis.

c Allímachus barbos fugiens ex urbe furores
Barbara quæ fuerant regna latína facit:
Domítius.

h Víc ſi fata diu tríbuíſſent tempora uítæ
Pierídum ínterpres fidus & unus erat.
Platína.

d Ogmatę pithagoræ poterat q ſcríb. ſ magni
Egregíos pícta reddidit arte cocos.
Valla.

h Oc duce barbaríes deceſſit ſordída nate
Et rediít latío perdíta língua ſuo
Gaſpar ueronenſis.

(c) 2007 Ministerio de Cultura

h Ic iã grãmatices fuerat deus ũnicus artis
Vnde ego grãmatices flumina prima bibi

Procellus:

n Il aliud procellus erat q̃ garrula cornix
Grãmata nõ norat græca: latina parum.

Sipontinus.

g Rãmaticã pueriſ bõis hic depinxerat artẽ
Sed tamen impoſuit grande laboris aruis.

Phileticus.

h Ic cui tergeminos dederat iã cæſar honores
Non habuit clario pectora plena deo.

Philelphus.

h Ic eſt qui latio deperdita grãmata primũs
Reſtituit: natus dic mihi qualis erat?

Tortelius.

e Didit egregia tortelius arte uolumen.
Quo duce quod cupiet ille uel ille leget.

Leonardus arrhetinus.

a Rrheti proles leonardus plurima ſolus
Hellenica romam de regione refert.

De ineptis poetis atq; grammaticis.

Amillus.

g Rammaticã uerã tradit preceptor amillus
Qui docuit pueros dicere ſero bonũ.

Perillus.

q Vis non miretur uatem laudetq; perillũ?
Paſcha quod hoc paſche dicere ſepeſolet

Maſſa.

m Aſſa inter carnes & carnẽ dicit Ineſſe
Diſcrimen magnũq̃ bene maſſa docet

(c) 2007 Ministerio de Cultura

Nihilus.

i Ngenio pollet nihilus præceptor & arte
Posse negat dici qui mihi scribo tibi.

Battus.

n Os faciunt certe carmẽ pulcherima cũcti
Battus. ait: pueros quando elemẽta docet.

Branchita.

d Vm legit in cathedra sapiẽs brãchita poetas
Allegat semper pro cicerone phocam.

Grachulus.

g Rachulus est natus media de pallade: q uult
Vt producatur syllaba quæq; breuis.

Baccara.

b Accara cosmograph⁹ bõus ẽ loca nouit & orbs
Esse asiæ tyberim qui tibi flumen ait.

Bathyllus.

q Vis neget & supos & sydera nosse bathyllũ
Esse canem sydus qui pluuiale docet.

Varillus.

d Isperas nosti nimium uarille camenas
Pro uersu prosam qui recitare soles
Cantalycii distichorum libellus secundus de magnis italiæ pricipibus & de militibus ignauis.

Rex ferdinandus.

c Vi finxit uulpes astus: tritonia fibras
Vim leo: plus cunctis regibus iste sapit

Dux calabriæ.

a Spice q̃ superet feruenti pectore patrem
Dux calabrum: dicit qui tibi tolle moras.

Dux urbini.

(c) 2007 Ministerio de Cultura

h Ic eſt hic gentis terror phedericus & aura
Quo ſine neqcquā mars ferus arma mouet.
Octauius frater eius.

c Vi tribuit placidam phœbi cortina quietem
Nec ſunt octaui principis ora pii.
Guido eiuſdem filius

h Ic puer eſt ſed ſi uideas ſit pectore quantus
Dixeris: hic maior q̄ phedericus erit
Iacobus picininus.

h Ic eſt qui dormit uariaſq; reſurgit in horas
Nec ualet extingui ſit licet ille nihil
Robertus urſinus eques.

c Eerne Cicatrices tam quæſo per ora decētes
Hic eſt qui belli pectore fulmen habet
Neapoleo urſinus.

c Onſilio quantū ualeat quem cernis & armis
Dicite pontifices pro quibus arma gerit.
Comes urſus.

h Ic eſt urſinis claris de gentibus urſus
Quem tu ſi telis urſeris urſus erit.
Virginis urſinus.

h Oc ſine parthēopes urſo rex palpitat hoſtē
Hoc ſine non unq̄ uincere papa poteſt.
Princeps camerini.

h Ic tenet in placida populos regiōe camertes
Nec leuis eſt bello martis in arma micans.
Dux mediolani.

c Omprimit hic aſtus uenetos galloſq; furores
Inſubres tuta qui ſibi pace regit.
De ignauis milibus.

(c) 2007 Ministerio de Cultura

Moretus.

h Ic eſt quí motæ trepídabit harũndínis ũbrã
Cum frequens bacho bella morettus agít.

Margatus.

s Aepíus hunc contra mouit fera p̃lia límax
O q̃ margat tũ bellíca pallas amat.

Munallus.

a Spíce q̃ fortís pugnet munallus ín armís
For ſa cuí ſemper uulnere terga rubent.

Nellus.

h Ic eſt nellus atrox lítuo qué ſæpe freméte
Ipſe quídem memíní ſub latuíſſe toro.

Broſius.

h Ic eſt cuí durum díſſoluunt claſſíca uentré
Egregíus broſius: obuía turba fuge.

buratus.

m Ille gerít clypeo quí uulnera cerne buratũ
Hic ſolet & ſtrepítum ſæpe timere pedís.

Pipus.

p Ipus aít quotíens ſurgunt ad bella cohortes
Ite uírí ín pugnas: híc ego tutus ero.

Taſcha.

n On gerít híc pharetras nec taſcha ſagíttas
Sed gerít œnophorum: quom ſera bella cíet.

Vrbíus.

q Vã ſape ẽ tutũ: quotíés uídet urbíus hoſtẽ
Dícít ſe ſubíta febre micante morí.

Híacha.

m Artís equos eqtat dũ cætera turba fremẽtes
Strenuus ín ſcorto ſemp híacha ſedet.

(c) 2007 Ministerio de Cultura

Altulus.

u Vlnera nulla ſuo ſapiẽs facit altulus hoſti
Optat enim tali cum pietate morí.

Ruffus.

c Edíte ductores armorũ: feruídus hoſtem
Sí uídeat ruffus: perdere ſæpe ſolet?
Ad polí dorum tíbertum
s Témata cũ ſtatuís clarí meruere quírites
Quam tenuere ſuum ſtrennua facta locũ.
Solus amor nũmi poſtq̃ ſucceſſit habendí
Artíbus egregiís nullus ín urbe locus
Príſca ſed ílla quídem ſí te polídore tuliſſent
Secula: praxitelís tu quoque marmor eras
Iſta tí bi quoníam fulſíſſet ímagíne uírtus
Qua ſuperas príſcos uel polídore refers
Attamen hoc noſtrum q̃q̃ uírtutíbus obſtet
Tempus: & ín uítium gens ſcelerata ruat
Solus habes magnos hoc tapore preter honores
Solus es & noſtro tempore clarus eques
Nam quæ de populís merito uexílla reportas
Pluríma: uírtutís ſunt monumenta tue.
Adde q̃ & noſtrí ſít fundís apollínís artes
Vt queat ore tuo dulcíus eſſe níhil.
Non ego marmoreos poſſum tibí ponere uultus
Aut ebur ín facíem compoſuíſſe tuam
Aere nec enítido poſſum ſimulacra coloſſí
Ponem: uírtutes quæ meruere tuæ
Pro quíbus ut noſcas quanto te pauper amore
Proſequar: & uírtus ſit tua quanta mihí.
Accípe parua quidem: ſed nõ morítura p euum

(c) 2007 Ministerio de Cultura

Munera cantalici clare tyberte tui

Ad librum.

Vo liber ire paras: scelerũ dabis iprobe penas
Esq; tui solus tu tibi causa mali.
Vltorem scelerum nam queris adire tibertum
Pretorem: insullis fretus inepte iocis
Vt solet utetur si fascibus ille seueris
Nil erit ui dicas calliopea saue
Nam scis te furem: mœchũ: uanũmq; loquacem
Et qui pro meritis stigmata fronte feras.
Actum est o demens de te: michi crede: pe risti
Fune nouum positus carmen ad astra canes
Vnum illud forsam poterit tibi ferre salutem
Et tibi non aliud ferre salutis opem
Si bene iudicibus te commendabis utrisq;
Quos assessores nunc polydorus habet
Est mihi amicitiæ uinclo coniunctus uterq;
Et uates ambo nunc uehementer amant
Alter fulginiæ dionysius unica fama
Alter gentiles phanigenumq; decus.
Non potes inuisi sperare satellitis auras
Non delectatur uatibus illa cohors.
Sic licet ire: tamen manifesta pericla subibis
Sed tu nil trepidas ambitiose liber

Ad questorem.

Olue mihi nuper dicebat pistor & ille
Qui dederat longa sub ratione merum
Non habeo dixi: subrisit phœbus & euam
Qu sunt pierici numina bina chori
Me pius inde deus pariter miseratus egentem

(c) 2007 Ministerio de Cultura

Hæc mihi perplacído díxit uterqꝫ ſono
Gratus apoſtolicos quí collígít undıqꝫ cenſus
Quæſtorem noſtro nomíne lætus adí.
Ille,tıbí ſubíto poterít numerare laboris
Premía:quæ placídus ſoluet utraqꝫ manu.
Ad te ígítnr ſupplex uenío claſſime queſtor
Díuítís atqꝫ tuæ numen adoro manus.
Vt me de tantısreleues francíſce querelís
Me quíbus excruciant penſío:caupo:ceres?
Cantalycí epígrammata poſt emíſſum uolumē.
Ad cantalycíos munícípes ſuos.
u Iuſte Cantalycí per ſæcula longa leones
Eſt quíbus antíqua uíncere ſorte datum.
Vos fera finítius quotíēs mouet hoſtís ad arma
Bellígerum índomíto marte fouetís opus
Vos & fœlíces pugnatís ín agmína xerxís
Funditís & modica mília mille manu.
Ardua per montís latíqꝫ per æquora campí
Perqꝫ undas noſtís uos aperíre uías.
Partorum mıra uos uíncítís arte ſagíttas
Et quæ thraítías íd doc uere manus
Vos & uictrící ſuperatís lapídes haſta
Enſe fugít nullum dextera ueſtra caput.
Claſſica quom pugnam ıam conſeruere ferocē
Dat ſonípes uobís dat male terga pedes.
Solí magnanímos poſuíſtís ínobíce poſtes
Preſſerunt calabrum quom fera bella ducem
Deníqꝫ quícquíd habet uobís bellona míníſtrat
Magnaqꝫ gradíuí regıa quícquíd habet
Viuite ſed memores precor omní tēpore noſtrí

(c) 2007 Ministerio de Cultura

Sum quoq; cantalycí pars ego magna ſolí
Solus ad hoc patríís nobis íam natus ín orís
Vt canerem patríæ fortía facta meæ
Sí quíd habent longæ uatum pía carmína famæ
Non poterunt patríæ facta perire meæ

Ad turrem gammarã.

s Trata íacet tandem cœleſtibus emula turrís
Nobíle cuí montís gammara nomen erit
Quam mõ nec boreæ nec fulmía ſæua nec íbres
Sternere cantalycæ te potuere manus
Quæq; reſultabas uicína per oppída cornu.
Non dare buboní íam potes ecce caſam
Quæq; rheatínos ſpecula de montís ín agros
Línceauertebas lumina: ceca iaces
Díſpeream ſí te non ſemp grammara amaui
Mœnía ſed patríæ plus amo tuta meæ

AD furioſam bombardam rheatínam.

q Vís te non tímeat quís nõ furioſa paueſcat
Non trepídet bombos quís furioſa tuos
Sed quom te contra uenít modo lutra ducalís
Cur non exíſtí tunc furioſa foras?
Proh pudor ante oculos & te ſpectante ruínas
Gammarus ín lutre mergítur ora tuus

Chriſtíaní pœnítentís Elega confeſſio per Cantalycium.

c Onfiteor tíbí ſume deus rerumq; creator
Confíteor matrí uírgínibuſq; tuís
Confiteor ſanctís quos ad tua regna uocaſtí
Et tíbí confiteor corde gemente pater.
Imprímís ſanctæ legís præcepta fefelli

(c) 2007 Ministerio de Cultura

Seruarí aſſidua quæ pietate decet
Nam non ípſe deum ſemp reuerenter amaui
Iurauí cuíus nomína mílle modís
Non míhí faſtorum reuerentía ſancta dierum
Non placuít matrís nec patrís ullus honos.
Fur:mœchus:teſtís fallax:occíſor:adulter
Sæpíus & rerum ſæua rapína ſuí.
Sunt peccata míhí fateor mortalía ſeptem
Quæ me de recta ſurrípuere uía
Quom mala præcípítem me ſæpe ſuperbia uícít
Et dedít íra mihí corde furente faces
Accídiæ mœſta me cœpít ímagíne uultus
Et mea compreſſit pectora líuor edax
Inq; uías uarías duxít me cæca líbído
Indulſí nulla cum ratíone gulæ.
Víeít auarítíæ cupídum me crímen habendí
Nec potuí paucís rebus habere modum
Quínq; quoq; ínmundũ fateor me ſenſíbus eſſe
Offendí magnum quís ego ſæpe deum
Quom male quæ fuerant uídí non ſæpe uídéda
Et tenuí turpes lætus ín aure ſonos
Dulcís &ímmodící íũuít laſcíuía guſtus
Deq; mea uanus nare pependít odor.
Sæpe manus turpí maculauí crímíne tactus
Et tetígí fuerant quæ fugíenda míhí
Hínc doleo fuerím q non míſeratus egentes
Ipſe quíbus potuí ſæpe leuare famem
Et bene quem potuí nudum ueſtíre trementem
Sæpíus eíecí per mala uerba foras
Impíus hoſpitií peregrínís íura negauí

(c) 2007 Ministerio de Cultura

Aegrotis tribui nec pietatis opus.
Et quos obscuri tenuerunt carceris umbræ
Spreuimus: & meritos diximus esse crucem.
Funera consueto non sum dignatus honore
Næc sparsi lachrymas ante sepulchra pias.
Solus ego ut saperem ignauos docuisse negaui
Nec dubio auxilium consiliumue dedi.
Nec potui sorti contraria pectore ferre
Et nimium læta prospera mente tuli.
Et quem debueram solari uoce dolentem
Ille dedit risus materiamq; ioci
Et mihi qui factis uel qui nocuere loquendo
Hi sine uindicta non abiere mea.
Inde pater uere doleo uehementer & angor
Ecclesiæ septem uerba dedisse sacris
Quam dederam christo nam sacri fontis adũdas
Non ego seruaui relligione fidem.
Est habitus digno mihi nullus honore sacerdos
Quasq; gerit dixi non habuisse uices
Sæpe fui dubius mea nũ peccata fuissent
Tecta uel humana nõ abitura prece
Inde sacris aris quotiens pia uictima surgit
Iuit in ancipitem mens mihi sæpe fidem
Nullus honos olei fuit aut reuerentia sacri
Turba quod extremũ iam moribunda capit
Nec minus indoleo pater o uenerande: fefelli
Munera quæ septem spiritus almus habet.
Fulgura non timui nec tela trisulca tonantis
Sed spreui magni cum ioue regna poli
Vicerunt subitis me tentamenta procellis

(c) 2007 Ministerio de Cultura

Oblitũm mentis consiliiq; boni.
Non unq̃ dixi quantus mihi moribus essem
Votaq; me mundi per mala traxit amor.
Non me cœlestum rerum sapientia mouit
Sed tenuit studium gloria uana meum.
Pro quibus admissis concepi i corde dolorem
Pœnitet & uitam sic abiisse meam.
Symbola sum fidei paruo ueneratus honore
Spretaq; sunt fateor sæpius illa mihi.
Nagna pater certe mea sunt delicta: sed una
Luxuria est miseris me dominata modis.
Hæc me percunctos sic flexit ab ordine sensus
Vt non sit mentis pars mihi casta meæ.
Admisi uenerem quoniam per mille figuras
De qua me iuuit nocte dieq; loqui.
Naturam læsi nullo discrimine utranq;
Quam male surripuit sexus uterq; mihi
Verbaq; sæpe uiris fateor feciſſe prophanis
Nec pudiut solima me quoq; gente frui.
Multoq; falso laceraui crimine famam
Opraui quoq; sæpe uel ipse necem.
Sæpe per omne nephas ludi fortuna coegit
Dicereq; in superos uerba nephanda deos.
Hæc mea de multis tantũ peccata recordor
Plurima sunt quoniam quæ cecidere mihi.
Sed quæ oblita mihi quæ nũc miser ipe recordor
Ablue diuina tu pater alme manu.
Sancta potest summi referare palatia cœli
Et tua tartareas claudere dextra fores.
Nanq; dolet quicquid contraxi criminis ex quo

(c) 2007 Ministerio de Cultura

Tinxit apoſtolica me mea mater aqua.
Inde mihi pœnas meritas impone nocenti
Et pro me ſancta uoce precare deum.

In ſcaramellam.

p Arcite Iam pueri ſemp ſcaramella canētes
Siſte precor fatuas iam ſcaramella notas
Me uexas noctu muſis ſcaramella uacantem
Et crucias toto me ſcaramella die.
Si lego: poſt noſtrā reſonas ſcaramella cathedrā
Si doceo: ſolitos das ſcaramella ſonos.
Si bibo conturbas menſæ ſcaramella quietem
Si cano: das cantus tu ſcaramella tuos.
Fundo preces ſuperis uexas ſcaramellaprecātem
Si iaceo: in lectum tu ſcaramella uenis.
Si uagor occurris mihi tu ſcaramella per urbem
Si redeo: ante meam ſtas ſcaramella domum.
Pono uentris onus: pulſas ſcaramella latinam
Deniqꝫdas mortem iam ſcaramella mihi.
Si pudet a nobis tandem ſcaramalla recede
Non poſſum ulterius te ſcaramella pati.

Qualis debet eſſe mercator:

n On mēdax locuples: uigilās: oculatꝰ: & audēs
Sit fidus: fœlix: ſit ſine fraude tenax.
Sit prudens: placidus: mercis non creditor unq̄
Mercator dominus qui uolet eſſe lucri.

AD diſcipulum ſpoletinum.

q Vid ſit grammatice me ſpoletine rogaſti
Eſt dare gallinæ pinguia dona mihi.
Quid ſit rhetorice non ignorare laboras
Eſt dare qui gallos ſunt ſine teſte mihi

(c) 2007 Ministerio de Cultura

Hiſtoriamq; cupis me diſſinire latinam
Anſeris illa mihi eſt pectora craſſa dare
Hæc minus immo magis quid nra poſtica q̃ris
Altiliũ eſt nobis hæc genus omne dare
Ad cirrham & niſam quæ ſit uia noſſe poptas
Hoc tibi per lepoq; dona patebit iter.
Idem quæ natum ſint fabulaméta requiris
hoc eſt artocreas cum petaſone dare
Deniq; cuncta ſcies mihi ſi nõ dona negaris
Tempore quæ bacchi mittere turba ſolet.

AD paulum Theologum.

E S rogo qd nobis miſis ſit paule moleſtus
Quid tibi ſermones diſplicuere dei.
Nam bene diuinas quom me dionyſius artes
Edocet & referat doctus utrunq; polũ
Intempeſtinus nec me miſeratus egentem
Pulſato cellæ cardine ſemper ades.
Illa uel illa uocat mulier: matrona: puella.
Inquis & in media iam ſedet æde: ueni.
Deſine iam miſeros uel tu infeſtare uacantes
Aut ad nos intro quæ uenit ire iube.

AD dionyſium Aquilanum theologũ præſtantiſſimum.

a D ſe te teneris pater auguſtinus in anuis
Traxerat: inq; ſuæ relligionis opem.
In qua recta ſequens hauſiſti e flumine ſacro
Arcanũ quicquid maximus orbis habet
Sed tu blanditiis mundi reuocatus & aura
Iactaſti armiſſa relligione iugum.
Scilicet ipſe putans ſub libertate decorum

(c) 2007 Ministerio de Cultura

Esse: nec arbitrii perdere iura tui.
Atq; ita parthenopes quæsisti regis honores
Et calabrum captans ambitione ducem.
Quin tibi tam faciles referarunt atria regni
Omnibus ut uotis flaret uterq; tuis
Non semel interea terrent te insomnia noctis
Atq; mouent animos uisa tremenda tuos.
Vt patris ad leges desertaq; templa redices
Et positos habitus induere tuos
Fecisti: ardenti christi cõpunctus amore
Hæc minus ipse tuæ relligionis amans.
Ecce iterũ ambitio falsa dulcedine mundi
Distrahit: & dubium te facit esse tui
Proh pudor: unde tibi est tãta incõstantia mẽtis
Vnde hæc tam fatui spicula cordis habes?
Hæc sunt crede mihi plutonis bella profundi
Laudibus eternis inuidet ille tuis.
Eia age fige pedem: neq; te trahat ordie mundus
Anxius: est uerum quod bene carpis iter
Es magna: & uerax: diuini buccina uerbi
Esq; tuæ insignis relligionis honos
Hos tibi constituit pater augustinus honores
Quem sequere: & toto pectore lætus ama.
Ille dei solus dionysi regna meretur
Quin bene quod cepit nõ male finit opus.

Traductio.

s Eglioehi son contenti & consolati
Tutto lu resto del mio corpo stenta.
Si mihi sunt oculi contenti & lumine pleni
Cætera nil certe membra salutis habent.

(c) 2007 Ministerio de Cultura

Se l alma afflicta & dolorosa pati
Che gaudio o ehe piacer uoi tu chio senta?
Si iacet infœlix si discrutiata dolore
Quæ censes animam gaudia habere meam
Se son preson & for delibertate
Amore el uole & io ne son contento
Si cecidi captus de libertate: ferendum est.
Vult amor: & uinci sic ab amore placet
Ma sia chi uol con tutto el suo potere
Tuo seruo so & cosi uoglio morire
Ille uel ille licet sitq; illa uel illa potestas
Sum tuis: & certum est sub tua iura mori
Ad cardinalem senensem legatum apostolicum
in Vmbria prouincia.
d Ispereat princeps qui te non semper adorat
Dispereat qui te non amat atq; colit
Quod non externi: quod non potuere quirites:
Nec cum cardineo maxima roma charo
Discordes animos insanaq; tollere bella
Vnus magnanima tu ratione potes
Ceperat hispellum bellona cruenta furore
Et fulginatum sæua per arma manus.
Inq; necem populi nulla pietate calebant
Serpebatq; omni iam regione malum.
Missus ad hos iussu latii pastoris: amicas.
Omnia: & extemplo cuncta quieta faci
Lumitibus positis agrorum in pace quiescit
Vtraq; gens: populis hic furor unde fuit.
Vnde tibi meritas iam concinit umbria ualles
Proq; tuis rebus uota precesq; facit

(c) 2007 Ministerio de Cultura

Vt uaticani teneas aliquando tribunal
Cingat & illa tuum mitra beata Caput.
Esse potest maior: quanuis tua gloria magna est
Et nobis gratus gratior esse potes
Si cum fulginie quoq; nos tu gente replacas
Stat quibus accincto non minor ense furor.
Dant spoletini principes tibi iura uicesq;
Inq; tua faciles se posuere manu.
Idq; age: sic faciero uideat tua sena priorem
Gaudeat & tecum picolamina domus

Ad eundem ode Sapphica.

Iuor & cantus magicæq; sortes
Et male a tantis procul esse linguæ
Laudibus quas nunc resonat per omnes
Vmbria ualles:
Cessit umbrorum furor omnis aruis
Martius: præsul duce te senensis
Sæua qui claudis miserans aperti
Templa quirini
Te duce hispelli rabies quieuit
Te duce accensos animos remictens
Arma fulginas populus cruenta
Ponit & iras
Labitur campis teneas quietis
Terminis fixis medios peragros
Vnde iam multos fuerat simultas
Orta per annos
Teq; spoleti duce pacis almos
Cessit in leges fera bella tractans
Reddit & strictum tibi tota pubes

(c) 2007 Ministerio de Cultura

Bellica ferrum
Hæc facís solus: sapiens: modestus:
Iustus: huma humanus: facílis: benígnus
Doctus: acceptus: placídus: perítus:
Verus: & audens.
Tu nec exístís populís rapínas.
Tu nec ínfœlix odíum nec íras
Hac sed ex tanta placídos reportas
Pace tríumphos.
Rídeat uotís ígítur tuísq;
Iuppíter rebus faueat: caputq;
Cíngat ut debet tíbí uatícanus
Stemmate magno.
Tu mícas ínter quoníam galeros
Cardínum: stellas uelut ínter omnes
Vesperus: uíncít ueluti mínores
Delía flammas.
Roma tu parcas precor ínuídere
Non habes quícq̃ grauíus fatebor
Non habes ínquam scío: nec senensi
Præsule maius.
Et tuo fœlíx pía sena alumno
Gaudeas: níl tu melíus tulísti
Necpotest un q̃ tíbí prouenire
Gloría maíor.
Presul o nostrís abíture terrís
Quíq; pícenas es íturus urbes
Vade sed nostrí memor: & camenas
Dilíge nostras
Sic tíbí nullo noceat calore

(c) 2007 Ministerio de Cultura

Síríus:quí nunc furíbundus agros
Vrít & quæ íam properant leonís
Caumata magní.
Nec tuum fallax íter ulla ulpes
Ledat:aut ſerpens málus:aut malígnus
Pícus:aut pregnans lupa:uel prophano
Noctua cantu.

Pro capítulo fratrum ſancti franciſcí.

í Re per ambages poteram tíbí lector:& eſſe
Longus:& ín uerbís te retínere meís.
Accípe quid rogítem paucís:fer munus egentí
Franciſcum ín uero pectore quíſquís habes.
Conūentum celebrat fratrum de more mínorū
Nutríat unde ſuū non habet ílle gregē.
Sí dederís quícq̄ multo tíbí maius ab íllo
Deſluet:& centum pro tribus ílle dabít.

Alíter ídem.

I Vmen hoc quiſquís reuerenter íntras
Pauperum: largís manibus uenító
Síc tíbí noſter pater ípſe cuncta
Vota ſecundet
Quiſquís díuítíis nites & undas
Et nūmos cohíbes áuarus arca
Huc confer placídus fídele numus.
Conuentum celebrat beata proles
Franciſcí:ſapiens:pudens: honeſta
Et cuíus meritís fides refurgít.

Alíter ídem.

s I paupertatís patrem uenerarís:& íllum.
Sedíbus æthereís credís meruíſſe quíetem

(c) 2007 Ministerio de Cultura

Eternam: cæliq; decus reuerenter adoras.
Huc de díuítiís alıquid conferre líbenter
He pígeat: ualet ílla tibí cumulata beatus
Reddere frãncíſcus: cuí nũc numeroſa propago
Conuentũ celebrat: pro rellígionís honore:
Ad francıſcum íuſtulũ ſpoletínũ.

q Vod ſpoletínam doceo francíſce íuuentã
Caſtalıas quæ íam me duce potat aquas
Híc ego cunctorum factus ſum munere cíuís
Sed non tam claro munere dignus eram
Munere quod raro latíí tríbuere quírites
Munere quo nullum largíus eſſe poteſt.
Argento poterant multo donare uel auro
Vel me muríceís condecorare togís
Argentí tamen íd fuerat breue munus & aurí
Hoc míhí perpetuum uíuet eritq; decus.
Hoc mihí laurıgero munus præfertur honorí
Hoc ſuperat quernas gramineaſq; comas.
Iura forí nobís íam ſunt connumía: leges.
Iudícium: mores: templa ſepulchra: lares:
Tuq; ínter clares quos protulit umbría uates
Cantaſycum poterís íam numerare tuum.
Meq; tíbí talí conuínctum íuſtule crede
Vírgilío qualı fædere uarus erat
Ad Hí. urſínum ducem mílítiæ eccleſíaſtícæ de rebellanti Caſſia.

c Reuít ín alcíden uelutí fera belua lernæ
Vípereum reparans ſæpe reciſa caput
In tua ſíc uídeo ſine lege repullulat arma
Caſſia tam magna ſæpe repreſſa manu.

(c) 2007 Ministerio de Cultura

Ille ſed admoto candenti in uulnera ferro
Immanem extinxit ſtrenuus igne feram.
Sic tu: ſi quicq̃ credis dux urſe poetis.
Vincere non pactis hanc potes: igne potes

Vita ouidii.

NAſonis uitam cognoſcere quiſquis amaſti
His tibi uerſiculis nota ſit illa meis.
Venerat in lucem mutinenſi tempore belli
Quom periit memori conſul uterq; nece
Natus ad apriles quarto decimoq; calendas
Vnica caſtalii fama decuſq; chori
Nobilibus gelida ſulmone parentibus ortus
Nanq; pater botius ſortis equeſtris erat.
Lucius huic frater: qui tempore natus eodem
Clauſit ad ætatis bis duo luſtra diem.
Grammaticam i patria teneris percepit in annis
In ſpatio plene temporis ille breui.
Inde puer romam ſic patre iubente profectus
Vt caperet leges & ſacra iura fori.
Sed tamen interea furtim de legibus ibat
Totus in aonias pieriaſq; deas
Id ſtudium placidæ quom quereret ocia mentis.
Decreuit tota cum ratione ſequi.
Omnibus auguſti ſub tempeſtate poetis
Acceptus: gratus: carus: amicus erat.
Cuius erant mores placidiq; per omnia tales
Eſſe ſacris quales uatibus eſſe decet
Et meruit iudex & declamator honores
Protexitq; pio pectore ſæpe reos
Eſtq; ſub egregio martem uarrone ſecutus

(c) 2007 Ministerio de Cultura

Impatiens qua nuls ille laboris erat
Tresq; tori socias habuit: sed sydere iniquo
Amisit paruo temporis orbe duas.
Tertia suscepit dequa pariente per illam
Mansit in illæso tempus in omne toro
Lustra sed ætatis quom iam bis quinq; uideret
Exilium latia pulsus aburbe tulit.
Nanq; illum miseri causa non fontis aperta
Misit ad euxinas principis ira plagas.
Quod miser exilium nonum perpessus i annum
Barbarico tandem clausit in orbe diem.
Cuius ego ut taceam quæ multi multa loquunt
Exilii causas credo fuisse duas.
Vel q; amatores iam luserat ille libellas
Ipse quod & mæsta uoce frequenter ait
Vel q; cesareæ flagraret amore puellæ
Homine sub cuius ficta corynna fuit.
Quod tamen obscure texit uelamine crimen
Mitior ut læsi principis ira foret.
Immo uel hoc uates pulchrũ qđ scripsit amoris
Quam modo prædixi iulia fecit opus.
Nomine sub ficto quam dixerat ille corynnam.
Ingenio & forma q; fuit illa nitens
Constat apud græcos quoniam uixisse corynnã
Emula pyndaricæ quæ fuit una lyræ.
Plurima diuinus uates monumenta reliquit
Hulla marmoreis inferiora modis
Mutatas scripsit libris ter quinq; figuras
In quo significat codice qnantus erat,
Et cultas omni plenasq; heroidas arte

(c) 2007 Ministerio de Cultura

In quis quid poterat edocet ille foro
Fecit amatores iuuenes tribus arte libellis
Et quibus euadant qui cecidere duos.
Inq; tribus flammas cantauit amore corynnæ
Qui tamen in numero quinq; fuere prius
Bissenosq; libros fastorum nomine fecit
Exquibus in scithicis sex periere plagis.]
Tristitiam exilii descripsit quinq; libellis
Et qui de ponto bis duo nomen habent
Inq; sophocleo conscripsit plura cothurno
In quibus egregii colchis honoris erat
Inq; liberum uates unum uigilauit ineptos
Cæpit & actiaci scribere bella maris.
Nec non cæsareum cantaüerat ille triumphum
Deq; imperfectum pisce reliquit opus.
Scripserat & drusi quam legit liuia mortem
Et mirum geticis cæsaris acta modis.
Iratusq; nouas ambages scripsit in ibim
Ingenii præter carmina clara sui.
Multa sed e xmultis scriptis periere poetæ
Multaq; quæ nõ sunt illius esse putant.
Nam pulex: somnus: cuculus: medicamia uult9
Aurorā: & misera cüm phylomena nuce
Aut uetula: aut limox: humor: uel bella latronũ
Non sunt nasonis credite uatis opus.

Vita horatii.

Iquis erit quinti uitam cognoscere flacci
Qui uelit hæc infra carmina pauca legat
Edidit hunc uatem claris octaua decembris
Torquati & cottæ fascibus alma dies.

(c) 2007 Ministerio de Cultura

Sed fuit ex humili natus præcone parente
Qui libertinæ conditionis erat.
Attamen erexit fortuna urgente disertum
Virtutis uera nobilitate caput.
Appulus an fuerit: lucanus an: ipse recensens
Ambigit. haud dubie sed uenusinus erat
Est ubi patre pio teneris nutritus in annis
Ingenii magno præditus igne puer.
Mox etiam ductus cura genitoris ad urbem
Vasit in egregium docta per ora uirum.
Inde bonus causa sophiæ migrauit athenas
Ne quod inexpertum linqueret artis opus
Iuuit ubi imprimis epicum incumbere sectæ
Dum furor atq; animus dum iuuenilis erat
Post grauior sapiens academi ad dogma rediuit
Vt rectum studii prosequeretur iter.
Concusso sed enim bellis ciuilibus orbe
Ipse quoq; instituit martia castra sequi
Sed pius & placide quia libertatis amicus
Sub bruto contra cæsaris arma fuit.
A quo pro meritis decoratus in ordine: gessit
Clara potestatis dona tribunitiæ
Ad paupertatem bruto pereunte redactus
Ocia pieriis reddidit inde choris.
Factus & hinc uaro socius magnoq; maroni
In mecenatis floruit ille sinu.
Quo duce amicitiam ueniamq; a cæsare culpæ
Promeruit: reliquos & sine lite dies.
Sed quom iam uitæ bis septem tempora lustris
Tangeret: inuiso reddidit ossa solo.

(c) 2007 Ministerio de Cultura

Et mecenatís prope mollíter oſſa ſepultus
Occubat urbanís ſlacus ín exquiliís.
Paruus erat: luppus: pleno ſed corpore obeſus
Et ſrugi: & parcus: ambítione carens.
Integer: & facílis: pudens: furíbundus: amícus.
Corda tamen geſſit prona libídinibus.
Tradídit e medío græcorum fonte receptam
Pyndaricam latío prímus ín orbe lyram.
Ad quam bís binos cantauit ín ordíne líbros
Et cum ſædorum carmíne ſcripſit epos.
Vníus & uatem formauit ín arte líbelli
Quo nullum melíus uatibus extat opus.
Deq; duos etíam morali dogmate plenos
Fecít epiſtoliís de ſatyríſq; duos
Quæ lege q uítam cupís ínformare per artes
Et ueterum ſapiens æthica quíſquís amas.
Ad. D. ía. peccatorem de georgío lígure.
q Ví uelít ingenium líguris laudare georgí
Et facíles mores clare íacobe uní
Adríací tentat fluctus numerare profundí
Idei nemoris uel numerare comas
Quícquíd in hoc uno potuít natura locauít
Et quod non potuít: non habet: ílla dare
Ille quod egregías nouit fabrícare per artes
Cecropíí artíficís non habuere manus.
Cuí tam pernotum eſt toto quíd fíat ín orbe
Eſt nullí certe q̃ ſua nota domus
Non eſt ſub cœlo regio quín uíderít orbis
Suíe ſít hæc terræ ſuíe ſit ílla maris
Quot zephyrus pp̃os hẽat q° t regna uel eurus

(c) 2007 Ministerio de Cultura

Dícet: & arctoo qũicquíd morbe latet.
Nouít & æthíopas neſcít quos ſígníſer orbís
Et quícquíd medía ſub regíone íacet.
Ille etíam tardum nouít monſtrare bootem
Et quare accenſus ſyríus urat agros
Quanta ſít & qualís terram metítur ad ungue m
Et ſcírí numerí quícquíd ín arte poteſt.
Nec minus attæas gellí ſcít tradere noctes
Míraqꝫ de magno ſcít cícerone loqui.
Hæc dídícít nullo ſub præceptore docente.
Gepít ab íngenío quæ ſapít ípſe ſuo.
Romuleam monſtrat ſíc antíquaríus urbem
Illíus tanq̃ facta ſít ílla manu.
Sũnt tales homíní generoſo ín pectore mores
Expoſcunt quales íura ſodalítíí.
Eſt píus: humanus: facílís: íucundus: amícũs
Munífícus: prudens: ſímplícítatís amans.
O te fœlícem talí cuí contígít utí
Ft tanto íngenío nocte dieqꝫ fruí.

Ad eundem.

P Eccator tíbí mítto codícíllum
Franciſcí pía dona quí petrarchæ
Teſtatur morientís: & poetæ
Fœlíx ultíma quo pater ¡uoluntas.
Scríptum díſcípulí manu repente.
Legauít fateor poeta multa
Quæ ſí contigerínt habenda nobís
Hís certe fruar ípſe non relínquam.
Epítaphíũ pometæ clariſſime mulierís genuẽſís.
S Los ínter lígures pometa matres

(c) 2007 Ministerio de Cultura

Hoc condít tumulo qūíetá corpus.
Quo quícquíd ueteres ferunt ſabías
Seruaſſe & píetatís & pudorís
Quícquíd rellígío uetuſta ueſtæ
Et quícquíd docuít ſophía morum
Inſignis: ſpecíoſa: caſta: ſancta
Concluſit moriens pometa ſecum.
Quínque fílíí ſuperſtítes de matre
pometa mortua conqueruntur.
q Víd prolem tenerā tuam relíqs
Mater fílíolos pometa quínqꝫ
Natos non poteras habere tales
Certe nos odío: quíbus ſeueræ
Vírtutí s dederas perenne munus.
Nobís non fuerat pater relíctís
Quí poſſet míſeros pius fouere.
Quom íam nauíbus ílle dū redíret
Fractís ín patría períſſet unda.
An deſíderío coacta natos
Carí coníugís ípſa derelínquís?
Reſpondet mater.
Flere o fílíolí cauete matrem
Non eſt mortua mater ílla uobís
Cœlí quæ meruít beata ſortem.
Quod uos ínſtítuí bonas per artes
Et ſanctos docuí pudíca mores
Et ueram tenuí fídem marító
Inter íam teneo locum beatas.
Et dígnam meritís meís coronam
Nec deſíderío uírí coacta

(c) 2007 Ministerio de Cultura

Vos o filioli parens reliqui.
Cunctorum domino sed a potenti
Corpus restitui uocata terræ.

Idem aliter.

t V quoq; qd natos sic quinq; pometa reliqs.
Est quibus o mater te sine nulla salus.
Non ne satis fuerat fleuisse per æquora patrem?
Sorbuerat tumidi quem prius unda maris.
Mille maritales post cuius funera tedas
Spreuisti & uarii iura superba tori.
Desereres ne tu mater carissima prolem
Quæ patris & matris pauper egebat ope.
Merserat in fluctus quoniam pater omnia secũ
Sola salus miseris tu pia mater eras.
Bis duo lustra tibi fuerant trieteride iuncta
Flebas naufragium quom miseranda uiri
Bissenos induam gessisti casta per annos
Ne foret in natos impia cura tuos.
Sed tamen heu teneros linquis pia mater alũnos
Hoc solum præstas impietatis opus
Vertimur in lachrymas noctesq; diesq; fluentes
Ex quo de uita mortua mater abis.
Non poterunt gemitus solamina tollere nostros
Vlla: nec has lachrymas finiet ulla dies.

Respondet mater.

d Esinite o nati uestram iam flere parentem
Viuit enim non est mortua uestra parens
Viuo equidem: & fœlix meliori tradita sorti
Accepi & meritis præmia digna meis.
Omnibus exigui stat terminus ultimus æui

(c) 2007 Ministerio de Cultura

Nil eſt perpetuum ſub ioue nulla quies.
Ponite iam gemitus: ſuſpiria: ponite fletus
Hoc eſt inuidiæ non pietatis opus.
Excolui ingenuas uos ingenioſa per artes
Et uobis certe quod potui dederam.
Q uos ſi materno ſeruabitis ordine mores.
Nullus erit uobis mors dolitura dolor.

Epitaphium eiuſdem pometæ.

p Ometæ lercariæ genuenſi: pientiſſimi aiæ
Georgius italianus cæteriq; filii: benemerẽti
matri ſuæ poſ. claruit nobilitate: modeſtia Pudo
rum: uiduitate: uix. an. xxxvi.

In prædicatorem iubentem comburi qui-
dianas artes.

n On opus eſt artem comburere uatis amãdi
Si cupis ut dominam nullus amator amet.
Inguina comburas ſexus utriuſq; furentis
Vnde capit mores fœmina uirq; ſuos.

De arce defenſibili: ſuccurribili: offeſibili: ha
bitabili: & pariuo pretio conſtant edificata.

s Vccurit: colitur: lædit: fortiſq; tuetur
Hæc arx: exiguo conſtat & ære tibi.

De piſiaco & cato epiſcopo uiterbienſis.

q Vi pietas uolucres dixit rationis egere
Et ſine diuinis ſenſibus eſſe feras
Non bene cognorat diſcrimina ponere rebus
Nobiſcum quoniam ſentit utrunq;: genus.
Pſitacus eſt placida francíſci in præſulis aula
Non modo qui nouit dicere: præſul aue.
Sed gula quom ſæuit uentris; menſaſq; paratas

(c) 2007 Ministerio de Cultura

Cernit: inauditos exprimit ille modos.
Nominat ille pium repetit quoq; nomine syſtũ
Pontifices ueteres proloquiturq; nouas
Tanq̃ ſe domino credens hac uoce placere
Quod fuit hinc domini mitra profecta ſui.
Quom uidet hoc pacto nil profeciſſe loquendo
Blanditur domino ſed ſine fine ſuo.
Franciſcum loquitur tantũ clamatq; uiterbũ
Sarmentus qualis nec paraſitus erat
Poſtq̃ ſæua fames ſacuit uenterq; quieuit
Mira facit: mire ſibilat: inde tacet.
Maximus ad menſam catus hinc blanditur eãdẽ
Et beneuentani de regione ſoli
Affixus domini quadris qui lumine uafro
Captat & immoto reſpicit ore cibos
Expectat ſi quid dominus fortaſſe propinet
Leniter hinc caudam leniter inde mouens
Quod datur inglutit prudẽs: prudẽſq; recaptat
Plura: neges: pedibus protinus ille rapit.
Eſt operepretiũ quanta lenitate rapinas
Exercet: mures cernere quando rapit.
Scandit odore uagus leuior tabulata leone
Et quod non potuit uiribus arte facit.
Sed non hoc mirũ eſt digniſſime præſul apud te
Cernere: plus cunctis qui rationis habes.
Aquila loquitur ad urbini ducem in ſpectacu
lo fulginatum.
ſ Icta per artifices nõ ſum quam cernis imago
Sum polycletea non ego facta manu
Vera ſed hic ego ſũ uolucrũ regina ſuperni

(c) 2007 Ministerio de Cultura

Armiger & magni clara miníſtra íouis
Víctorem feci quondam quæ ſola tonantem
Aſtra giganteas quom timuere manus.
Meqꝫ miníſterium meruit duce raptus ab ída
Qui dat ad ambroſías nígra falerna dapes.
Huc tibí deſcendens ut te ſaluere íuberem
Aetherea uenío nunc ego lapſa plaga
Quæ cernís íuuenum tibí prouenientía contra
Sunt hæc uírtutis pegmata ſigna tuæ.
Non poterant melíus tibí demonſtrare qđ eſſes
Maíorí quanuis munere dígnus eras.
Quattuor ecce tibí plaudunt hínc índe ſorores
Exquíbus officium fontíbus omne fluít.
Quæ quom íam paſſim ſpretæ uíctæqꝫ íacerent
Hís tu reſtituís dux memorande locum.
Quare age fulgíniæ foueas dux eínclyte gentī
Tuta patrocínio quæ cupít eſſe tuo.

De uílla ludouící plancanií ſpoletíni ad baccarã.

mOns ſpoletínas & non procul aſpícít arces
Pícenæ capítur qua regionís íter.
Ipſe puto magnum certe quem numen habere
Nanqꝫ íouis celſo uertíce nomen habet
Oppíduli ſub quo bazani mœnía pendent
Parua: quod ex undíſ nomen habere puto.
Nam tot frugiferíſ ſurgunt de collíbus unde
Clara quot aonií non iuga montíſ habent
Híc ludouícus habet uíllam plancania proles
Et ſpoletínæ nobílitatíſ honor.
Semper ubí pleno monſtrat ſe copía cornu
Nec maluſ agrícolam tempore fallít ager

(c) 2007 Ministerio de Cultura

Pendet & immenſi de cornibus uua lyæi
Reſpondet uotis omnibus alma ceres.
Hic biferæ ficus ſtat gloria magna ſuiſq;
Luxuriat nucibus demophoontis amor.
Vndiq; palladiæ curuatur ramus oliuæ
Arboris inq; ſuæ ſanguine mora nigrant.
Circundant hortos coryli pruniq; piriq;
Et tua quæ quondam barbara perſis erant.
Contigui lætis rident prouentibus horti
Irrigat ante domum quos leue murmur aquæ.
Quid referam quales illic extruxerit ædes
Et quam magnificos explicet ille toros.
Lautius hoc nemo cœnat uel prandet in urbe
Vrbanas ſuperat hic locus unus opes.
Grandia non deſunt illic cum matribus oua
Et reſonant pingues undiq; cortis aues.
In menſas ueniunt nati ſine fine columbæ
Et proles ſimiæ luxurioſa capræ.
Inter gallinas ludit non noxia uulpes
Et non conſueta: cum feritate lupus
Nanq; domi nutrit placidus genus omne ferarũ
Hinc iubeas claræ nobilitatis opus.
Inde canunt caueis merulæ paſſer quoq; ſolus.
Inde ſuos pandit ryctimenea ſonos.
Aſtat & inde ferox radianti lumine bubo
Hinc ſua prorumpit carmina pica loquax
Et licet hic canibus lepores captare fugaces
Atq; ſuis turdos implicuiſſe plagis.
Sed qd præcipuũ é cunctis patet obuius hoſpes
Ponit & ambroſias fronte nitente dapes.

(c) 2007 Ministerio de Cultura

Cum conſorte tori fuerat lucretia qualis
Vel quis deluſit pectine cauta procos.
Huc ego præteritis diuerti forte diebus
Cum ſociis: illac quom faceremus iter.
Qualibus hinc epulis pleni diſceſſimus & qua
Mente: uelim dicat bacchus & alma uenus
Hanc pores: hãc debes: licet hãc tibi dicere uillã
Baccara: nã deſunt quinque elementa tuæ:

Epitaphium pro domino Ia. de roſellis.

Ingenio uici leges & iura quiritum
Lege tamen uictus contegor hoc tumulo.
Vos patriæ gentes iacobum flete rhoſellum
Debuit hoc uobis non periiſſe caput.

Ad epulum ſpoletinum.

Vr hinc diſcedam præſul uenerãde requis
Quom ſpoletinus me ſatis omnis amet
Non eſt quod uideam me non hic præſul amari
Numen ubi tanq̃ me genus omne colit.
Tedia ſed ferile ſubeunt ueteriſq; cathenæ
Cogit ubi toto ne labor eſſe die.
Hic mihi dicit ei mictũ nam ſæpe legenti
Dicit & hinc alius de grege: uado foras
Hinc alius clamat: ferior pungorq; magiſter
Hic mihi q; ſcanno ſubmoueatur ait
Cuſtodire manus puerorum hinc inde uagantes
Non facile eſt: agiles nec: mihi crede: pedes
Præterea ſcutica non eſt dare uerbera turum
Nec ferulæ errantes ſuppoſuiſſe manus
Inde quid eſt nomen: quid uerbum dicere ſemp
Quotq; habeant caſus nomina quot ſpecies

(c) 2007 Ministerio de Cultura

Quot ſint diphthongi græcæ pariter latinæ
Quid genus: eſt fatuæ non niſi mentis omnes
Ergo ego cui clariùs finxit præcordia phœbus
Tradidit & latiæ plectra canora liræ
Quærere plus ſtatui præſul uenerande qũietis
Exqua poſt mortis tempora: uiuus eam

PRO bibliotheca magiſtri petri leõis ſpoletini phiſici excellentiſſimi.

q Vo nec Ariſtotelis: quo nec maiora platõis
Dogmata: nec quicquid nouerat hipocrates
Hæc ſpoletini petri ſunt dona leonis
Cuius ut huc in tres bibliotheca rogat.

Epitaphium magiſtri gabrielis ſpoletini theologi excellentiſſimi.

i Ngenio cuius non ſat fuit omnia ſcire
Perlege: ſarcophago contegor hoc gabriel
Cœleſtis fuerat ſophiæ mihi cognita uirtus
Nec chriſippei me latuere loci.
Quicquid habet plene rerum natura ſciebam
Perſtrinxit tantum mors tamen atra caput.

Ad romam de Innocentio pontifice

q Vod iuuat innocui mortẽ affectare iacẽtis
Et ſcelerum uotis ſollicitare deos?
Inuida quid ſperas rerum ambitioſa nouarum?
Cur cupis innocuum perdere roma patrem?
Quid ue mathematicas prædicere fata per artes
Atq; audes morti conſtituiſſe diem?
Mitte mathematicos numeroſq; repone thraſilli
Non eſt hæc rerum ſcire futura tuum
Innocuo quondam ranæ pro rege draconem

(c) 2007 Ministerio de Cultura

Accepere preces impia ſiſte tuas.

De frontina confitente.

ū Tſcelus admiſſum quondā frontina piaret
Preſbiteri: ut mos eſt: conſtitit ante pedes.
Quí commiſſa pius quom iam peccata rogaſſet
Illa cito faſſa eſt dixit & eſſe tria.
Parua procax fueram: meretrix iuuenilibus ānis
Factaq; ſum ſenio maxima lena meo.
Sic confeſſa redit: moritur: tamen illa ſepulchro
Prurit adhuc geliolo: nec ſatiata iacet.

Ad ponti. uiterbiēſ.

s Cilicet & phas eſt princeps: ſi poſcimūs equū
Sí quid apud noſtræ te ualuere preces.
Si leges & iura ſinunt: ſi parcere pulchrum eſt.
Quem retines nobis carcere redde reum.
Peccantis mortem dominus non expetit unquā
Sed pius expectat uiuat ut ille magis.
Adde quod & ueniam libertatemq; requīrūnt
Saturnalitii qui rediere dies.
Cuncta quibus ſeruis dominus ſua iura remittit
Et ſunt falcíferi libera crura ſenis.
Alea concuſſo reſonat ſecura frítillo
Et pueri perdunt per loca cuncta nuces.
Supplicíi ſat habet: culpæ quā pænitet actæ
Et tu nō ſæuus ſed pius eſſe ſoles.

Ad lælium uiterbienſem.

l Elí cur amo te? quod es díſertus
Nec díſpar ueterum poeta chartís.
Lælí cur amo te? quod es uel unus
Orator uehemens: bonus patronus.

(c) 2007 Ministerio de Cultura

Læli cur amo te? quod es peritus
Pleno pectore grammatis latini.
Læli cur amo te? quod uniuersi
Cœli sydera noscis & recursus.
Læli cur amo te? quod inde & inde
Virtuti iuuenes trahis foueſq;.
Læli cur amo te? quod unus idem
Annales referas memor quiritum.
Læli cur amo te? quod es modestus
Humanus: facilis: pudens: amicus.
Multo diligo sed magis magisq;
Nostri carmine quod uiterbiensis
Laudes præsulis usq; & usq; cantas
Franciſci: meliora qui meretur.
Quem si tu uideas sedere romæ
Cum cantalico beate læli.
Cantalicii discipulus augustinus
almadianus.
q Vi cupis ad nidum sublimes cernere mótes
Hoc lege cantalici quod bene pandit opus.
Hoc duce phœbe tuæ reuiresçunt undiq; lauri
Hic docet & ueſtrum docta thalia ſophos
Naiadum hic celebrat limphasq; & flumia: fótes
Doridos & numeris æquorã cuncta suis.
Hoc driadũ resonãt: uirideſq; umbracula siluæ
Orpheum retinet uersibus omne melos
Ludit & hic mores hominum: pueriq; seniſq;
Confirmat christi cum ratione fidem.
Viuat ut hic igitur cumani pulueris æuum
Alba deæ firmis netite fila colis.

(c) 2007 Ministerio de Cultura

Cantalícii díſcipulus pinLus.

Am dudum latio tripodũ periiſſe miníſtros
Vídimus: & noſtrum uate carere ſolum.
Hínc biiugum triſti montem fleuiſſe ueterno
Conſtat: ut irrepſit p loca ſancta ſopor.
O feſtum fauſtumq; diem. nunc omnía clament
Cantalícus ſœdo uíndícat íſta ſitu.
Callímachi ueterem quantum per calleat artem
Inſpíce cum prímis ſi numerandus erít
Iſte maroneo conflauít carmina ductu:
Hoc duce mæoniæ íam rediere deæ.
In líricís ſappho: Flaccus reuireſcít: & ípſum
Ignorat nullus angulus ítaliæ.
IO. baptiſta cõnexanus cantalícii díſcípulus.

I quis amat lepídum uatem uidíſſe catullũ
Aut cupit híc elegos culte tíbulle tuos
Heroos uerſus etíam líricoſq; canoros
Aut proſam dulcis hic ciceronís amat
Cantalícum uídeat doctum placídumq; poetã
Qui ſcripſit pulchre codíce cuncta ſuo.

Impreſſum Venetiís per Matheum capcaſam parmenſem anno íncarnationís domíní. M. cccc lxxxxiii. díe. xx. ianuarii.

(c) 2007 Ministerio de Cultura

(c) 2007 Ministerio de Cultura

(c) 2007 Ministerio de Cultura

.F.Baptista Mantuanus Carmelita Paridi Ceresario.D. S.

Vdi o Pari ænigma perplexũ / qđ œdipodes ipse nõ a solueret. Ego quiquagenarius & iã canescẽs adolescẽtiã meã repperi: & hẽo adolescentiam simul & senectã. Sed ne lõga ãbage te teneã / nodũ hunc dissoluo . Anno præterito cũ florẽtia rediẽs Bononiã pueniſſẽ / intellexi apđ quẽdã lr̃ariũ uirꝝ eẽ quẽdã libellũ meũ / quẽ olĩ añ religionẽ dũ in gymnasio paduano philosophari ĩciperẽ / ludẽs ex cuderã. & ab illa ætate adolescẽtiã uocauerã. Carmẽ ẽ bucolicũ in octo Aeglogas diuisũ: qđ iã diu tanq̃ abortiuũ putabã abolitũ. Vbi id resciui / saturnina fame repẽte sũ perci tus / & cogitaui quonã pacto possẽ proli meæ ĩferre pernici em. Iuuãtibus ergo amicis libellũ mihi uẽdicaui ut pderẽ / quẽ suspicabar erratis nõ posse nõ scatere. At ubi ĩtellexi & alia quædã exẽplaria supereſſe / uisũ: ẽ præstare hoc qđ uẽdicarã emẽdare . emẽdatũq; ædere. ut ei9 æditõe cætera quæ cõtinẽt multa nimis iuuenilia deleant̃. Hoc ig̃ sic castigatũ duabus aliis æglogis quas ĩ religione lusi in calce subiũctis tibi o Pari iuuenis antiquæ nobilitatis & studioꝝ ac oĩum bonarꝝ artiũ amãtiſſime nr̃æq; urbis decus egregiũ libentiſ sime dono / ut qñ tetricis illis philosophiæ ac theologiæ lucubrationibus quibus assidue uacas / fatigatus fueris / hẽas iucũdulã hãc lectiũculã / qua tanq̃ ludo quodã blãdulo sed liberali lassũ legẽdo repareť ĩgeniũ. Omnes ãt penes quos immatura Illa sunt exẽplaria quæ dixi / rogatos uolo / ut si qd unq̃ fuit eis dulce meũ / confesti exurãt: nec ullo pacto supeſſe mittãt. Accipe ergo Pari suauiſſie libellũ & auctorẽ: & ambobus tanq̃ rebus tuis tuo deĩceps utaris arbitrio Vale. Calendis Seplembris. MCCCCLXXXXVIII.

(c) 2007 Ministerio de Cultura

.F.Baptiſte Mantuani Carmelitæ Theologi adole ſcentia ī Aeglogas diuiſa. Ad Paridem cereſariū. Aegloga prima de honeſto Amore & felici eius exitu. Colloquutores Fauſtus & Fortunatus. Nomen Aeglogæ Fauſtus.

Fort. Auſte p̄cor gelida q̄do pec9 oē ſub ūbra
ſ Rumiat, ātiquos paulū recitem9 amores
Ne ſi forte ſopor nos occupet, ulla feraꝛ
Quæ mō p ſegetes tacite īſidiāt adultas,
Sæuiat in pecudes. melior uigilantia ſomno.
Fau. Hic locus, hæc eadem ſub qua requieſcim9 arbor
Scit quibus ingemui curis, quibus ignibus arſi
Ante duos, uel ni memini male, quattuor annos.
Sed tibi quando uacat, quando eſt iucūda relatu,
Hiſtoriam prima repetens ab origine pandam.
Hic ego dum ſequerer primis armenta ſub annis
Veſte ſolo ſtrata ſedi, iacuiq; ſupinus,
Cū gemitu & lachrymis mea triſtia fata reuoluēs.
Nulla quies mihi dulcis erat, nullus labor. ægro
Pectore ſenſus iners, & mens torpore ſepulta
Vt ſtomachus languentis erat, quem nulla ciboꝛ
Blandimenta mouent, quem nulla inuitat orexis.
Carminis occiderat ſtudium. iam nulla ſonabat
Fiſtula diſparibus calamis. odioſus & arcus,
Funda odioſa, canes odioſi, odioſa uolucrum
Præda, nucum calyces cultro enucleare moleſtum.
Texere fiſcellam iunco uel uimine. piſcem
Fallere, ſcrutari nidos, certare paleſtra,

(c) 2007 Ministerio de Cultura

Sortiri digitis res iniucunda. uoluptas
Magna prius tanti dum mens erat inſcia morbi.
Colligere agreſtes/uuas & fraga peroſus.
Mœrebam ut paſtu rediens philomena/ cibumq;
Ore ferens natis/ uacuo ſua pignora nido
Cum ſublata uidet. roſtro cadit eſca remiſſo:
Cor ſtupet. & contra nidos ſuper arboris altæ
Fronde ſedet plorans infelices hymenæos.
Seu ueluti ammiſſo partu formoſa iuuenca
Quæ poſtq̃ latos altis mugitibus agros
Compleuit/ reſidens pallenti ſola ſub umbra
Gramina nõ carpit/ nec fluminis attrahit umdam.
Sed quid circuitu pario tibi toedia longo?
Dum ſequor ambages/ & uerba & tempora perdo
Summa hæc/ uitales auras inuitus agebam.
Quod ſi forte uolens cognoſcere ſingula dicas
Fauſte quis in ſyrtes auſter te impegerat iſtas?
Me mea/ uerum etenim tibi fortunate fatebor/
Me mea galla ſuo ſic circũuenerat ore/
Vt captam pedicis circundat aranea muſcam.
Nanque erat ore rubens/ & pleno turgida uultu/
Et q̃uis oculo pene eſſet inutilis uno/
Cum tamen illius faciem mirabar/& annos/
Dicebam triuiæ formam nihil eſſe dianæ.
Fort. Ludit amor ſenſus/oculos preſtringit/& aufert
Libertatem animi/ & mira nos faſcinat arte.
Credo aliquis dæmon ſubiens precordia/ flãmam
Concitet/ & raptam tollat de cardine mentem.

(c) 2007 Ministerio de Cultura

Nec deꝰ ut perhibẽt / amor ẽ / ſed amaror & error.
Adde quod optatis nec ſpes erat ulla potiri:
Fau. Quanuis illa meo miſerata faueret amori:
Monſtraretqꝫ ſuos oculis ac nutibus ignes.
Nam quocunqꝫ iſſet / ſemper comes aſpera / ſemper
Nupta ſequebatur ſoror / & duriſſima mater.
Sicqꝫ repugnabant uotis contraria uota.
Non ſecus ac muri catus: ille inuadere pernam
Nititur. hic rimas oculis obſeruat acutis.
Fort. Qui ſatur eſt pleno laudat ieiunia uentre
Et quem nulla premit ſitis eſt ſitientibus aſper.
Fau. Tempus erat curua ſegetes incidere falce:
Et late albebant flauentibus hordea culmis.
Affuit (ut mos eſt) natis comitata duabus
Collectura parens quæ præterit hordea meſſor.
Ignorabat enim uel diſſimulabat amorem:
Diſſimulaſſe puto / quoniam data munera natæ
Nouerat, exiguum leporem geminaſqꝫ palumbes.
For. Pauperies inimica bonis eſt moribus, omne
Labitur in uicium, culpæ ſcelerumqꝫ miniſtra eſt.
Fau. Farra legens ibat mea per ueſtigia uirgo
Nuda pedem / diſcincta ſinum / ſpoliata lacertos
Vt decet æſtatem / quæ ſolibus ardet iniquis.
Tecta caput fronde intorta / quia ſole peruſta
Fuſca fit / & uoto facies non ſeruit amantum.
Iam tergo uicina meo latericꝫ propinqua
Sponte mea delapſa manu frumenta legebat.
Nec cælare ſuas nec uincere fœmina curas /

(c) 2007 Ministerio de Cultura

Nec diferre poteſt: tantum leuitatis in illa eſt.
Fort. Quiſquis amat leuis eſt, nec fœmina ſola ſed ipſi
Quos ſapere & præſtare aliis mortalibus aiunt,
Quos operit latus fulgenti murice clauus.
Quos uidi elatos regali incedere paſſu.
Tu quoq; ſic affectus eras dementior illa,
Forſitan & leuior, uirgo data farra legebat:
At tu farra dabas, dic quæ dementia maior?
Perge, opus eſt uerbis aliquando arcere ſoporem.
Fau. Continuo aſpiciens ægre tulit aſpera mater,
Et clamans quo dixit abis? cur deſeris agmen?
Galla ueni, nanq; hic alnos prope mitior umbra.
Hic tremulas inter frondes immurmurat aura.
O inuiſa meis uox auribus, ite precabar
Ite malam uenti celeres diſpergite uocem.
Si quis paſtor oues ad pinguia paſcua ducat,
compellat Et uetet adductas præſens decerpere gramen,
Vel ſi iam paſtas potum compeſcat ad amnem,
Et ſitibundo ori ſalientem deneget undam,
Nonne importunus? naturæ inimicus, & excors?
Illa mihi uox uiſa iouis uiolentior ira,
Cum tonat: & pluuius terris iraſcitur aer.
Non potui & uolui frontem non flectere, uirgo
Demiſſi in cilium de ſub uelaminis ora
Me aſpiciens motis blande ſubriſit ocellis.
Id cernens iterum natam uocat improba mater.
Galla operi magis intendens audire recuſat.
Vt pede ſic animo ſequitur, tum prouidus ipſe

(c) 2007 Ministerio de Cultura

Nanqꝫ dolos inſpirat amor fraudeſqꝫ miniſtrat /
Nunc cantu nunc ſollicitans clamore metentes
Velamenta dabam ſceleri. quo credere poſſent
Et ſoror & mater non audiuiſſe puellam.
Falce repellebam ſentes / ne crura ſequentis
Leuia / ne teneras auſint offendere plantas
Fort. Quiſquis amat ſeruit. ſequitur captiuus amantem.
Fert domita ceruice iugum / fert uerbera tergo
Dulcia / fert ſtimulos trahit & bouis inſtar aratrū.
Fau. Tu quoqꝫ ut hinc uideo non es ignarus amorum.
Fort. Id commune malum ſemel inſaniuimus omnes.
Fau. Hoc animi tam triſte bonum tam dulce uenenū
Quottidie crudele magis creſcebat in horas /
Vt calor in nonam dum lux attollitur horam.
Pallebam attonito ſimilis / Limphaticus / amens
Immemor / inſomnis. nec erat res ardua morbi
Noſſe genus / frons eſt animi mutabilis index /
Vt pater aduertit / mitem ſe præbuit ultra
Conſuetum ꝙ & ipſe ſuos expertus / amorum
Sciret onus / blandoqꝫ loquens humaniter ore
Dic inquit dic fauſte / qd hoc quod pectore uoluis?
Infelix puer hæc facies teſtatur amorem.
Dic mihi. ne pudeat curas aperire parenti.
Fort. Sit licet in natos facies auſtera parentum /
Aequa tamen ſemper mens eſt & amica uoluntas.
Fau. Vt facilem pater affectum præ ſe tulit / ultro
Rem confeſſus opem petii. promiſit. & ante
Quam brūmale gelu borealibus arua pruinis

(c) 2007 Ministerio de Cultura

Spargeret / agnati unanimes cum patre puellam
Desponderе mihi.nec adhuc sine testibus illi
Congrediebar / eram medio sitibundus in amne
Tantalus / o quotiens misso cum bobus aratro
Vt uacuis aliquando esset sola hædibus ibam.
Omnia causabar / stiuam / dentale / iugumq; /
Lora iugi / rullam / deerant quæcunq; petebam
E soceri lare.sola tamen deerat mihi uirgo.
Non deeram mihi / piscator / uenator / & auceps
Factus eram / & solers studia intermissa resumpsi.
Quicquid erat prædæ / quicquid fortuna tulisset /
Ad soceros ibat.gener officiosus habebar .
Nocte semel media subeuntem limina furtim
Sic.etenim pactus fueram cum uirgine / furem
Esse rati inuasere canes.ego protinus altam
Transiliens sepem.uix ora latrantia fugi.
His tandem studiis hyemem transegimus illam .
Ver rediit.iam sylua uiret / iam uinea frondet /
Iam spicata ceres / iam cogitat hordea messor.
Splendidulis iam nocte uolant lampyrides alis.
Ecce dies genialis adest.mihi ducitur uxor.
Sed quid opus multis?nox expectata duobus
Venit & in portum uento ratis acta secundo est.
Tum boue mactato gemina conuiuia luce
Sub patula instructis celebrauimus arbore mẽsis .
Affuit ænophilus / multoq; solutus hiaccho
Tempestiua dedit toti spectacula uico.
Et cum multifori tonius / cui tibia buxo.

(c) 2007 Ministerio de Cultura

Tandem poſt epulas & pocula, / multicolorem.
Ventriculum ſumpſit. buccaſq; inflare rubentes
Incipiens oculos aperit / ciliiſq; leuatis
Multotienſq; altis flatu a pulmonibus hauſto
Vtrem implet. cubito uocem dat tibia præſto.
Nunc huc nunc illuc digito ſaliente uocauit
Pinguibus a menſis iuuenes ad compita cantu
Saltidico / dulciq; diem certamine clauſit.
Et iam tres hyemes abiere: & proximat æſtas
Quarta dies rapidis / ſi qua ẽ bona / præterit horis.
Si qua placent abeunt inimica tenacius hærent.
Fort. Fauſte uiden? uicina pecus uineta ſubintrat.
Iam (ne forte graui multa taxemur) eundum eſt.

FINIS.

Aegloga Secunda quæ dicitur fortunatus de amoris inſania Colloquutores Fauſtus & fortunatus.

Fau. Vr tam ſerus ades? qd te iã ſeptima lux ẽ.
c Detinuit: gregibꝰ ne nocẽt hæc paſcua uris?
Fort. Fauſte padus nros qui præterlabit agros
Creuerat: & tumidis ripas æquauerat undis.
Nos cura gregis ommiſſa priuata coegit
Publicaq; utilitas ripã munire diurnis
Nocturniſq; operis: fluuiumq; arcere furentem.
Fau. Fert padus exundans mala ſæpius omina: noſter
Tityrus eſt autor: qui paſcua dixit & arua.
Fort. Forſitan id uerum / quãdo extra tempora / & ultra
Menſuram atq; modum ſubito concreuerit æſtu.

(c) 2007 Ministerio de Cultura

Nũc autem id poſcit tẽpus.nã liquitur altis
Nix hyberna iugis.implẽt caua flumina mõtes.
Fau. Se exonerãt / fluuioſq; onerãt.ſic flumia rurſum
Se exonerãt / pelaguſq; onerãt.hoĩum quoq; mos ẽ
Quæ nos cunq; premũt / alieno imponere tergo .
Fort. Sed iam contractũ reuocat ſuus alueus amnem.
Fau. Decreſcente pado(dictu mirabile)noſter
Fortunate lacus maioribus æſtuat undis .
Vrbs natat.obſcuræ fiunt cellaria foſſæ.
Lyntre cados adeunt. labens ad uina miniſter
Ridet.& ex imis fertur grauis obba lacunis.
Multa / licet nati fuerint melioribus horis
Multa & magna ferunt aliquãdo ĩcõmoda ciues.
Fort. Commoditas omnis ſua fert ĩcõmoda ſecum .
Et ſorti appendix eſt illætabilis omni.
Fau. Hactenus eridanus.noſtros repetamus amores:
Quandoquidẽ nunc alma uenus mouet oĩa.cœlũ
Luce tepet nitida.tellus uiret.arua uolucres
Cantibus exhilarãt uernis.nunc omnia fœtant.
Fort. Tu tua luſiſti.ſed nos aliena ſequamur.
Nanq; tibi noti referam paſtoris amores /
Vt doceam ueneris nihil eſſe potẽtius igne .
Pauper & infeſto ſub ſydere natus amyntas
Sex uitulos totidemq; pares ætate iuuencas
Armentiq; patrem ducens in paſcua taurum
Venerat ad coitum:nitidis ubi mintius undis.
Alluit herboſos fugiens perniciter agros.
Arx noua propter aquas pinnatis ardua muris

(c) 2007 Ministerio de Cultura

Est coitus, campo moles fundata paluſtri.
Hic igitur recubans uitrei prope fluminis undam
Vitis ubi amplectens longis dumeta lacertis
In uada curuata ripæ ſupereminet umbra
Piſcibus inſidias tendebat arundine & hamo.
Meſſis erat. ſolis rapidi uiolentia campos
Sciderat arrentes. finem philomena canendi
Fecerat. & neq; lux paſſim morientibus herbis
Paſcere oues poterat, neq; nox humore cicadas.
Dumq; incumbit aquis, ſtudioq; intendit inani,
Taurus ut auditum eſt, primũ uexatus ab œſtro,
Mox canibus, demum furaci a milite ſyluis
Abditus, ex toto confeſtim euanuit agro.
Quod puer ut nouit, tumulum conſcendit: & alta
Voce bouem clamans longo rura omnia uiſu
Proſpicit. ut fruſtra niti ſe comperit: arcum
Corripit & pharetram: ſequiturq; per inuia taurum.
Illum per caulas & per ſtabula omnia quærens
Per colles benace tuos, per conſita oliuis
Iugera per uirides ficis & uitibus agros.
Venerat ad ſublime iugum, quod ſulfuris arcem
Suſtinet, & longis aperit proſpectibus illinc
Benacum, hinc campos longe lateq; patentes.
Lux ea ſacra fuit petro frondente ſub ulmo
Mixta erat ex omni pubes poſt prandia uico:
Ducebatq; leues buxo reſonante choreas.
Fau. Ruſtica gens nulla genus arte domabile, ſemper.

(c) 2007 Ministerio de Cultura

Irrequietum animal, gaudet sudore.peracto
Mane sacro festa(quando omnibus ocia)luce
Ipsa ocii ac famis impatiens epulatur, & implet
Ingluuiem:audito properat tibicine ad ulmum.
Hic furit, hic saltu fertur bouis instar ad auras.
Quam rastris uersare nefas, & uomere terram
Calcibus obduris:& inerti mole fatigat,
Ac ferit:& tota baccho facit orgia luce
Vociferans, ridens, saliens, & pocula siccans.
Fort. Stulte quid hæc faris?solatia rustica damnas
Rusticus ipse?tuis malus, tibi:pessimus ipsi.
Fau Dicta ioco fuerint.nostrum repetamus amyntam.
Fort. Continuit gressum.baculoq; innixus acerno
Intermisit iter, donec mitesceret æstus.
Ah puer infœlix, æstus te maior in umbra
Corripiet, nudam uideas ne in fonte dianam
Claude oculos, blandis neu des sirenibus aurem.
Sors tua narciso similis.narcisus in undis
Dum sedare sitim properat, sitit amplius.at tu
Exteriorem æstum fugiens intrinsecus ardes.
Quam melius fuerat nisi te sic fata tulissent,
Ad reliquum rediisse pecus, seruasse iuuencas.
Ammissi bouis æquo animo dispendia ferre,
Quam dum conaris nil perdere, perdere te ipsum
Fau. Sed post iacturam quis non sapit?utile non est
Consilium post facta, dari quod oportuit ante.
Consilium post facta imber post tempora frugum
Fort. Vna puelares inter pulcherrima turmas

(c) 2007 Ministerio de Cultura

Virgo erat alba comas, aliis procerior, annos
Nata quater quinos uel circiter, ore nitenti
Vrbanis certare potens & uincere nymphis.
Aureolis radians guttis ad tempora limbus
Ibat, & ad pectus clauſum uelamen aheno
Clauiculo. mediam fulgenti fibula ferro
Stringit in anguſtum. noua cãdicat inſtita lapſu
Linea rugoſo: pedibuſque allabitur imis.
Hanc puer ut uidit, periit: flammaſque tuendo
Hauſit: & in pectus coecos abſorbuit ignes.
Ignes, qui nec aquis perimi potuere, nec umbris
Diminui, neque graminibus, magiciſue ſuſuris.
Obliituſque greges & damna domeſtica totus
Vritur, & noctes in luctum expendit amaras.
Sæpe graueſcentem uerbis compeſcere flammam
Nixus, & inſanum iuuenis cohibere furorem
Dicebam. miſerande puer quis te deus iſtas
Miſſit in ambages? ſed non deus, immo ſatanum
Peſſimus, ex illis quos noctibus atque diebus
Ter tribus in terras fama. eſt ex æthere lapſos.
Dic age ſi noſti quemquam, reminiſcere, ſi quem
Videris, hoc pacto diteſcere, ſurgere in altum,
Dilatare domum, maioribus horrea aceruis
Complere his ſtudiis. extendere latius agros,
Multiplicare greges, acquirere paſcua bobus.
Inter tot populos, quot habet latiſſima tellus
Sunt qui noſtra ferant menſis epulanda cruentis
Corpora, & humanos abſumant dentibus artus.

(c) 2007 Ministerio de Cultura

Sunt inq̃ quos tanta malis tot uexet herinys .
Sed nullũ eſt tam ĩmane genus / tã barbara nuſq̃
Gens / quæ fœmineos non execretur amores.
Hinc ueniunt rixæ / ueniunt & iurgia / & arma:
Sæpe etiam diræ multo cum ſanguine mortes .
Hinc quoq; deletis euerſæ mœnibus urbes.
Ipſe etiam leges rubriſq; uolumina loris
Clauſa uetant ſcelus hoc / & deteſtantur amores.
Vt leges audiuit / ad hæc reſpondit Amyntas /
Ciuis enim fuerat puer / & uerſatus in urbe.
His monitis prudens & circumſpectus haberi
Niteris / & ſenſu tetricos anteire Catones .
Error hic / hæc paſſim ſapiens dementia regnat.
Ipſe ſibi blanditur homo: ſolerſq; putari
Vult animal. tamen incautus ſibi multa tetendit
Retia. & in foueam cecidit / quam fecerat. ante
Liber erat. Seruile iugum ſibi condidit ipſe.
Pondus id / eſt legũ (uidi ipſe uolumina) quas nec
Antiqui potuere patres / nec poſſumus ipſi
Nec ſeruare ætas poterit uentura nepotum .
Aſpice q̃ ſtulta eſt hominum prudentia: cœlum
Sperat: & eſſe ſibi ſedem in ſydera credit
Forſitan in uolucrem moriens tranſibit / & altum
Spiritus aſſumptis tranabit ad æthera pennis
Tunc ego quid latras? legum deus autor: & ipſis
Non parere / ſapit magnam nimis impietatem .
Grandia de magnis hæc ſunt certamina rebus.
Quid fuerim reris? q̃uis pannoſus & aſper

(c) 2007 Ministerio de Cultura

Sim modo / tunc animo / tunc ui / tunc ore ualebã
Nec mihi ſeſe alius poterat componere paſtor .
Fau. Nunc quoqꝫ ſi rectus uultu gradiare ſupino /
Alter eris marius: raſo ore uidebere carbo .
Fort. Talia reſpondit ſic obiurgatus Amyntas .
Facto homini deus inuidit. conceſſa uoluptas
Viſa bonum nimis excellens. & uota repreſſit
Legibus inuentis. ut equi ligat ora capiſtro
Ne quocunqꝫ libet flectat ueſtigia / ſeſſor .
Quæ mea ſit me cogit amor / ſententia fari /
Liberaqꝫ ora facit. qui non cõmunicat uſum
Coniugis / inuidus eſt. liuorem excuſat honeſtas.
Introducta uſu longi liuoris iniquo .
Nam dum quiſqꝫ ſibi retĩnet ſua gaudia / nec uult
Publica / cõmunis mos ac longæuus honeſtas
Factus. & hunc morem fecit dementia legem.
Inuida res amor eſt / res inuidioſa uoluptas.
Tunc ego non audens hominem contẽdere contra
Amplius / inſano rediens ab amante receſſi.
Fau. Cernis ut hic malus affectus ſic lumina mentis
Claudat / in errores ut ſponte feramur apertos?
Fort. Cernis ut a ſummo liuentia nubila baldo
Se agglomerent? oritur grando / ne forte uagantes
Tempeſtas deprehendat oues / diſcedere tempus.

FINIS.

Aegloga tertia quæ dicit Amynthas de iſani amoris exitu iſœlici Collocutores Fauſtꝰ & Fortunatꝰ.

(c) 2007 Ministerio de Cultura

Lla hesterna ruens baldi de uertice grãdo
Fau. i Fortunate fuit nobis innoxia: diuis
Gratia nostraq; quibus est custodia frugũ
Sed ueluti ex illis ueniens ait harculus oris,
Veronensem agrum pecudes & ouilia sic est
Demolita, casas & pastoralia tecta
Sic euertit, ut agricolis spes nulla supersit:
Agricolis etenim pecus est substantia & arua
His subiecta malis. grandi thesaurus in arca
Ciuibus est. quem nulla queat cõtundere grando,
Nulla pruina, gelu nullum, nullæ aeris iræ.
Fort. Nescio quis uentos tempestatesq; gubernat.
Id scio, sed neq; si scio, sat scio, sed tamen ausim
Dicere. quid? uitane ideo multabor in ipsa?
Numina si ut perhibent, orbem moderãt ab alto,
Extimo nil duros hominum curare labores.
Aspice quo tenuem uictum sudore paramus.
Quot mala pro grege, p natis, p cõiuge pastor
Fert miser. infestis æstate caloribus ardet.
Frigoribus riget hybernis. dormimus ad imbrem
Cotibus in duris, uel humi: contagia mille
Mille premunt morbi pecudes: discrimina mille
Sollicitant. latro insidias intentat ouili,
Atque lupus. milesq; lupo furatior omni.
Vt manus assiduo detrita incalluit usu,
Squalluit os, barba obriguit, cutis arruit æstu,
Vna repentino rapit omnia turbine grando.
Hoc superi faciunt, quibus inclinamur ad aras:

(c) 2007 Ministerio de Cultura

Et quibus offerimus faculas / & cærea uota.
Nescio quæ pietas & quæ clementia tantis
Cladibus inuoluat pastores omnium egenos.
Fau. Fortunatæ / scelus nobis hæc omnia nostrum
Ingerit. ætherei sententia iudicis æqua est.
Fort. Quod scelus? an fuimus christi uitæ insidiati?
Fau. Iurgia / furta / iræ / uenus / & mendacia / rixæ.
Fort. Quid meruere boni? nec enim scelꝰ obruit omnes.
Et tamen una omnes pariter pessundat erinnys.
Fau. Heu nescis male de superis sentire nefandum?
His igitur quæ scire nefas / nescire necesse est /
Posthabitis / curas iterum repetamus amyntæ:
Quas sumus experti / quas ignorare negatum est.
Res uulgaris amor / studium cõmune iuuentæ.
For. Moeror & affectus alii de cardine mentem
Sæpe leuant. animo sermo uenit æger ab ægro.
Fau. Intellecta licet pro re pro tempore fari.
Sic habitus cosmas sapiens / incognita nunq̃.
Fort Fauste sapis / notos igitur repetamus amores.
Restat amyntæos postrema in fata furores
Ducere: & in misero lachrymas impendere casu.
Præteriens illac paruo post tempore rursum
Insanire hominẽ uideo. / & miseratus amantem
O iterum dixi mens inconsulta / ueneno
Ebria fatali. populo iam fabula factus
Non resipiscis adhuc. & adhuc ĩ amore sepultus
Te ruis atq; tuos / pecus atq; mapalia tecum /
Vt quondam moriens rapuit secum omia sanson.

(c) 2007 Ministerio de Cultura

Cum ſenio curuatus eris, ſi forte ſenectam
Fata tibi dederint, quis ſuſtentabit inertem,
Somnolentum, inopem, cum iam defecerit omne
Robur, & ingenium, ſenſuſq; receſſerit omnis?
Hæc tibi cuncta feret, niſi mors præuenerit, ætas.
Eſto domi, uigila, obſerua. ſuper omnia ſemper
Proſpice quo tendas: & quo ueniſſe dolendum eſt,
Ire caue. diſcerne uias. hominemq; memento
Non ad delicias, non ad muliebria natum
Blandimenta, leui tam perniciosa iuuentæ:
Ipſe ego cui pecudes, cui lac, cui caſeus, ægre
Vitam ago. tanta agros omnes inuaſit egeſtas
Tot duri rerum euentus, incommoda paſſim
Tanta, tot aduerſis totus conuoluitur orbis.
Accipe rem non auditam non tempore factam
Præterito, ſed quam lux hæc mihi protulit ipſi.
Vt mos, autumno pecudes creſcente totundi.
Mane foro expoſui lanæ uenalia pondo
Sexaginta hodie. grande æs conflare putabam.
Vix uitam gregis eduxi, uix pabula poſſum
Mercari hybernis niuibus. quo cætera pacto
Sit uictura domus, nondum mihi conſtat amynta.
Quiſqs amat, dominæ munuſcula mittat oportet.
Tu uero cui uix tectum fortuna reliquit,
Sub quo luce habitat ſub quo pernoctat egeſtas,
Quid poteris cupidæ gratum donare puellæ?
Mittere mala decem ſatis eſſe ſolebat amanti.
Purpurei flores, & raptus ab arbore nidus,

(c) 2007 Ministerio de Cultura

Gramen odoriferum, memini quo tempore magnæ
Credebantur opes. uentum est a gramine ad aurũ.
Regia res amor est hac tempestate. recessit
Mos uetus, & quædam mala lex inoleuit amandi.
Talia suadenti toruo mihi retulit ore.
Si cupis optatam mihi fortunate salutem,
Da quod amo. nostro hæc una est medicina dolori.
Cætera quæ memoras mihi sunt tormenta: reuelli
Ex animo furor iste nequit. mea pectora imago
Virginis obsedit. mecum est, mecum itq; reditq;.
Excubat, & dormit mecum, caput, ossa, medulas,
Cor complexa potest cum sola excædere uita.
Ac ueluti quotiens aliena ex arbore secto
Surculus inseritur trunco, natura duorum
Iungitur, & mixto coalescit corpore uirga.
Sic dominæ dilecta mihi se immersit imago.
Et fecit duo corda unum. duo traxit in unum
Pectora: sensus inest nobis & spiritus idem:
O me felicem, si cum mea facta uocabunt,
In gremio, dulciq; sinu, niueisq; lacertis
Saltem anima caput hoc languens abeunte iaceret.
Illa sua nobis morientia lumina dextra
Clauderet, & tristi fleret mea funera uoce
Siue ad felices uadam post funera campos,
Seu ferar ardentem rapidi phlegetontis ad undam,
Nec sine te felix ero, nec tecum miser unq̃.
O dryades, florumq; deæ nymphæq; decentes
O nemorum syluane pater, seruate precamur

(c) 2007 Ministerio de Cultura

Collibus in ueſtris gelidiſq; in uallibus omne
Syluarũ ruriſq; decus. circundate ſaltus
Sepibus / & prohibete pecus / ne floribus obſit.
Iſta precor dominæ ſeruate in funera noſtræ.
Tunc omnis ſpargatur humus / redolentia ſerta
Texite / quæ circa tumulũ ſupraq; iacentem
Componantur heram. triſtes ad buſta puellæ
Pierides aderunt: & lamẽtabile carmen
Ore canent madido. ſignataq; uerba relinquẽt
Iſta ſepulturæ relegẽda nepotibus olim.
Hic tegitur uirgo: cui nil quin diua uocari
Debuerit / deerat / niſi dura fuiſſet amanti.
O uirgo ſi te tantus conſumeret ardor /
Per cẽtum ſcyllas ad te / per mille charibdes
Tranarem laturus opem. tu fæuior hydra
Me fugis. at culpæ nihil eſt in uirgine. nam me
Neſcit adhuc ſi ſciret enim ſuccurreret ultro.
Nec puto ſub miti tam ferrea pectora uultu.
Signa tamen uultus fallacia. ſub cute molli
Mens fera / ſub blanda ſunt corda ĩmania fronte.
Alloquar. & faciam noſtros intelligat ignes.
Si tamen illa meos uultus aueterit ibunt
In lachrymas oculi / triſte in ſuſpiria pectus.
Oderit illa licet ſemper / fugiatq; ſequentem /
Iſta tamen quocunq; ferar / me cura ſequetur.
Ite procul medicæ / non ſum ſanabilis / artes.
Ite procul magico qui (quod nec credere dignũ ẽ)
Carmine pallentes animas reuocatis ab orco.

(c) 2007 Ministerio de Cultura

Ite procul uanis precibus qui flectere diuos
Creditis, aduersum est, & inexorabile cœlum.
Me rapit impatiens furor, & iuuat ire per altos
Soliuagum montes, per lustra ignota ferarum.
Talia iactantem uerbis conabar amici
Flectere, sed uulnus nihil insanabile curat.
Illum per campos nox intempesta silentes
Illum exorta dies inter dumenta uidebat
Insomnem semper, raro syluestria poma
Carpentem, & potu contentum simplicis undæ.
Post longos gemitus exhaustaq; lumina fletu
Assiduo, post lamenta & conuulsa frequenti
Pectora singultu moriens finiuit amores.
Exanimum corpus tumuli sine honore relictum
Nocturnæ absumpsere feræ, uolucresq; diurnæ.
Fau. Heu funesta lues, fatalis machina passim
Corda uenenatis penetrans humana sagittis,
Equiparans hominem pecudi, quæ pocula circe
Quæ peiora unq̃ potuit dare philtra calipso?
Quæ stix, qs phlegetõ grauior? quæ maior erinys?
O stulti quicunq; deum dixistis amorem.
Num natura nocens deus est? ubicunq; locorum
Sit deus, est homini clemens innoxius æquus.
Fort. Heu miserande puer tenera sublate iuuenta,
Quæ tibi nascenti luxerunt sydera? quæ tam
Noxia pars cœli est, ut te nil tale merentem
Leserit? & primis infortunarit ab annis?
Nec tamen omnino cœlum tibi defuit, omne

(c) 2007 Ministerio de Cultura

Carmen.& argutis quicquid modulamur auenis
Doctus eras.nisi te mors immatura tulliſſet
Dignus eras ederis / dignus parnaſide lauro.
Nec melius cecinit pugnas ac triſtia bella
Hordea & agrorum cultus & paſcua noſter
Tityrus a magno tantum dilectus Alexi.
Nanq; tui præcox animi ſolertia nobis
Cognita iampridem magnam producere frugem
Cœperat & ſpecimen tuleras uirtutis & artis
Non uulgare tuæ.poteras iam gloria dici
Ruris / & ætatis decus indelebile noſtræ.
Te padus & noſter lugubri mintius ore
Cum nymphis fleuere ſuis:ut thracius hebrus
Orphea.te triſtes ouium fleuere magiſtri/
Vt daphnim luxiſſe ferunt:te paſcua & agri
Vndiq;.& audita eſt totis querimonia campis.
Spargite paſtores tumulum redolentibus herbis /
Atq; ſacerdotum cantus ac thura quotannis
Ducite.& æternam requiem cantate poetæ.
Fau. Tu tamen arua tenes patriæ melioris / & altum
Incolis elyſium.nos hic te flemus amynta.
Fort. Flendum hodie nobis fuerat.nam triſtia nocte
Neſcio quæ mœſtis cernebam inſomnia formis.
Sed iam ueſper adeſt / & ſol ſe in nube recondens
Dum cadit agricolis uicinos nunciat imbres.
Cogere & ad caulas pecudes conuertere tempus.

FINIS.

(c) 2007 Ministerio de Cultura

Aegloga quarta quæ dicitur Alphus de natura mulierum Colloquutores Alphus & Iānus.

Alph9 Ane caper (uideo) macer ẽ tu9 / esse solebat
i Acer / & elatis in cœlum cornibus ire.
Nunc deiectus humi flacis piger auribus
Olfacit / & sūmis attīgit gramina labris. (herbā
Ianñ Languet / & ex isto langore facetia surgit /
Quæ quotiens memini / risum ciet: ædita nondū ẽ.
Aedita cum fuerit / totus mirabitur orbis.
Alph9 Iane soles narrare sales lepidissime / & ore
Suauiloquo dic ergo tuus cur langueat hircus.
Ianñ Res non ficta / deus testis / sed facta recenter.
At dulce id facinus non est narrabile gratis.
Quid precii sperare licet? quæ dona reporto?
Alph9 Ianne ubi congessit nidos philomena / docebo.
Ianñ Qui leuiter spondet / promisso eludit inani.
Alph9 Qui non credit inops fidei: sed pignore tutum
Te faciam. duo tela mea deprome pharetra.
Ianñ Incipiam. Nymphæ parnasides ora mouete.
Et memorate mei dira infortunia capri.
Ac philomeneos alpho concedite nidos.
Conductus mercede puer præfectus ouili
Assidue pascebat oues / caprum / atq; capellas.
Seruitium nobis pueri fuit utile / donec
Virgine conspecta quæ tum huc ueniebat aquatū
Tabuit, ex illo uecors iam tempore factus
Frigidius curare gregem contemnere caulas

(c) 2007 Ministerio de Cultura

Coepit. & exhauſto ſubuertere cunta cerebro.
Cum ſopitus erat / poterat uigil eſſe / uideri.
Nugabatur enim: quando uigilabat / inerti
Corporis officio / uoluebat ſomnia mente.
Hunc ergo ĩ ſaltu ludens per cornua caprum
Viminibus ualidis inter dumenta ligarat /
Quarta dies hodie / tentans an uincula poſſit
Vincere ceruice ac. prædurae robore frontis.
Quæſitum interea nidos nemus omne pererrat
Corda ſubit uirgo. dilecta recogitat ora /
Ora / ſinus / & quæ fari pudor: omnia uoluit:
Lux fugit interea. capri redit immemor. alta
Nocte / recordatus ſurgit / pauiduſq; per umbras
Dum gradit̃ / ruit in foueam / quæ fronde ſaligna
Captandis obducta feris & ſtramine ſicco
Inſtar erat putei fundo irremeabilis alto.
Eſt caper in uinclis / puer eſt in carcere. paſtor
Nullus oues curat. iam tertia luxerat hora.
Miror / oues reſero / ac numero: caprũq; requirens
Obſtupeo. puerum clamo / magalia luſtro.
Vera loquar magicis ne forte liquoribuſ unctus
Extimui aſcenſo migraſſet in aera capro.
Nanque ſtriges tali fama eſt opę / nocte uagantes
Ad quædam longinqua procul conuiuia ferri.
Attonitus tandem pecudes ad paſcua duco.
Dũq; pedũ meditans ſubeo nemus / ecce p umbras
Ecce ꝑcul caper in dumis ſtrepit. atq; reluctans
Cornibus aduerſis contra ſua uincula pugnat.

(c) 2007 Ministerio de Cultura

Terruit incautum ſubito feralis imago /
Et nil tale ratum firmato pectore tandem .
Noſco animal / ſubienſq; rubos ſeco uicula runca.
Sero domum rediens uideo per paſcua longe
Turbam exultantem riſu iuueniliter alto.
Vt prope conſtitimus / meq; agnouere / ſalutant .
Et tuus ecce aiunt puer hic o iane luporum
Erutus e foueis / dum nocte perambulat agros
Incidit in caſſes. & ſic inuentus uterq;
Et caper & paſtor: caper hæc incommoda paſſus
Languet adhuc. puer imprudens inſanior hirco eſt.
Virgo ſuperbiuit mox ut ſe audiuit amari:
Et pueri ſimulans curam ignorare / pudorem
Fingit: ut ad formam faciat pudor: ora ſinumq;
Ornat / & in terram uerſis incædit ocellis
Callida. uulpina rem ſimplicitate gubernat.
Hæc ſtudia / hi caſſes. hæc ſunt mulieribus arma.
Ille ſua ſperans galathæa alquando potiri
Contempta mercede ſuos ſectatur amores .
Propterea plauſtro ſtiua bobuſq; relictis
Ad paſtoris opus redeo: ſubiecta furori
Iſta iuuentutis leuitas rura omnia uexat.
Alph9 Quod nequit Ingenium caſus facit. o ſtupor o ſors
Ingenioſa / o res riſu celebranda bimeſtri.
Iane fides ſeruanda: tibi philomena laborat.
Sed quod tam uafro memoras de uirginis aſtu
Rettulit in mentem / quæ pſallere ſæpe ſolebat
Carmina fœmineis olim de fraudibus umber.

(c) 2007 Ministerio de Cultura

Iān9. Dic umbri dic ſi quid habes. meditare parumper
Et uerba & numeros, umbri ē memorabile carmen
Alph9. Eſt ut ais / ſed non gratis / memorabile carmen.
Quas referes grates? & quid mercedis habebo?
Iannus Accipe / promiſſis abſoluo / & ſpicula reddo.
Alphus Dum uado ad uentrem poſt hæc carecta leuandū.
Iāne meum tu coge pecus / ne uitibus obſit.
Iannus O aries / aries / qui tortis cornibus atrum
Dæmona præſentas / ſemper uineta ſubintras.
Non ſapies donec foſſa tibi lumina fronte
Eruero. non ſunt porrecta in iugera centum
Paſcua ſat. niſi pampineos populeris & agros.
Alphus Ianne recordatus redeo / ſed plurima forſan
Nondum nota tibi referam. cognouerat umber
Omnia / quæ fas eſt homini perdiſcere / cœlos
Sydera / tellurem / uentos / mare / flumina / fontes /
Viderat & rhodopen / atq; alta ceraunia / & oſſam
Gallica regna / ararim / rhodanū / tyberiq; padūq;.
Attica romanis referebat carmina uerbis
Ore utroq; potens / & lingua primus utraq;.
Hunc unum nobis inuidit græcia / & ipſi
Archades / & thracum ſaltus / & theſala tempe.
Si quid erit quod forte uelis tibi notius eſſe /
Candidus illius ſemper documenta ſequutus
Non procul hinc. hæc ille tenet. nos ille docebit.
Sed iam ſeptiforem flatu experiamur auenam.
Ante tamen nymphæ precor ut libetrides adſint.
Præſertim quæ plus meminiſſe polymnia fertur.

(c) 2007 Ministerio de Cultura

Fœmineum ſeruile genus crudele ſuperbum /
Lege / modo / ratione / caret. confinia recti
Negligit / extremis gaudet / facit omnia uoto
Præcipiti. uel lenta iacet / uel concita currit.
Fœmina. ſemper hyems atq; intractabile frigus
Aut canis ardentes contriſtat ſidere terras .
Temperiem nunq̃ / nunq̃ mediocria curat.
Vel te ardenter amat / uel te capitaliter odit .
Si grauis eſt / mœret toruo minus hernica uultu.
Si ſtudeat comis fieri grauitate remiſſa /
Fit leuis. erumpit blando laſciuia riſu:
Et lepor in molli radiat meretricius ore .
Flet / ridet / ſapit / inſanit / formidat / & audet.
Vult / non uult / ſecumq; ſibi conraria pugnat.
Mobilis. inconſtans. uaga. garrula. uana. bilinguis.
Imperioſa. minax. indignabunda. cruenta.
Impia. auara. rapax. querula. iuida. credula. mẽdax.
Impatiens. oneroſa. bibax. temeraria. mordax.
Ambitioſa. leuis. maga. lena. ſuperſtitioſa .
Deſidioſa. uorax. ganeæ ſtudioſa. palatum.
Docta. ſalax. petulans. & dedita molliciei .
Dedita blanditiis curandæ dedita formæ.
Iræ odiiq; tenax. in idonea tempora difert.
Vlciſcendi animos. infida. ingrata. maligna .
Impetuoſa. audax. fera. litigioſa. rebellis.
Exprobat. excuſat tragica ſua crimina uoce.
Murmurat. accendit rixas / nil fœdera pendit /
Ridet amicicias: curat ſua commoda tantum .

(c) 2007 Ministerio de Cultura

Ludit / adulatur : defert. ſale mordet amaro.
Seminat in uulgus nugas. auditaq; lingua
Auget: & ex humili tumulo producet olympum.
Diſſimulat / ſimulat doctiſſima fingere cauſas.
Ordiriq; dolos: fraudiq; accommodat ora /
Ora omnes facili caſus imitantia motu.
Non potes inſidias euadere. non potes aſtum
Vincere. tantæ artes ſolertia tanta nocendi.
Et q̃q̃ uideas oculis præſentibus. audet
Excuſare nefas. potis eſt eludere ſenſus
Sedulitate animi. nihil eſt quod credere poſſis.
Et nihil eſt quod non. ſi uult. te credere cogat.
His facient exempla fidem. quæ crimina non ſunt
Fœminea tentata manu? dedit hoſtibus arcem
Decepta ornatu brachii tarpeia ſiniſtri.
Sæuiit in natos manibus medea cruentis.
Tindaris egæas onerauit nauibus undas.
Scylla hoſtem ſequitur patri furata capillum.
Fratrem Biblis amat. ſubicit ſe myrra parenti.
Concubitus nati longæua ſemiramis ardet.
Cauſa necis uati coniunx fuit amphiarao.
Occidere uiros nocturnis bellides armis.
Orphea membratim cicones ſecuere poetam.
Cognita luxuriæ petulantia paſiphaæ. æ
Phædra pudiciciam contra crudeliter auſa eſt.
Decepit iudea uirum rebeca ſuamq;
Progeniem uellans hircino gattura tergo.
Porrigit alcidæ coniunx fatale uenenum.

(c) 2007 Ministerio de Cultura

Decipit hippodame patrem / lauinia troes
Implicat ancipiti bello . briſeis achillem
Depulit e caſtris . demens chryſeide factus
Fulminat atrides / & ſentit apollinis iras .
Eua genus noſtrum / felicibus expulit aruis .
Credite paſtores / per ruſtica numina iuro /
Paſcua ſi gregibus ueſtris innoxia uultis /
Si uobis ouium cura eſt / ſi deniq; uobis
Grata quies / pax / uita leues prohibete puellaſ.
Pellanturq; procul ueſtris ab ouilibus omnes /
Theſtylis / & phyllis / galathea / neæra liquoris .
Dicite quæ triſtem mulier deſcendit ad orcum
Et rediit ? potuit ſi non maleſana fuiſſet
Euridice reuehi per quas deſcenderat umbras .
Rapta ſequi renuit feſſam proſerpina matrem .
At pius enæas rediit . remeauit & orpheus .
Maximus alcides & theſeus / & duo fratres
Vnus equis / alius pugnis bonus / atq; paleſtra .
Et noſter deus / unde ſalus & uita reſurgit .
Hæc ſunt paſtores hæc ſunt myſteria uobis
Aduertenda . animi fugiunt obſcoena uiriles :
Foemineas loca delectant infamia mentes .
Vt ſemel in ſcopulos uento contortus & unda
Nauta ſcit incautis monſtrare pericula nautis /
Sic ſenior longo factus prudentior uſu
Præteritos meminit caſus / aperitq; futuri
Temporis euentus / uitæq; pericula monſtrat .
Si fugiunt aquilam fulicæ / ſi retia cerui /

(c) 2007 Ministerio de Cultura

Si agna lupum / si dãma canem . muliebria cur nõ
Blandimenta fugis tantum tibi noxia paſtor?
Eſt in eis pietas crocodili / aſtutia hyenæ.
Cum flet & appellat te blandius / inſidiatur .
Foemineos paſtor fugito (ſunt retia) uultus.
Non animis / non uirtuti / non uiribus ullis
Fidito : non clypeo / cuius munimine perſeus
Vidit ſaxificæ colubros impune meduſæ.
Monſtra peremerunt multi / domuere gigantes /
Euertere urbes / legem impoſuere marinis
Fluctibus : impetui fluuiorum / & montibus aſpris
Sacra coronarunt multos certamina . ſed qui
Cunta ſubegerunt / ſunt a muliere ſubacti.
Rex qui paſtor erat funda / ſpolioq; leonis
Inclytus / & natus / qui templa ſionia fecit
Primus / & excellens inuicto robore ſanſon /
Foemineum ſubiere iugum : minus officit ignis /
Saxa minus / rõphæa minus / minus haſta / minus
Nec formæ contẽta ſuæ ſplendore decorẽ (mors
Auget mille modis mulier / frontem ligat auro :
Purpurat arte genas / & collocat arte capillos.
Arte regit greſſus / & lumina temperat arte.
Currit ut in latebras ludens perducat amantem .
Vult dare / ſed cupiens ſimplex & honeſta uideri /
Denegat / & pugnat / ſed uult ſuper omnia uinci
Foemina cæciaco (res mira) ſimillima uento eſt /
Qui trahit expellens mendaci nubila flatu.
Quiſquis es / expertus moneo / tentare recuſa

(c) 2007 Ministerio de Cultura

Dum licet / hic fragilis quot habet faſtidia ſexus.
Immundum natura animal. ſed quæritur arte
Mundicies. id luce opus eſt. ea ſomnia nocte.
Deglabrat / lauat / & pingit / ſtriat / ungit / & ornat.
Tota dolus / tota ars / tota hiſtrio / tota uenenum.
Conſilio ſpeculi gerit omnia. labra mouere
Diſcit / & inſpecto uultum componere uitro.
Diſcit blandiri / diſcit ridere / iocari.
Incedens humeros diſcit uibrare / nateſq;.
Quid ſibi uult nudū pectus? quid aperta ſuperne
Rimula / quæ bifidam deducit in ubera uallem?
Nempe nihil / niſi quo uirus penetrabile ſenſum
Plus premat / & ſtrygiæ rapiant præcordia flāmæ.
Hi iuuenū ſcopuli ſyrtes / ſcyllæ / atq; charibdes.
Hæ immundæ phinei uolucres quæ uētre ſoluto.
Proluuie fœda thalamos / cœnacula / menſas /
Cōpita / tēpla / uias / agros / mare / flumina / mōtes /
Inceſtare ſolent. hæ ſunt phorcinides ore
Monſtrifico / extremis libyæ quæ in finibus olim
Aſpectu mutare homines in ſaxa ſolebant.
Carmina doctiloqui curſim recitauimus umbri.
Quæ ſi uiſa tibi nimium prolixa memento
Ipſius id rei uicium non carminis eſſe:
Non longū eſt carmen / mulierum amentia lōga ē.

Ian. O memorande ſenex / quo ſe uetus umbria tantū
Iactat / & ipſe tuæ tyberis conterminus urbi.
Martia non ab re tantum te roma uocabat.
Ipſa tuas artes / & non triuialia norat

(c) 2007 Ministerio de Cultura

Carmina.te uita functum fleuere latinæ
Naiades & graiæ.tua molliter ossa quiescant
Semper / & in summo mens aurea uiuat olympo :

FINIS.

Aegloga quinta quæ dicitur Candidus de consue-
tudine diuitum erga poetas colloquutores Sylua-
nꝰ & Candidus.

Sylu Andide nobiscū pecudes aliquādo solebas
c Pascere / & his gelidis calamos īflare sub um-
Et miscere sales simul / & certaī palestra. (bris
Nunc autem quasi pastores & rura perosus
Pascua sopito fugis / & trahis ocia cantu.
Cād. Vos quibus est res āpla domi / qbus ubera uaccæ
Plena ferunt / quibus alba greges mulctralia cōplēt
Cymbia lacte niuent / & pinguia prandia fumant /
Carmina laudatis.si quid concinius exit /
Plauditis / ac læti placidas extenditis aures.
Pro numeris uarias laudes / & inania uerba
Redditis.interea pastor sitit / esurit / alget.
Sylu Nonne potes curare greges.& dicere uersus
Cum uacat? & positis uitam traducere curis ?
Cād. Omnē operā gregibus pastorē impēdere oportet /
Ire redire / lupos arcere / mapalia sepe
Cingere: mercari paleas / & pabula / uictum
Quærere / nil superest ocii: laudabile carmen
Omnem operam totumqꝫ caput syluane requirit.
Grande utrunqꝫ opus est / & nostris uiribus impar
Cum cecini sitio: sitienti pocula nemo

(c) 2007 Ministerio de Cultura

Porrigit, irrident alii: tibi penula dicunt
Candide trita. genu nudum, riget hiſpida barba.
Iam ſyluæ implúmes, & hyems in mõtibus albet.
Iraſcor, doleo, indignor. fert omnia uictus,
Lanicium, fœtuſq; mares. non uendimus agnas.
Sed quia lac paſcunt, premitur nihil. ubera ſiccãt.
Pœniter ingenii ſi quid mihi. pœnitet artis:
Pœnitet & uitæ: poſtq̃ mihi nulla ſecundant
Ex tot ſyderibus qnot ſunt in nocte ſerena.
Hactenus ut noſti, gratis cantauimus ætas
Indiga paucorum merces fuit: altera longe
Conditio ſenii, quod nunc ſubit. omnium egenos
Reddit: & extinctis lucri ſpem uiribus aufert.
Mox erit utendum partis. modo quærere tempus.
En formica breuis, ſed prouida beſtia condit
In brummam noua farra cauis æſtate latebris.
Neue renaſcantur, fruges ſecat ore ſepultas.
Syluã9 Scire genethliacos fatalia ſydera dicunt.
Hiſub mercurio uates, & ſub ioue reges
Magnateſq; locant: iſtis dat iupiter aurum.
Atq; magiſtratus. dat maiæ filims illis
Ingenium, linguam, citharas, & carminis artem
Hæc tua ſors. quid quæris opes? de9 oĩa in omnes
Diuidit, ut melius nobis uidet eſſe futurum.
Sorte tua contentus abi. ſine cætera nobis.
Candi. Sunt tibi diuitiæ mihi carmina. quid petis ergo
Carmen? & inuadis partes Syluane alienas?
Syluã9 Non tibi ſurripio carmen, nec apollinis arma:

(c) 2007 Ministerio de Cultura

Sed dare dulciſonis aures concentibus opto.
Cãd. Si gaudere meis igitur concentibus optas,
Nos gaudere tuis opibus Syluane decorum eſt.
Sylu. Ille meis opibus gaudet qui diligit. odit
Inuidus: atq; animo bona fert aliena moleſto.
Cãd. Sic quoq; tu noſtris abſens gaudere camœnis
Sat potes. hæc artis ſat ſint tibi gaudia noſtræ.
Carmina ſunt auris conuiuia, caſeus oris.
Si cupis auditu fac nos gaudere palato.
Hoc amor, hoc pietas, hoc uult deus: oĩa nõ dat
Omnibus, ut nemo ſibi ſit ſatis, indigeatq;
Alter ope alterius. quæ res coniungit in unum
Omne genus. gallos, mauros, italos, & iberos.
Sidera iungamus. facito mihi iupiter adſit:
Et tibi mercurius noſter dabit omnia faxo.
Pilleolum, uirgam, citharas. nodum herculis, alas.
Sylu Vana ſuperuacuis inculcas plurima uerbis.
Cãd. Vana inquis, quæ damna tuis inferre uidentur
Diuitiis. ſi uis noſtras audire camœnas,
Erue ſopitam de ſollicitudine mentem.
Vult hilares animos, tranquillaq; pectora carmen.
Torpeo, ut exuriem patiens & frigora miluus.
Iam dudum ſquarroſa cutis, ſitus occupat ora.
Nec pecus in ſtabulis, nec in agro farra, nec aurę
In loculis, & uis poſitis me uiuere curis?
Non facit ad noſtros talis medicina dolores.
Fac alacrem: tege, paſce, graui ſuccurre ſenectæ.
Inuenies promptum uerſu, & cantare paratum.

(c) 2007 Ministerio de Cultura

Plena domus curas abigit.cellaria plena.
Plœna penus.pleniq; cadi.plenæq; lagenæ.
Hordea plena.greges læti:grauis ære crumena.
Tunc iuuat hybernos noctu uigilare decembres
Ante focum:& cineri ludos inarare bacillo.
Torrere & tepidis toſtas operire fauillis
Caſtaneas:plenoq; ſitim reſtringere uitro:
Fabellaſq; inter nentes ridere puellas.
Tityrus ut fama eſt ſub mœcenate uetuſto
Rura/boues/& agros/& martia bella canebat
Altius:& magno pulſabat ſidera cantu.
Eloquium fortuna dabat.nos debile uulgus
Pannoſos macie affectos/farragine paſtos
Aoniæ fugiunt muſæ/contemnit apollo.
Syluã9 Si ſperata mihi dederit fortuna quod opto/
Candide præſenti te ſollicitudine ſoluam.
Candi. O utinam ſyluane foret tibi tanta uoluntas/
Quanta eſt hac etiam tibi tempeſtate facultas.
Non ego diuitias coſmi non ſerica poſco
Pallia/non tyrias chlamides/non prandia regum.
Non patinam eſopi fameo/clypeumue mineruæ.
Nil opus eſt regis laribus/cui ferrea nomen
Tradidit/aut ſi mens non fallitur/ænea barba.
Hæc me iam pridē memini didiciſſe ſub umbro.
Poſtulo ueſtitum/peto uictum ſub lare paruo
Certior iſtud opis toti non defore uitæ.
Sint mihi pytagoreæ menſæ.codriq; ſupellex.
Sæpe alios qui ſpem dederint inuenimus ore

(c) 2007 Ministerio de Cultura

Magnificos / ſed re modicos. tibi fidimus uni.
Tu mihi ſi fueris mendax / præciditur omnis
Spes: ut ſolſticio fiam philomena reuerſo
Mutus / & elinguis. ſuſpendere poſtibus arma
Tempus erit / clauſoq; abigi ſpectacula circo.
Sylu Candide nidiſti romam / ſanctiq; ſenatus
Pontifices / ubi tot uates / ubi copia rerum
Tantarum? facile eſt illis diteſcere campis.
Cād. Deciperis me uelle putans diteſcere. ueſci
Et lupus omne animal crudis exiſtimat eſcis.
Tuq; putas alios quo tu pede clandere paſſum.
Non ego ditari cupio: ſed uiuere paruo.
Fac habeam tenuem ſine ſolicitudine uictum.
Hoc contentus eam romana palatia uidi.
Sed quid romana putas mihi proderit? o ſyluane
Occidit auguſtꝰ nunq̃ rediturus ab orco.
Si quid romana dabit / nugas dabit / accipit aurū
Verba dat. heu romæ nūc ſola pecunia regnat.
Exiliū uirtus patitur? ſperare iubemur
Vndiq;. & in toto uates ſpe paſcimur orbe.
Sylu Dic pugnas / dic geſta uirum / dic prœlia regum.
Vertere ad hos / q ſceptra tenēt / q regna gubernāt.
Inuenies qui te de ſordibus eruat iſtis.
Cād. Inueniam qui me derideat: & ſubſannet.
Tempeſtate iſta reuerentia tanta poeſi /
Quanta lupanati. quid me ſyluane laceſſis?
Syln Non decet obſcoenis uatem prorumpere uerbis.
Cād. Non poſſum non uera loqui: ſi uera taceri

(c) 2007 Ministerio de Cultura

Forte uelis / leuibus me parce laceſſere dictis.
Syl. Vtile conſilium preſtare / laceſſere non eſt.
Cand. Conſilii locuples ego: ſed pauperrimus auri.
Qui pugnas / qui geſta uirum / qui prœlia regum
Dicet inops uates / cui nec quo fiſtula poſſit
Aptius incidi / fieriq; foramina / culter?
Aſpice ut excuſſis luxata manubria clauis /
Vt dentata acies / ueteriq; ſimillima ſerræ.
Hoc leue. ſed mẽſæ graue & intolerabile damnũ.
Vtile conſilium firmat / ſed inutile mentem
Frangit: & extenuat uires / animumq; retundit.
Magnates dare parua pudet / dare magna recuſãt.
Adde quod & noſtri curant ita carmina reges /
Vt frondes aquilo / mare libs / uineta pruinæ.
Ipſi ad delitias reges & ad ocia uerſi
Quod celebrãt laudari optãt. hinc carmina manãt
Perdita de ſtudio ueneris / de ſcurrilitate /
De ganea / de ſegnitie / de infamibus actis:
Quæ caſtum capitale nefas celebrare poetam.
At qui dura manu geſſerunt bella potenti
Fortiter utentes ferro / non molliter auro /
Dilexere graues muſas. heroica facta
Qui faciunt reges heroica carmina laudant.
Vt ceſſere uiri fortes / & maſcula uirtus /
Dicendum altiloqui nihil inuenere poetæ.
Occidit ingenium uatum: ruit alta poeſis.
At ſi forte aliquis regum gerit aſpera bella.
Et decus armorum ſtudiis belloq; parauit.

(c) 2007 Ministerio de Cultura

Nil genus externum uenturaq; ſæcula curat.
Laude ſuæ gentis ſatur / & præſentibus annis.
Barbarus eſt:neq; carmen amat / uel auarus ī auro
Mergitur:atq; midæ curis flagrantibus ardet.
Eſt & apud reges.rudis / inuida / ruſtica turba:
Mimmus / adulator / læno / aſſentator / adulter:
Hiſtrio / ſcurra:quibus uirtus odioſa. poetas
Mille modis abigunt:ut quando cadauera corui
Inuenere / fugant alias uolucreſq; feraſq;.
Sunt etiam uates quidam ſine lege petulci /
Qui ſine lege aliti ſine præceptoribus audent
Quicquid amant reges / & amant infamia ſolum
Scribere.nam uates etiam dementia uexat.
Hi ſe neſcio qua mentis leuitate poetas
Eſſe uolunt poſtq̃ triuialibus ora cicutis
Applicuere.ſibi applaudunt:ſua carmina iactant
Inſulſi / illepidi / indociles / improuidi / inepti.
Qui ſolet his uacuas præbere ambagibus aures
Id uicium commune putat.doctiſq; reſiſtit
Vatibus a uero indoctus diſcernere falſum.

Sylua. Candide per ſuperos per olympica numina iuro
Me tibi(ſi uenti ueniant ad uela ſecundi)
Laturum auxilium meliora in tempora uiue.
Nec pauliſper adhuc mecum ſperare recuſa.

Candi. Si mihi ſic optas / tibi ſit ſyluane quod optas

Sylua. Opto equidem:dictumq; fides non ſera ſequetur.

Candi. Vade malis auibus nunq̃ rediturus auare:
Et facias ſubito quicquid tractaueris aurum

(c) 2007 Ministerio de Cultura

More midæ:quaudo uirtus tibi uilior auro :

FINIS.

Aegloga Sexta quæ dicitur Cornix de disceptatõe Rusticorũ & Ciuiũ Colloqutores Cornix & Fulica

Cornix Ingit hyems / mugit boreas / a culmine pẽdet
Stiria depositis bobus requiescit arator /
Dormit humus:clauso pastor tunicatus ouili
Cessat iners.sedet ante focum fumosa neæra /
Atq; polenta coquit.prius intolerabilis æstas
Nunc laudatur.hyems æstu laudata molesto
Displicet.optatum damnat præsentia frigus
Fulica. Omne bonum presens minus est.sperata uidentur
Magna uelut maius reddit distantia lumen
Cornxi Delitias habet omne suas / & gaudia tempus.
Aspice ut impexi tritaq; in ueste ligati
Cæde suum pueri exultant.inflatur in utrem
Immissis uessica fabis / sonat & micat acta
Nunc pede / nũc cubito / stricto nũc obuia pugno.
Si cadit attollunt.cursu labor atq; recursu
Brummam abigit.glaciale gelu pila rustica uincit .
Nos tamen hic melius tepido sub stramine foti
Transigimus tempus dum lac cohit igne recoctũ.
Fuli . Pauperiem declarat hyems improuida certe
Turba sumus iuuenes.securi æstate uagamur
Immemores hyemis:nostrum æs tibicinis omne ẽ.
Vt redit e scythia boreas / nidosq; uolucrum

(c) 2007 Ministerio de Cultura

Frondibus oſtendit nudata cadentibus arbor,
Frigemus nudi ſcapulas, dorſum, ilia, plantas.
Stultitiam declarat hyems. ſapientius urbes
Congeriem nũmum accumulant. & ad ilia uulpes
Melotaſq; trahunt, maculoſaq; tergora lyncis.

Cornix Deſipiunt omnes, nec nos in crimine ſoli.
Immo ipſos uexat grauior dementia ciues
Verum illis mater, nobis fortuna nouerca
Nos premit, infelix ſors eſt dementia. fac ſim
Fortunatus, ero locuplex: ero primus in urbe.
Audiar. aſſurgent omnes. me uertice nudo
Vulgus adorabit. me plæbs. me conſulet omnis
Turba: magiſtratus etiam, populuſq; patreſq;.

Fulica. O cornix cornix non eſt fortuna, ſed ipſe,
Quo ſapiunt homines animus: fortuna potentem
Non facit, imo deus: cauſam recitabat amyntas.

Cornix Eſt fortuna deus. ſed quid recitarit amyntas
Dic precor, in cauſis erat ingenioſus & acer.
Ante tamen paulum pecus & præſepia uiſe.
Vade, redi, calor eſt poſt frigora dulcior, ito.

Fulica. Attingit nix alta genu. uix tecta reſiſtunt
Tanto oneri. ſublimis apex in ueetice furni
Pyramidem fecit metaq; aſſurgit acuta.

Cornix Da pecori cordum. ſtipuliſq; foramina claude.
Si paries hiat: & rediens lætamine muni
Limina nulla gregi grauior q̃ frigora peſtis.
Iã ne ades? oh quænã hæc ſolito properãtia maior?

Fulica. Sollicitum me reddit hyems in frigore & igni.

(c) 2007 Ministerio de Cultura

Maxima ſtrenuitas: fœno recubare calenti /
Abſcondiq; cauo accubitu poſt frigora / dulce eſt.
Cornix Incipe: & enarra diſcrimina ruris & urbis.
Fulica. Hoc igitur tantum ruris diſcrimen & urbis
Taliter exortum noſter recitabat Amyntas.
Principio rerum primaq; ab origine mundi
Cum muliere marem ſociali fœdere iungens
Cœli opifex (ſic nanq; deum appellabat amyntas)
Nomen adhuc teneo) natos producere iuſſit.
Atq; modum docuit fieri quo pignora poſſent.
Accinxere operi. mandata fideliter implent.
Sicq; utinam de pomi eſu ſeruata fuiſſent.
Fœmina fit mater. puerum parit atq; puellam.
Atq; puerperio ſimili fœcunda quotannis
Auxit in immenſum generis primordia noſtri.
Poſt tria luſtra deus rediit. dum pignora pectit
Fœmina proſpiciens uenientem a limine uidit.
Adam aberat ſecurus oues paſcebat. adulter
Nullus adhuc ſuſpectus erat. ſed multiplicatis
Connubiis fraudata fides. ſine cornibus hirci
Facti: & Zelotypo coniunx ſuſpecta marito.
Nam quæ quiſq; facit / fieri ſibi furta ueretur.
Erubuit mater / nimiæq; libidinis ingens
Indicium rata tot natos / abſcondere quoſdam
Accelerat. fœno ſepelit / paleiſq; recondit'.
Iamq; lares deus ingreſſus ſaluere penates
Iuſſit, & huc dixit mulier tua pignora profer:
Fœmiua maiores natu procædere mandat.

(c) 2007 Ministerio de Cultura

His deus arriſit: uelut arridere ſolemus
Exiguis auium pullis, paruiſue catellis.
Et primo letatus ait cape regia ſceptra,
Rex eris. at ferrum & belli dedit arma ſecundo:
Et dux inquit eris. faſces populiq; ſecures
Protulit, & uites. & pila inſignia Romæ.
Iamq; magiſtratus celebres partitus in omnem
Progeniem, humanos tacitus uoluebat honores.
Interea mater rebus gauiſa ſecundis
Euolat ad caulas, & quos abſconderat, ultro
Protulit, hæc, dicens noſtri quoq; pignora uẽtris:
Hos aliquo Pater omnipotens dignabere dono.
Settoſum albebat paleis caput. hæſerat armis
Stramen, & antiquis quæ pendet aranea tectis.
Non arriſit eis, ſed triſti turbidus ore
Vos fœnum, terram, & ſtipulas deus iquit oletis.
Veſter erit ſtimulus, ueſter ligo, paſtina ueſtra.
Veſter erit uomer, iuga ueſtra, agreſtia ueſtra,
Omnia: aratores eritis: pecorumq; magiſtri.
Fœniſecæ, ſolifoſſores, nautæ atq; bubulci.
Sed tamen ex uobis quoſdam donabimus urbe,
Qui ſint fartores, lanii, lixæ, artocopiq;.
Et genus hoc alii, ſoliti ſordeſcere ſemper.
Sudate, & toto ſeruite prioribus æuo.
Taliter omnipotens fatus repetiuit olympum.
Sic factum eſt ſeruile genus. ſic ruris & urbis
Inductum diſcrimen ait mantous Amyntas.
Cornix Mirabar, ſi quid recti dixiſſet Amyntas.

(c) 2007 Ministerio de Cultura

Ciuis erat. semper nobis urbana iuuentus
Cui nihil est preter stulta hæc commenta / negoci /
Ludit: in agrestes semper iaculantur: & urbis
Talia garrulitas / & uaniloquentia fingit.
At neq; de superis pudet has componere nugas.
Iste iocus manifesta gerit conuicia secum.
Sed tu tam rudis es / tam pleno inflatus omaso /
Vt neq; perpendas isto te scõmate carpi.
Nos quoq; paulisper mentẽ extendamus ad urbis
Stultiam / ne forte putes sapientius illos
Viuere / qui splendent auro / qui murice fulgent.
His oculis uidi tunicis pleroscq; superbis
Vestiri / atq; foro regali incedere gressu
Quos secreta fames põmit / atq; domestica egestas.
Stultiùs his certe nihil est / opulentia ficta
Paupertas & segnities / & inertia uitæ
Vera / quid est aliud q̃ desipientia uera?
Vidi etiam patres (o rem indignam atq; nefandã)
Dum segnes dormire uolunt / & uiuere laute /
Prostituisse suas uulgo cum coniuge natas.
Quid peius? quid perfidius? quid stultius unquã?
Fulica. Quid si uitam alio nequeunt traducere pacto?
Cornix Cum totidẽ quot nos habeant animasq; / manusq; /
Dic cur uitam alio nequeant traducere pacto.
Est etiam cuius uecors industria uanas
Quærat opes / ubi nullus opes inuenit ab æuo.
Aes lauat herbarum succis / & uertere in aurum
Aestimat: ac nigra semper fulligine pallet.

(c) 2007 Ministerio de Cultura

Est qui dum tellure latens desyderat aurum
Dat magicis operam studiis:& tempora perdit.
Quid leuius?quid futilius?quid inanius unq̃?
Omnia ne ueniant ad opus telluris & agri,
Omnia pertentant, ut agant nihil, omnia uersant.
Semper agunt.nunq̃ peragunt.ex fœnore uictum
Infamem extorquent, ui, fraude, doliscꝫ, laborant.
Mille uiis opibus mille insidiantur honori.
Nos capras & oues, armentaqꝫ pascimus, illi
Accipitres, catulos, & equos, & cercopythecos.
Rusticus est ouium pastor, uolucrumqꝫ canumqꝫ
Ciuis.utrum melius te iudice, nobiliusqꝫ
O fulica.utilitas unde atqꝫ opulentia maior?
Fuli. Si uenit ex nostris operis opulentia maior,
Ciuibus unde igitur tantarum copia rerum?
Corn Ex ui, fraude, dolis, ui, fraude, doliscꝫ laborant.
Nonne uides insane ut nos crudeliter urgent?
Quo capiunt astu:nos irretire loquendo
Sacrum offerre putant, & opus sublime, piumqꝫ.
Huc aures, oculosqꝫ adigunt:huc ora manusqꝫ.
Fuli. Vnde urbanarum tibi tanta peritia rerum?
Corn Hæc didici.quondam ductis in mœnia capris
Cum lac uociferans ibam uenale per urbem.
Mansi apud artocopum.sapiens, & ad oĩa prõptus
Furta erat, & crudum ferro subradere panem.
Ipse ut erat mores urbis doctissimus, ista
Traddidit affirmans nihil esse nocentius urbe.
Se quoqꝫ furari didicisse aiebat ab urbe.

(c) 2007 Ministerio de Cultura

Sunt etiam qui parta ab auis patrimonia fundunt
In meretricum usus. Quid fœdius? improbiusq;?
Dic ubi mechandi ars, homicidia, seditiones?
Nonne inter ciues, atq; intra mœnia regnant?
Quid reges qui regna hominum per uulnera q̃rũt
In mortemq; suos adigunt? Quid pectora miles
Obiiciens telis, per mille pericula uadens?
Pro stipe dat uitam, nulla est insania maior.
Gloria præfertur uitæ. Quid gloria? Quid laus?
Quid fama est? quid honor? uoces & opinio uulgi.
Omnia longa dies abolet, cum uiuere cessas,
Omnia sic abeunt, ut lux cum sole recedit.
Qui mare sollicitant remis, cum uiuere possint
In patria, stulti. uento qui credit & undis,
Stultus. diuitiæ cui sunt, & negligit uti,
Stultus. qui ut natis cumulet patrimonia, partis
Abstinet, & genium fraudat, stultissimus, & qui
Quæ facere ipse potest, natis faciunda relinquit.
Qui numerant stellas, & se comprehendere fata
Posse putant, stulti. Verum dementior istis
Naturam quicunq; dei scrutatur: & audet,
Figere in immensam lumen tam debile lucem.
Nostra fides melior. ciuis ratione coactus
Difficile assentit. nudis nos omnia uerbis
Credimus. & plures faculas accendimus aris.
Ciuibus est infida fides. inquirere nunq̃
Mente sinunt arcana dei, si numina scire
Esset opus: poterant nobis se ostendere, uerum

(c) 2007 Ministerio de Cultura

Quando latere uolunt / quid ueſtigare neceſſe eſt?
Quæ nos ſcire negant ipſi qui cuncta gubernant?
Noſtra etiam pietas pietate potentior urbis/
Nanqꝫ uiri qui ſacra canunt templiſqꝫ miniſtrant
Quanta legunt ruri paucis alimenta diebus?
Vidi ego quæſitas ex rure in mœnia plenis
Pupibus inferri pietas ea ruſtica fruges.
Stultorũ eſt aliud genus immedicabile quoddã
Cauſidici latratores / rabulæqꝫ forenſes
Nummorum aucupium docti / legumqꝫ tyranni.
Aere patrocinium uendunt. producere cauſas
Et lites pendere diu / uindemia quædam eſt.
Sunt & equeſtre genus medici / qui tangere uenas
Nonnunq̃ illicitas audent: & ponere quædam
Non intellectis temeraria nomina morbis.
His & ſi tenebras palpant / eſt facta poteſtas
Excruciandi ægros / hominesqꝫ impune necandi.
Qui uero in populis præſunt / hominesqꝫ gubernãt
Quo plus iuris habent / quantoqꝫ licentia maior
Inſanire ſolent tanto amplius / o ubi ſancti
Rectores / & iuſticiæ / & pietatis amici
Quos patres ſero ante focum memorare ſolebant?
Omnia nunc abeunt peſſum. ſpoliata queruntur
Tẽpla gemunt inopes / uiduæ lachrymãtur: & huiꝰ
Quænam cauſa mali? quia ſtat pro lege libido.

Fuli. Iſta tua o cornix excandeſcentia fines
Tranſit honeſtatis. ſcelus omnibus obiicis omne.
Innocuos habitare homines & in urbe memento.

(c) 2007 Ministerio de Cultura

Corn Non habitant colubri quædam baleáribus arua
Proxima / non memini nomen / neq; noctua cretam
Nec nemus ægeriæ ſonipes / nec uir bonus urbem.
Fuli. Vir bonus eſt animal rarum: paucaſq; per urbes
Et per rura locos habet / eſt rariſſima uirtus.
Corn Inſanis fulica inſanis. tot in urbibus hoſtes
Sunt tibi quot ciues. hi nos tondentq; / pilantque
Non habita noſtri capitis ratione: coartant
Nos ad furta ipſi / mox ad ſuſpendia mittunt.
Fas igitur ſi quid noſtris ſeſe unguib9 offert
Radere. & inſidiis ac noſtra indagine captos
Deplūmare leui tactu / ſenſim & pedepreſſim
Si uidet / excuſa. ſi ſunt ſecreta / negato
Furta / quod occultum eſt / non eſt iniuria furtum
Quicqd habēt noſter labor eſt / īduſtria noſtra eſt
Fuli. Iam longe egrederis metam rationis & æqui.
Corn. O fulica improbitas urbana coninquinat orbem.
Vnde tot in terras ueniunt æſtate procellæ /
Fulmina / uenti / amnes / grando? uidiſſe recordor
Tellurem tremere / ac poſtes / & tecta labare /
Solem obſcurari / noctu obtenebreſcere lunam.
Cur ſegeti lolium? meſſi dominant' auenæ?
Vua in capreolos tranſit? calligine uerni
Depereunt flores? mala parturit omnia nobis
Hæc ciuile nefas / pariet quoq; plura deinceps.
Vnde uenit furor armorum / belliq; tumultus
Qui gen9 omne mali ſecū uehit? omnib9 urbs eſt
Fons & origo malis / deſcendit ab urbe lycaon.

(c) 2007 Ministerio de Cultura

Deucalion Pyrrha cum coniuge rusticus, ille
Intulit illuuiem terris, hic abstulit, ille
Abstulit humanum terris genus, intulit iste.
Si terra, ut perhibent, flammis abolebitur unq̃,
Istud grande nefas ulla descendet ab urbe.

Fuli. O cornix iam pone modum sermonibus istis.
Audio iam dudum pueros de pulte loquentes.
Cætera, si quicq̃ supersit post prandia dices.
Pulti indulgendum monet urbibus hora relictis.

FINIS.

Aegloga septima que dicitur Pollux de conuersione iuuenum ad Religionẽ. Colloquutores Alph9, & Galbula cũ iam autor ad religionẽ aspiraret.

Alph Albula quid sentis? Pollux doctissim9 oli
g Fistulicen subito quodã q̃si numine tact9
Destituit calamos, tunicas armẽta, sodales.
Bardocucullatus caput ut campestris alauda,
Quatuor ante dies in relligiosa recessit
Claustra, ferunt illum pecudes, dum solus in agris
Pasceret, effigiem quandam uidisse deorum.
Cætera non memini, sed tu quid Galbula sentis?

Gal. Vt dixere patres iaciens primordia rerum
(Magna canã, nobis quæ quõdã tradidit umber,
Instituit deus agricolas pecoriscꝫ magistros.
Primus agri cultor, rudis, imansuetus, & asper,
Qualis humus segnis, lapidosa, rebellis aratro.
Ast ouium primus pastor mitissima proles.

(c) 2007 Ministerio de Cultura

Instar ouis / quæ bille caret: quæ lacte redundat /
Mitis erat / nullis unq̃ pastoribus asper.
De grege sæpe suo sacrum ponebat ad aras.
Nunc oue nunc pingui uitulo faciebat / & agno
Sæpius. & magno diuos ambibat honore.
Sic profecit apud superos / sic numina flexit /
Vt fuerit primo mundi nascentis ab ortu
Tempus ad hoc cœlo pecoris gratissima cura.
Assyrios quosdam (sed nescio nomina / curæ
Diminuunt animum) deus ex pastoribus olim
Constituit reges: qui postea murice & auro
Conspicui gentes bello domuere superbas.
Cum paris iliaca tria numina uidit in ida /
Aut paris / aut alius / puerũ qui obtruncat ad arã /
Pastor erat, quando cœlesti exterritus igne
Venit ad ostentum pedibus per pascua nudis /
Pastor erat moses: moses a flumine tractus.
Exul apud graios amphrysia pastor apollo
Rura peragrauit posito deitatis honore.
Coelestes animi christo ad præsepia nato
In caulis cecinere deum pastoribus ortum.
Et noua diuini partus miracula docti
Pastores primi natum uidere tonantem.
Et sua pastores infans regnator olympi
Ante magos / regesq̃ dedit cunabula scire.
Se quoq̃ pastorem deus appellauit / ouesque
Mitibus ingeniis homines / & mentibus æquis.
Et ne uana putes hæc somnia / nuper ab urbe

(c) 2007 Ministerio de Cultura

Rus ueniens / picto perlegi hæc omnia templo.
Sunt pecudes pictæ / parui sub matribus agni
In tellure cubant. ingens equitatus ab alto
Monte uenit. radiant auro diadæmata diuum.
Et suspensa tenẽt uaga lumina prætereuntum.
Non igitur mirum noster si numina pollux
Vidit: amant ullas / & oues / & ouilia diui.
Simplicibus præsens deus est / offenditur astu.
Alph. Vera refers. pecori sic sint innoxia nostro
Pascua. uidi asinum / uidi præsepe / bouemq;.
Iam memini turbæ uenientis: & ora uidere
Indica iam uideor regum sua dona ferentum.
Vnum oro / quænam polluci occurit imago:
Galbula si nosti / ne sit labor omnia fari.
Gal. Et noui: & memorare libet. res digna relatu
Res digna auditu / pia / sancta / imitabile factum.
Durus & immitis pater atq; superba nouerca
Pollucem grauiore iugo præssere iuuentæ
Tempore / cum dulces animos noua suggerit ætas.
Et cum iam inualidæ longo sub pondere uires
Deficerent / nullaq; odium mansuesceret arte /
Constituit tentare fugam. res una uolentem
Ire diu tenuit nimis impatienter amabat.
Error enim communis amor iuuenilibus annis.
Res est fortis amor / uiolentia fortior: iuit.
Et tales abiens (mihi nanq; solebat amores
Enarrare suos) mœsto dedit ore querelas.
O uirgo lachrymæne tuis soluentur ocellis /

(c) 2007 Ministerio de Cultura

Cum te tam charo cernes ab amante relictam?
Vlla ne discessu duces suspiria nostro?
Tu ne mei crudelis eris forte immemor unquam?
Vsq; adeo ne tuum poterit frigescere pectus?
Pectus, quod totiens, quod lumina fletibus īpler.
Tu ne trahes crebros gemitus? & pallida fies?
Cerno oculos, cerno lachrymas, cerno anxia corda
Virginis. heu tantum qua dissimulare dolorem
Fas erit arte? dolor duplex mea pectora torquet,
Illius atq; meus. sed fas mihi flere: quod illi
Non licet. occultus longe magis æstuat ignis.
Incolumen mihi uos diui seruabitis illam.
Vt quando exilio repetam mea rura peracto
Fiat amor felix saltem semel ante senectam.
Talia pergebat memorans. uoluitq; reuerti
Tantus amor iuuenem uis tanta furoris agebat,
Sed iam iacta fuga cunctis erat alea nota.
Fronde sub herculea fessus mœrore sedebat,
Ecce puellari uirgo stipata corona
Ora manus, oculos, habitū q; simillima nymphæ.
Et tali affata est puerum sermone dolentem.
Chare puer quo tendis iter? uestigia uerte.
Nescis heu nescis quo te uia ducat: & audes
Ignotis errare locis, nihil insidiarum
Per campos ratus herbosos, nihil esse pericli.
Omnia tuta putas: & quod placet utile credis
More iuuentutis stolidæ. collectus in orbem
Sæpe latet moli coluber sub graminis umbra.

(c) 2007 Ministerio de Cultura

Eſt facile incautos offendere. paruulus infans
Innocuos rutilum digitos extendit in ignem:
Nec niſi iam læſus uires intelligit ignis.
Hæc regio intrantes aditu conſueuit amoeno
Fallere: delitias offert & gaudia. uerum
Ingreſſis cum triſte nihil ſupereſſe putatur,
Mille parat laqueos, & mille pericula profert.
Trames hic ut collem greſſu ſuperaueris illum,
Ducit in umbroſam ſyluam crudele ferarum
Hoſpitium, loca tetra, ſitu & calligine opaca.
Quiſquis eo deceptus abit, remeare uetatur.
Et piceis primum uelatur lumina uittis:
Deinde per omne nemus dumeta p aſpera tractus
Tranſit in effigiem monſtri: dum uoluere linguam
Atque loqui tentat, mugit. dum attollere ſeſe
Credit, humi gradit quadrupes: neq; ſuſpicit aſtra.
Ima tenebroſæ uallis lacus æquore nigro
Occupat: & nigris mons plurimus iminet undis.
Huc tracti in ſtygios latices altumq; baratrum
Præcipites dantur. rapidaq; uoragine merſi
In ſtyga & æternas erebi rapiuntur in umbras.
Heu quot paſtores iſtis ambagibus acti
Cum gregibus periere ſuis. ego ſedula ſempe
Monſtro iter. hic ad opem uigilo ideffenſa ferēdā.
Tolle moras igitur: morris fuge blāda propinquæ
Atria. ſecreti tutam pete littoris oram,
Qua contra idalios fluctus mihi tollit in altum
Aera carmelus uiridi caput arbore cinctum,

(c) 2007 Ministerio de Cultura

Primus hic antiquis patribus ſpelæa domoſq;
Præbuit arboreas, intra nemus ilice denſum.
Ex hoc in ueſtros deducta cacumine montes
Relligio uenit, ſicut de fonte perenni
Flumina, & ex uno multi genitore nepotes.
Illius in ſyluis abies ubi plurima ſurgit,
Pinguis ubi piceæ ſudat liber, & terebinti,
Innocuum poſtq̃ feliciter egeris æuum,
Mox tua mutatis ætas renouabitur annis.
In loca te tollam meliora, uirentia ſemper.
Immortalis eris diuum comes, ire per aſtra
Inter hamadriades & oreades atq; napæas
Flore coronatas caput, & redolentibus herbis
Fas erit, ac ſuper, & ſubter cognoſcere cœlos.
Sic effata leues uirgo diſceſſit in auras.
Tum ſua iurauit polux mutata repente
Pectora, & extemplo uictum expiraſſe furorem:
Non aliter q̃ flamma cadet, ſi ardentibus agris
Effluat, & totas præceps padus euomat undas.
Sic abiit crudelis amor, qui ſæpe pharetram
In iuuenem dum principiis obſtaret amandi,
Dum tepet, ac timide inſanit, cõſumpſerat omnẽ.
Sic igitur polux in clauſtra ſilentia uenit.

Alph9. Sunt quibus aſpirent etiam nolentibus ultro,
Sunt quibus infenſi ſine cauſa & crimine dii ſint.

Gal'. Quod nos in pecudes, in nos id iuris habent dii.
Hoc rus ſcire ſat eſt. ſapiant ſublimius urbes.
Sic docuit rediens aliquando ex urbe ſacerdos

(c) 2007 Ministerio de Cultura

Ianus: & in magno dixit sibi codice lectum.
Alp Sol cadit, & baldi uix summa cacumina tangit.
Nos quoq; iam sero cum sole recedere tempus.
Galbula sarcinulas ne sit tibi ferre molestum.
Pæra leuis, leuis est & cantarus, omnia paruus
Ferre labor sero. graue mane sed utile pondus.
Ipse pecus ducam. mihi pars erit ista laboris.

FINIS.

Aegloga octaua quæ dicitur Religio de Rusticorꝝ Religione Colloquutores Cadidus & Alphus.

Candi. Orrida solstitio tellus sitit alphe reuerso.
Ad solitos mõtes ubi rosĩ gramĩe. & æstas
Mitior, hæc armẽta monet deducere tps.
Alphꝰ. Aereos montes & summa cacumina longe
Prospicio: quid sint montes (tibi uera fatebor)
Nescio, semper enim campestria rura lacusq;
Incolui. montanus ager qua fruge redundat?
Candi. O rude & illepidũ ingeniũ. prope flumina semper
Versatus fulicæ in morem, limosa per arua
Sunt ubi ranarum, culicum, pulicum, cimicumq;
Lustra, inter salices, uluas, uirideſq; papyros,
Irridere audes & nauci pendere montes.
Vnde fluunt amnes? templis ubi tanta locandis
Marmora cæduntur? fulgens ubi nascitur aurum?
Quæ parit antemnas tellus? medicamen ab herbis
Dic quibus est nisi montanis? de uertice baldi
Sæpe melampodion legi, medicina capellis

(c) 2007 Ministerio de Cultura

Nulla magis præſens.quondam ualſaſinus ægon
Traddidit hoc / dum uere ſues caſtraret & agnos.
Tradidit & dixit ſolus medicamen habeto.
Dic ubi caſtaneæ plures? ubi copia maior
Glandis? in excelſis fontes & paſcua uidi
Montibus.artocreas & pingue polenta comedi.
Sunt populi fortes illic / robuſta iuuentus
Lata pedes / calloſa humeros / neruoſa lacertos /
Hiſpida / dura manus / moli indefeſſa ferendæ
Vallibus ex illis onera ut naualia curet
Confluit huc.nullũ eſt hominũ genus aptius urbi
Siue uelis caſtrare pecus / ſeu ſcindere phagos /
Siue fimum ferri e ſtabulis / haurire cloacas /
Latrinas curare / uiamq; aperire coactis
Sordibus / & ſcalis puteos deſcendere in altos.
Ingenio callent / & duro robore pollent.
Sed quid opus multis? ſubeũt opus omne.popiniſ
Inſeruire / focos lignis cumulare / ueruq;
Artifici uerſare manu / dare libera fumo
Spiramenta.boum uentres ad flumiua ferre
Verrere humũ imundã ſcopis / doctiſſima gẽs eſt
Quodq; magis miror / ſemper ſub põdere currũt.
Cotibus in duris oriuntur / & ardua uiuunt.
Per iuga cum capreis.habitant ſpelæa ferarum.
Adde q; in cœlum breuis eſt e montibus altis
Tranſitus.errectum caput uſq; ad nubila tollunt.
Nubila tranſcendunt aliqui puto ſidera tangant.
Eſſe locum memorant ubi ſurgit ab æquore titan/

(c) 2007 Ministerio de Cultura

Qui nisi dedidici contingit uertice lunam:
Et uixisse illic hominem, sed postea abactum
Improbitate gulæ, q; scilicet omnia poma
Manderet, & magno seruaret nulla tonanti.
Hinc diui sanctiq; patres in montibus altis
Delegere domos tacitas, cartusia testis,
Carmelus, garganus, athos, laureta, lauerna.
Et sina, & soractis apex: umbrosaq; uallis.
Et iuga nursini facto senis inclyta, & altis
Abietibus turrita caput camaldula sanctum.
Cætera prætereo: nec enim sermonibus istis
Omnia complecti statuo. montana frequentant
Culmina cœlicolæ, sed anas, & mergus, & anser,
Ibis, onocrotalus, milui, fulicæq; paludes.
Alp Inter montanæ tantos regionis honores
Cur de messe nihil, nihil est de palmite dictum?
Hæc tamen humanæ duo sustentacula uitæ
Maxima: monticolæ ueniunt e rupibus ad nos
Hordea mercatum torui, fuligine tincti,
Setosi, macie affecti, laceri, ac situosi.
Indigenæ ostendunt quæ sit natura locorũ.
Sed quod montanis de relligionibus inquis,
Rettulit in mentem quæ de poluce feruntur.
Quæ dea si nosti uisa est, quæ candide nympha?
Dic age. nam cœptum certamen inutile nobis.
Vtilior sermo de relligione tenendus.
Can Galbula qui solitus pecudes in pascua tecum
Ducere, te satis potuit docuisse, quod optas.

(c) 2007 Ministerio de Cultura

Alph9. Plura quidem polluce ſuper narrata. ſed ipſam .
Nec docuit nympham / nec me quæſiſſe recordor .
Nunc ſubiit mentem / cum relligionis oborta eſt
Nentio. & illarum uiſa eſt mihi maxima laudum.
Candi. Non erat illa dryas / neq; libetris / nec oræas.
Venerat e cœlo ſuperum regina / tonantis
Mater / anhellanti pacem latura iuuentæ.
Huic rethys huic alma ceres famulantur. & ipſe
Aeolus æquoreis uentos qui frenat in antris .
Hanc deus aſtrorum flammas ſuper / atq; uolãtes
Solis equos / ſupra fulgentem caſiopæam
Extulit: & ſacram biſſeno ſidere frontem
Cinxit: & adiecit ſubter ueſtigia lunam.
Alph9. Candide mira canis nullis paſtoribus unq̃
Cognita. quid tethys? quid fulgens caſiopæa ?
Aeolus æquoreis uentos quiſ frenat in antris?
Qui ſunt ſolis equi? magna atq; ignota recenſes .
Candi. Sidera ſunt partim / partim ſunt numina priſca.
Omnia quæ pollux mihi cum narraſſet in ædem
Duxit / & iſta ſacer paries ait omnia monſtrat.
Pictus erat paries ſignis & imagine multa.
Omnia non memini. mens eſt mihi debilis: iſta
Vix tenui: dum ſæpe animo uoluo atq; reuoluo.
Sæpe recordari medicamine fortius omni .
Iſta poteſt nigro depellere nubila cœlo.
Iſta poteſt ſiccis fluuios dare frugiaas imbres
Cum uolet. iſta nouos duris emittere campis
Cum uolet / emiſſos poterit reſtringere fontes.

(c) 2007 Ministerio de Cultura

Qui modo sunt steriles & nudi gramine campi,
Si uolet, in pingues poterit conuertere glebas.
Frigida saturni cum sidera suscipit atro
Scorpius hospicio, non auferet hordea grando,
Nec domus ardebit, nam tunc hæc omnia cœlũ
Dicitur iratis in terram effundere ab astris.
Si uolet, hæc nobis custodiet omnia uirgo.
Si fauet hæc nobis, complebunt horrea messes:
Adiicietq; gregi semper fœtura gemellos.
Si pecus infelix erit & sine uelere, solo
Ipsa potest nutu dare lac, dare uelera & agnos,
Et curare greges, omnemq; auertere morbum.
Nil opus est modo pana sequi, neq; cætera ruris
Numina, quæ ueteres frustra coluisse feruntur.
Vidi ego circum aram nymphæ pendere capellas,
Plaustra, boues, & oues, hic iani uidimus hircum
Et memini inscriptam uersu hoc legisse tabellam.
Votum pro saluo ianus breue reddidit hirco.
Dumq; ea perlegerẽ, pollux hæc carmina supplex
Ante aram genibus positis in marmore dixit.
O dea quæ seruas urbes & rura precamur.
Ne padus exundet.ne strix nocturna per umbras
Hauriat infantes:nec eant per compita laruæ.
Diua faue agricolis, talpas occide malignam
Aggeribus pestem.gelidis fata læta pruinis
Quando brumma uenit cõspergere diua memẽto.
Ne tineæ erodant anno frumenta sequenti.
A boreæ flatu pingues defende mariscas.

(c) 2007 Ministerio de Cultura

A / gruis ore fabas / & ab anſere farra paluſtri.
A / ſerpente boues. a uulpe & fure cohortem
A / bruco erucas / a brumma & grandine uites.
A / ui & fraude lupi pecus / a rubigine fruges .
A / rabie catulos / a flamma & fulmine uillas.
A / murum inſidiis petaſonem / a milite pernas.
A / campe & pigris. pigris. heu cætera neſcit
Mens oblita ſequi: numerus me in uerba reduxit
Sæpius ad numerum rediens obliuia forſan
Mente abigam. retro gradior: numerumq; recurro.
A murum inſidiis petaſonem a milite pernas .
A campe / & pigris uirides limacibus hortos .
Alphe uiden quæ uis numeri? iam cætera cerno
A / tonitru reboante cados / a frigore fœtas.
A / grauibus uitulos œſtris / a gutture porcos /
Anginoſo. operas pubes ne ruſtica perdat /
Adſis o dea / nec lædant examina fuci .
Neu milium furentur aues / neu uelera ſentes
Succida / neu lappas apprehendat lana ſequentes.
Diua gubernatrix hominum / cuſtodia uatum
Diua laborantum requies / medicina dolentum
Et tutela gregum noſtris precor annue uotis .
Talibus orabat pollux. ego poſtibus hærens
In baculum pede porrecto recitata notabam
Altius: ac memori condebam ſingula mente .
Alph Candide polluci pro ſollicitudine tanta /
Pro precis officio / pro relligione putaſne
Dandum aliquid nobis? pietate peculia creſcunt.

(c) 2007 Ministerio de Cultura

Can Quidni aliquid dandũ ẽ / opus ẽ persoluere crates
Alp Rusticus es / crates etenim pro gratibus inquis.
Can Crates & grates paruo discrimine distant.
Dãdum aliquid. neu bis detur / sine pascha reuerti /
Quando sacerdotes commissa piacula soluunt.
Alp Quid dabimus? tuituli grauis ẽ iactura. uel agnum
Vel leporem. pieras etiam laudabilis anser.
Can Dona docet tempus. lepores brummalia dona.
Quando niue hyberna currendi erepta. facultas.
Anser ad autumni finem / nonasq; calendas
Pertinet / æstatis coryli / noua poma / racemi
Munera. lactentes ædi sunt ueris / & agni.
Tunc si de cordis aliquem conspexeris ægrum /
Ac tenuem / qui nec uendi nec uiuere possit /
(Munus erit solenne satis) donabimus agnum.
Ipse mihi cum iam regredi post prandia uellem
Carmina de nymphæ solennibus eruta fastis
Traddidit / & dixit si quando grauabere curis /
Hæc cane: pro mentis medicamine carmen habeto.
Quando molorchæo titam descendit ab astro
Pronus / & astreæ iam limina uirginis intrat
Virgine lætetur pubes & cana senectus.
Transiit ad superos: & olympica regna petiuit.
Ogdoas / ut toto iam tertia fluxerit orbe /
Festa dies iterum. natalia uirginis aras
Ignibus illustrant. offert noua liba sacerdos.
Libra redit noctes properans æquare diebus.
Exultat picenus ager. uehit adria puppes

(c) 2007 Ministerio de Cultura

Illyricas & chaonias.cum mercibus adſunt
Tuſci/ umbri/ ueneti/ ſiculi.lauretica templa
Cum donis turmatim adeunt:uotiſq; ſolutis
In ſublime iugum læti ad commertia tendunt.
Et cum theſſalicas curſu breuiore ſagittas
Sol ſubit:& frigent urentibus arua pruinis.
Clauſa gynecæi ſacris penetralibus hauſit
Corde deum toto proprios oblita parentes.
Et cum ſemiferi fugiens chironis ab arcu
Languet ad hyberni glacialia limina capri/
Induat ornatas/ & mas & fœmina ueſtes:
Læticiaq; diem celebrent/ quo ſemine ſacro
Coniugis annoſus grauidam pater imbuit aluum.
Illa dies etenim ſanctæ primordia nymphæ
Fecit/ & in noſtras uetuit deſcendere ſordes.
Cum uolat imbrifera lampas phœbea ſub urna
Ad uernos reditura dies/ iam proxima ueri/
Ite nurus omnes.ſacros altaribus ignes
Tura focis/ faculas manibus date/ ducite pompã.
Attulit in templum noua dona puerpera uirgo
Quando gregis princeps aurato uelere fulgens
Incipiet zephyris aperire tepentibus annum
Et dare maiores lucí q̃ noctibus horas/
Aliger ocultam redeat paranymphus in ædem.
Et noua miranti referat mandata puellæ.
Feſta dies tuſcis populos de collibus omnes
Cogit:& arnicolas uocat ad florentia templa.
Tum quoq; ſed tenui uirgo prius interuallo

(c) 2007 Ministerio de Cultura

Nupſit & hæc teneris lux eſt celebranda puellis.
Quando ſub extrema cancri teſtudine phœbus
Voluitur, & reuehit uicina canicula morbos,
Ture piam celebrate diem, redit hoſpita mater
In proprios a matre lares altaria circum
Primitias cereris geminæ ſuſpendite matri.
Iſta dedit polux, uigilans quæ in montibus olim
Fecerat ad pecudum caulas: dum nocte ſerena
Militiam cœli ſparſoſq; examinat ignes.
His quoq; plura dedit: ſed carmina plura referri
Non ſinit extremum deponens ueſpera ſolem.

FINIS.

Aegloga nona quæ dicitur Falco de moribus curiæ Romanæ Colloquutores Fauſtulus & Candidus.

Poſt religionis ingreſſum.

Fauſtu. Andide quo caſu patriis procul actus ab oris
Hæc ĩ rura uenis? hic paſcua nulla nec amnes
Nec liquidi fõtes, nec ouilia tuta, nec umbræ
Et tamen aſſiduos gregis hæc paſcuntur in uſus

Candi. Fauſtule me noſter corydon qui plurima quondã
His armenta locis habuit: magnamq; peculii
Congeriem fecit, pecori me credere adegit
Eſſe ſalutares iſtis in montibus herbas.
At poſtq̃ ſegnes agros & inertia ſaxa
Vidimus, & ſiccis arentem fontibus undam
Pœnituit longæq; uiæ patriæq; relictæ

(c) 2007 Ministerio de Cultura

Fauſtu. Poſtq̃ te incolumem ſaltus intrare latinos
Contigit / antiqui potes hæc mea tecta ſubire
Iure ſodalitii. ſunt hic mihi pauperis agri
Iugera pauca. meæ uix ſufficientia uitæ .
Quicquid id eſt / commune puta. tibi forſitan ulla
Proſpra ſors aderit. fortuna ſimillima uento eſt.
Caricæ ſuccede caſæ / dum præterit æſtus.
Dum grex in gelida procumbens ruminat umbra
Pone pedum. diſcumbe parum. recreabere potu .
Potu opus eſt. potu iſte grauis compeſcitur æſtus.
Pocula p̃hende. fluet melius poſt pocula ſermo.
Candi. Pocula quis tanta demens æſtate recuſet?
Fauſtu. Vina ſitim minuunt / animiq̃ doloribus obſtant.
Vina ut amicitias uires ita corporis augent.
Candi. Hæc parit ora bonos / ſi patria uina racemos .
Funde iterum. potare ſemel / guſtare. ſecundus
Colluit os potus. calefacta refrigerat ora
Tertius. arma ſiti bellumq̃ indicere quartus
Aggreditur. quintus pugnat. uictoria ſexti eſt .
Septimus (ænophili ſenis hæc doctrina) triũphat.
Res eſt conſiliis ſecura fidelibus uti .
Vtile doctrinis præbere ſenilibus aures .
Fauſtu. Victa ſitis. mens ægra manet: curæq̃ ſuperſunt .
Vt ſedata ſitis ſic mens ſedabitur ægra.
Funde merum bibe: cardiaco medicina dolori hæc.
Candi. Vtitur ad curas iſto medicamine roma .
Omne opus atq̃ labor. uult interualla. quieſcat
Obba parum. contra muſcas impone tabellam .

(c) 2007 Ministerio de Cultura

Non madet ibre dies / nec habet nox humida rorẽ
Crescere nec duris possunt in cotibus herbæ
Importuna fames / labor improbus / aeris ardor
Confecere gregem macie. uix debile corpus
Spiritus æger agit / uacua cute porrigit ossa
Clunis / & exilis caua contrahit ilia uenter.
Hic aries qui fronte lupos cornuq; petebat
Nunc oue debilior pauidoq; fugacior agno est.
Hæc mihi. sed nimium me ardentia uota ferebant.
Omnia diuino predixerat omine cornix.
Vix egressus eram limen / cum tristia portans
Auguria a dextra uenit. tegetisq; sinistræ
Culmine cõsedit / pressoq; minaciter ore
Vociferans iter auspicio prohibebat aperto.
Heu pecus infelix quod lacte & prole solebas
Affluere / in nostris licuit dum pascere campis.
Grãmina dum quæris / succi plus perdis eundo
Quã referas pastu / simul hic tabescimus ambo
Tu tenui uictu / curis ego uictus amaris.

Fau. O nostræ regionis opes / o florida prata /
O campi uirides / o pascua læta / feraxq;
Et nunq̃ sine fruge solum. currentia passim
Flumina per uillas / riui per rura per hortos.
Hinc pecus / hinc agri pingues. sub sidere cancri
Cum tritura sonat passim / cum iulius ardet /
Arua uirent. texte lento de uimine sepes
Poma ferunt. redolent ipsis in uepribus herbæ

Ceu O nemorum dulces umbræ / mollesq; susuri

(c) 2007 Ministerio de Cultura

Quos tecum memini gelidis carpſiſſe ſub umbris
Turturis ad gemitus / ad hirundinis ac philomenæ
Carmina: cum primis reſonant arbuſta cicadis.
Aura ſtrepens foliis nemorum ueniebat ab euro:
Et baccata ſuper tendebat brachia cornus.
Ipſe ſolo recubans pecudes geſtire uidebam
Atq; alacres teneris luctari cornibus agnos.
Poſt ſomnos per gramen humi nunc ore ſupino
Aut flatu implebam calamos / aut uoce canebam.
Pectore nunc prono rutilantia fraga legebam.

Fauſtu. Viuere tum felix poteras / diciq; beatus.
Sed bona q; nondum fueras expertus acerbam
Villis erat tibi / teq; ideo fortuna reliquit.
Quando iterum ueniet / ueniet ſi forſitan unq̃ /
Sicut capreolis ſurſum nitentibus hærent /
Stipitibus uites / ſtringuntq; tenaciter ulmos /
Sic illam tu prende manu / neu defere prenſam.
It / redit / effigiem mutat / nec imagine conſtat
Par lamiis quas nocte ferunt errare per umbras.
Mobilis ut facies / ita mens. deludere gaudens
Quod dederat tollit. penſi nihil. omnia caſu.
Qui nimium metuunt ſapiuntue / repellit / & odit.

Candi. Delitias patrii quotiens reminiſcimur agri /
Ferre tot ærumnas animo non poſſumus æquo.
Sed quo mente feror? caſu afflictatus acerbo
Vnde magis crucier / felicia tempora uoluo.
Maius adeſt / florent uites humileſq; geniſtæ:
Iam ſpicata ſeges / malus iam punica multo

(c) 2007 Ministerio de Cultura

Flore rubet / redolent ſæpes albente ſabuco
In patria / per rura padi / per paſcua minti.
Hic uero nec dum incipiunt pubeſcere montes.
Quod ſi uere ſolum torpet / quid frigora brũmæ /
Solſtitiumq; feret / gelidis cum terra pruinis
Albicat / & rapido cum cœlum incanduit æſtu?
Sunt tamen hic armẽta / quibus cutis uuida ceruix
Non ſignata iugis / gemino frons ardua cornu /
Luxurianſq; toris pectus. niſi pabula carpant /
Non erit hac tanta humectum pinguedine corpus.
Fau Hæc armenta quibus caput a tellure leuatur
Altius / & cui ſunt longa internodia crurum /
Cuncta uorant. herbas primum: mox ore ſupino
Arboreas frondes / ſummæq; cacumina ſyluæ.
Hoc imbelle pecus quod humi naſcentia tantum
Gramina decerpit / uacuis ieiunat in aruis.
Can Quid uerbis opus eſt? cunctis animantibus una ẽ
Conditio. ſemper maiora minoribus obſunt.
Agna lupo / mites aquilis ſunt præda columbæ.
Innocuos delphin uenatur in æquore piſces.
Vnde fit hoc? certe res prodigioſa uidetur:
Hæc loca ſi procul hinc uideas e rupibus altis /
Pingue ſolum / & multo ueſtitum gramine dicas.
Quo magis appropias tanto magis omnia ſordẽt.
Fau Hoc eſt roma uiris auibus quod noctua. trunco
Inſidet. & tanq̃ uolucrum regina ſuperbis
Nutribus a longe plæbem uocat / inſcia fraudis
Turba cohit. grandes oculos mirantur & aures /

(c) 2007 Ministerio de Cultura

Turpe caput / roſtriq; minacis acumen aduncum.
Dumq; ſuper uirgulta agili leuitate feruntur
Nunc huc / nunc illuc / aliis ueſtigia filum
Illaqueat. retinent alias lita uimina uiſco.
Prædaq; ſunt omnes ueribus torrenda ſalignis.

Candi. O bellum hoc. poterit dici nihil aptius unq̃
Sed procul en coluber tortos in puluere greſſus
Flectit / & exertis ſitiens ferit aera linguis.

Fauſtu Candide quæ moneo memori ſub pectore ſerua.
Quando inter ſyluas graderis defende galero
Lumina: nanq; rubi prætendunt ſpicula longis
Dentibus / & curuus deſcerpit pallia mucro.
Nec depone pedum multaq; armare memento
Cote ſinum: ne te ſubito nouus opprimat hoſtis.
Et perone pedem tegito. ſpineta colubris
Plena hominum uitæ morſu inſidiantur amaro.
Et nunc longa dies æſtu facit acre uenenum.
Mille lupi totidem uulpes in uallibus iſtis
Luſtra tenent. & quod dirum ac mirabile dictu eſt
Ipſi homines (huius tanta eſt uiolentia cœli)
Sæpe lupi effigiem moreſq; aſſumere uidi:
Inq; ſuum ſæuire gregem: multaq; madere
Cæde ſui pecoris. factum uicinia ridet.
Nec ſcelus exhoret: nec talibus obuiat auſis.
Sæpe etiam miris apparent monſtra figuris /
Quæ tellus affecta malis influxibus ædit.
Sæpe canes tantam in rabiem uertuntur / ut ipſos
Vincant cæde lupos. & qui tutela fuerunt

(c) 2007 Ministerio de Cultura

Hoſtiles ineunt animos / & ouilia mactant.
Fama eſt ægyptum coluiſſe animalia quædam:
Et pro numinibus multas habuiſſe ferarum.
Iſta ſuperſtitio minor eſt q̃ noſtra. ferarum
Hic aras habet omne genus. contraria certe
Naturæ res atq; deo. qui dicitur olim
Præpoſuiſſe hominem cunctis animantibus unum
Sæpe etiam morboſa æſtas / & peſtifer annus
Ingruit / & paſſim languens pecus omne per arua
Sternitur: extinctæ dum ballat ad ubera matris
Agnus obit. moritur duro ſub pondere taurus.
Nec modus eſt morbo: non eſt medicina ueneno.
Sed uicina domus uicino a limine mortem
Haurit / & aſſidue ſumunt contagia uires.
Iſta feras raro peſtis rapit. utile ſemper
Fert pecus. extinctas caulas epulantur atroci
Dente lupi: noſtraq; feræ iactura opuliſcunt.

Candi. Heu heu q̃ præceps miſerum me inſania traxit.
Credere fallaci grauis eſt dementia famæ.
Romuleos colles / tyberim / romanaq; tecta
Audieram. & ſtudio mens eſt accenſa uidendi /
Ducendiq; bonis in tot præſtantibus æuum.
Acceſſi cum parte gregis. tentoria demens
Totum pene larem cum paſtoralibus armis
Trãs iuga ſumma tuli / mulctralia / cymbia / ahena
Et cacabos / & quo formatur caſeus orbem
Phagineũ. ipenſam atq; operas ammiſimus omnes
Quid faciam? quo me uertam? ſperata negantur.

(c) 2007 Ministerio de Cultura

Pabula / tot casus / tot ubique pericula. cogor
In ueteres remeare casas: & cœpta fateri
Consiliis egressa malis. iterumq; per æstus
Et montana pati longos per saxa labores.
Heu pecus infelix o læuo sidere pastor
Huc auecte. fuit multo præstantius istud
Ignorasse solum. patrioq; in limine tutos
Consumpsisse dies. gelidis senuisse sub antris:
Atque padi circũ ripas atesisue per agros /
Aut ubi per uirides campos & pascua nota
Mintius it. uel qua uitreo natat abdua cursu
Consedisse / gregem pauisse salubribus herbis:
Fau. Te tua crudelitas / & me mea fallit in oras.
Vidi ego supremæ qui prosperitatis habebãt
Culmina / dum laudata petunt / cecidisse: nec unq̃
Emersisse malis. facit experientia cautos.
Hi prius explorant: & non laudata sequuntur
Omnia. laude carent quæ sunt meliora. fuerunt
Non nego quæ famam retinent / ac nomina seruant
Cunta suis pollent uicibus. luna / adria / troia /
Saluia / quas nobis memorabat sæpius umber /
Nomine sunt solo / deleuit cætera tempus.
Si minor est patriæ forsan modo gloria nostræ /
Res tamen est melior / laudatæ gloria romæ
Quanta sit / in toto non est qui nesciat orbe.
Fama quidem manet: utilitas antiqua recessit /
Illi prisca quibus maduerunt pascua fontes
Nunc humore carent, uenis aqua defuit haustis.

(c) 2007 Ministerio de Cultura

Nulla pluit nubes tyberis non irrigat agros.
Tempus aquæ ductus ueteres contriuit. & arcus /
Et caſtella ruunt. procul hinc / procul ite capellæ.
Hinc ieiuna fames / & languida regnat egeſtas.
Hic tamen ut fama eſt / & nos quoq; uidimus ipſi
Paſtor adeſt quadam ducens ex alite nomen /
Lanigeri pecoris diues / ditiſſimus agri:
Carmine qui priſcos uates atq; orphea uincat:
Orphea qui traxit ſyluas & ſaxa canendo.
Hic alios omni tantum uirtute latinos
Exnperat / quantum tyberim padus. abdua macrã.
Lenta ſalix iuncum. tribulos roſa. populus algam.
Credimus hunc illi ſimilem / cui tityrus olim
Biſſenos fumare dies altaria fecit.
Hic ouium cuſtos ipſo uigilantior argo.
Daphnide nec ſolum ſed eo qui dicitur olim
Admeti pauiſſe greges per theſſala rura /
Doctior. omne pecus ſolymi curare magiſtri
Dignus: & antiquo dignus ſuccedere patri /
Qui fuit aſſyrii pecoris poſt retia paſtor.
Iſte poteſt ſeruare gregem / depellere morbos.
Humectare ſolum / dare paſcua / ſoluere fontes:
Conciliare iouem / fures arcere / lupoſq;
Si fauet iſte mane. q; ſi negat iſte fauorem /
Candide coge pecus. melioraq; paſcua quære.

FINIS.

(c) 2007 Ministerio de Cultura

Aegloga Decima: quæ dicitur Bembus de fratrum obſeruantium & non obſeruantium controuerſia. Colloquutores. Candidus: Bembus: Batrachus: & Myrmix. Poſt religionis ingreſſum.

Cand. Axima paſtores agitat diſcordia Bembe
Qui ſolymoſ colleſ galilæaq; rura colebãt.
Batrachus hinc, myrmix illĩc certare parati
Iudice te paucis ſi non audire recuſas,
Et niſi te reuocant maiora negocia, dicent
Tu pater es uatum, tu ſcis componere lites,
Iurgiaque & blandis conuicia tollere uerbis,
Te quoque pierios fama eſt potaſſe liquores,
Et uidiſſe deas, quibus eſt cuſtodia ſacri
Fontis, & eurotæ campos, ac phocidis arua.
Ipſe ubi fronde ſua tibi tempora cinxit apollo,
Dona dedit citharam, neruos & eburnea plectra.

Bamb. Dicite quãdoquidem tepidos admouit ad ignes
Nos hyberna dies. dum non ſinit ire per agros
Brũma gregem: flatu boreas dum ſæuit acuto.
Dum riget omne ſolum, tectis dũ plurima pẽdet
Stiria. dũ torpent ſub aquis glacialibus amnes.
Ocia damnantur, quæ nulla negocia tractant.

Myr. Paſtores genus infelix. æſtate uagamur
Pro grege ſolliciti. ſed cum nos frigidus imber
Continet in ſtabulis, lites & iurgia ſurgunt.

Batra. Qui ueteres audent ritus mutare, ſuoque
Arbitrio. & nullis ducunt ſub legibus æuum,

(c) 2007 Ministerio de Cultura

Hi ſunt o myrmix, qui bella domeſtica gignunt.
Bem. De ueteri ritu, de conſuetudine patrum
Rixa igitur uobis? leges moreſq; parentum
Batrache dic, dic cur noſtrum ueniſtis in orbem
Ex phænice ſolo, nos paſcua uidimus illa.
Vidimus herboſos felici ulligine campos.
Vertice carmeli uitreis uberrimus undis
Fons cadit. & rauco denſum nemus irrigat amne.
Vidimus & iordanis aquas, ubi maximus olim
Paſtor oues mergens ſcabiem reſecauit auitam
Amnis hic a libano ueniens galilæa per arua
Tranſit: & ampla lacu conſurgit in æquora magno
Vnda cohit rurſum: rurſum mare fundit apertum
Vrbs ubi romani de nomine dicta tiberi.
Vnda cohit rurſum, tandem hiericonte relicta
Intrat in infames aſphalti gurgitis undas.
Hinc ſatis eſt nos oram, omnē uidiſſe probatum.
Dicite, & hinc tandem ueſtras demergite lites.
Myr Batrachus audaci ſemper ſeſe ingerit ore:
Et mihi ſe præfert magno temerarius auſu.
Bat. Non ego me ingeſſi, proceſſi a iudice iuſſus.
Bem Pone pedum myrmix, & tu quoq; batrache: nō eſt
Orandum armatis manibus, ſed mentibus æquis.
Batrache dic, myrmix animi compeſce furorem
Interea, nt uenias magis, ad reſponſa paratus.
Qui furit inſanit, qui uero inſanit amaro
Impatiens animo, nec corda, nec ora gubernat,
Quicquid ait uanum eſt, quicqd molitur ineptū.

(c) 2007 Ministerio de Cultura

Bat. Bembe genus noſtrum/generiſq; exordia dicam
Venimus aſſyriis ut candidus inquit/ab oris
Eſt pater helias nobis/qui ſuſtulit armis
Paſtorum genus omne malum:qui traxit olympo
Flãmigeros ignes/qui aſcendit in æthera curru.
Bem Nobile & antiquum genus hoc/& clara propago.
Bat. Paſtorcs alii quotquot per rũra uagantur
Omnia ſunt riui noſtris a fontibus orti.
Nos dedimus leges:paſcendi oſtendimus artem.
Quo magis hi peccant/qui cum ſint ordine primi
Primatum ammitunt ſtudia inconſulta ſequendo
Nos radix/alii rami. ſed nos quoq; rami
A ueteri radice patrum iam ætate caduci.
Traddidit helias certam paſtoribus artem
Qua curare greges/qua noxia pabula fas eſt
Diſcere/& occultos imbres/uentoſq; latentes:
Quiue ſalutaris foret/& qui peſtifer annus/
Signa dedit. nihil ommiſit quod ouilia tangat
Sed fons ille fluens/carmeli e rupibus altis
Tam nitidus quondã/tam dulci lympidus unda
Tramite mutato (patet id)modo currit in auſtrũ
Sed prius(extat adhuc uetus alueꝰ)ibat ad ortũ.
Hi curſus fecere nouos. liquere priores.
Quos dederat riuo ueterum prudentia patrum.
Myr. Quid tibi ſiue nouo currat/ſeu tramite priſco.
Dummodo fœcundis humectet paſcua lymphis?
Et quid de cœli quereris regione? per auſtrum
Solis iter. melior uitis/quæ reſpicit aurum.

(c) 2007 Ministerio de Cultura

Et melior legitur libycis de collibus uua.
Bat. Eſt melior taxus, boream quæ reſpicit. ergo
In boream melius poterat decurrere riuus.
Paſtor es, & cura pecoris maleſane relicta
Sermonem de uite facis. quaſi legibus hiſdem
Grex & uitis eant. nec quod diſcrimen in undis
Gramineq; & uentis noſti. & q̃ noxius auſter
Sit pecori. diſce a roma ſi noxius auſter.
Cur mutinẽſis agri pecudes ſunt uellere fuſco?
Cur clitumnus habet niueas? cur mantua molli
Lanicio excellit? ueronaq; proxima manto?
Vnde hæc multiplici rerum uariantia forma?
Non aliunde niſi a cœlis a gramine & unda.
Bem Cãdide utrũq; pedũ procul hĩc (rogo) ptin9 aufer
Inter eos hodie uideo bellum acre futurum.
Clam cape, & auferto. ſubter ſarmenta reconde.
Bat. Bembe mihi tecum ſermo eſt. dum uiximus una',
Dum cõmune pecus nobis fuit, hei mihi quantum
Dedecus, heu quo ſunt pecudes ĩcommoda paſſe.
Nec merſare gegem fluuio, nec uelera certis
Temporibus, ſicut mos eſt, tondere licebat.
Nudabant ſpineta pecus. nudata ſecabant
Terga rubi. ſcabie cutis aſpera. tabidus humor
Peſtis, & in totum ſerpebant ulcera corpus.
Multum igitur refert pecudes quæ pabula carpãt,
Flumina quæ potent, & qua regione morentur.
Dic mihi dic myrmix, priſcum cur lana colorem
Perdidit? hæc gregibus quidnam noua uelera fecit?

(c) 2007 Ministerio de Cultura

Cur pecus eſt nigrum / quod erat melioribus ānis
Clarum? immutarunt mutati uelera mores.
Bembe ad te redeo. paucis abſoluere nitar.
Sed quo digna omni tua ſit ſententia laude /
Vera loquar / tu iura tenes / ego facta docebo.
Iudicium reddit uerum enatratio uera.
His animaduerſis ægre tot damna ferentes
Venimus ad fontem, riuumq; a uertice ſummo
Scrutari mihi cura fuit, tu prouide myrmix
Interea nidos auium / uel dorcada paruam
Venabare / tuæ quæ dona darentur amatæ.
Myr. Bembe uides ut aperta in me conuicia torquet?
Auguror / iſta manu lis eſt non ore agitanda.
Mos mihi non lingua / maledicta refellere dextra.
Candi. Batrache ne uerum taceam / linguoſior æquo es.
Iurgia billem acuunt conuicia pectus acerbant.
Non tibi cum puero res eſt: nec homūcio myrmix
Res male tuta uiros lingua irritare proterua.
Batra. Da ueniam myrmix: amitam proferre uolenti
Neſcio quis mihi miſit in os malus error amatā.
Myr. Do ueniam. caue ne rurſum me uoce laceſſas.
Batra. Alueus excelſa ſaliens de rupe lacunam
Foderat: & clauſis ripas æquauerat undis.
Gurges erat textu ſyluarum umbroſus opaco,
Denſaq; ſepierant triſtem ſpineta lacunam.
Mille uenenorum ſpecies in gurgite uidi.
Mille ſeeus ripas in opaco margine, mille
Per nemus ad lymphas ſinuoſo ſerpere greſſu.

(c) 2007 Ministerio de Cultura

Obſtupui.& rapido rediẽs ad ouilia curſu
Incipio paleas furca uerſare tricorni.
Ecce caput tollit coluber.linguaqꝫ triſulca
Sibilat.inflantur fauces.nepa liuida tendit
Bracchia:uentroſus profert ueſtigia buffo.
Vipera per ſtipulam gradiens ſtrepit.o loca dixi
Non pecori tantum/uerum & paſtoribus ipſis
Noxia.mox grege diuiſo de ſedibus illis
Paſcua quæſitum triſtis meliora receſſi.
Perqꝫ iter antiquum fontis noua flumina duxi
In campos/ubi prima ſuos aurora colores
Explicat/& croceos phœbi redeuntis ad ortus.
Hic mihi fœcundæ pecudes/hic paſcua læta.
Et ſine labe liquor/dulces ſine crimine lymphæ.
Hæc loca primæui ſunt quæ coluere parentes.
Signa caſæ ſuperant/puteus/carioſaqꝫ ligna
Fixa ſolo/ſeiuncta pedum diſcrimine ſeptem.
Et focus/& lacera quæ cingitur area ſepe.
Myr Cura uiris leuibus rerum ſolet eſſe nouarum.
Propterea certe noua paſcua quæris: & amnes
Fingis inauditos:& uis nouus autor haberi.
Bat. Cura uiris grauibuſ rerum ſolet eſſe ſuaꝫ.
Propterea myrmix nimis a grauitate recedis.
Hæc nouitas non eſt nouitaſ:ſed uera uetuſtas.
Relligio & pietas patrum inſtaurata reſurgit.
Quam tua corrupit leuitas/& nota tuorum
Segnicies.igitur ſi quis labentia tecta
Erigat/& ſterilem qui manſuefecerit agrum

(c) 2007 Ministerio de Cultura

Iudice te damnandus erit? non ponitur arbor
Altera, sed ueteri inseritur bona uirgula trunco.
Segne prius lignum nostro fit fertile cultu.
Myr Quanuis pingue tuo pecori sit gramen & unda
Defecata, tamen multæ cum matribus agnæ
Interiere. lupi & pastæ meminere uolucres.
Bat. Hæ fateor quæ dira tuæ contagia pestis
Accepere, etiam procul aspicientibus obsunt.
Tantum uirus inest, uestri uis tanta ueneni.
Propterea magis atq; magis discedere semper
Est animus patitur pecus hæc incommoda nostrũ
Sola, q; in uastam nondum, discessit eremum.
Nec satis a uobis, procul in deserta recessit.
Myr Batrache de gregibus mentiris plurima nostris.
Certe alienarum tibi cura superflua rerum.
Et temere assumis partes censoris iniqui.
Cur mihi qui pasco, cuium pecus, ista tueri
Non licuit? solisne domus mea cognita uobis?
Bat. Aethiopes una quoniam nigredine sordent;
Ille color nulli uicio datur. omnibus idem
Vultus. & alterius siquis reprenderet ora,
Et sua damnaret. pecori pecorisq; magistris
Fex eadem, scabies eadem, cutis & color idem.
Bem. Parcite iam satis est lis intellecta: diesque
Inclinata cadit: iam post iuga summa ruit sol.
Audite o magni generis longæua propago,
Lite super uestra quæ sit sententia nostra.
Myr Batrache me audaci totiens sermone lacessis.

(c) 2007 Ministerio de Cultura

Bat. Non ego / ſed non æqua magis te cauſa laceſſit.
Iudiciumq; timet ſibi mens, male conſcia iuſtum.
Can Quando inimicicias tempus deponere / rurſum
Veſtra nouas lites uecordia ſuſcitat / ergo
Perpetuis hæc rixa odiis æterna manebit?
Quæ uos debilitas capitis / quæ inſania uexat?
Non pudet his uti tanto ſub iudice nugis?
Ergo animis audite æquis odiiſq; ſepultis
Vltima doctiloqui / quæ ſit ſententia bembit.
Bem. Ferte per antiquos patrum ueſtigia greſſus:
Et ucteres ſeruate uias. reuocate uagantes
Per ualles & ſaxa greges / per luſtra ferarum.
Figite in antiquis iterum magalia campis.

FINIS.

Mantuæ Impræſſum per Vincentiũ Berthocũ Regienſem Anno dñi. MCCCCLXXXXVIII. Sexto decimo Kalendas Octobres. Regnante Inclyto & excelſo Principe Frãciſco Gonzaga. IIII. Mant. Mar.

(c) 2007 Ministerio de Cultùra

Errores alicuius momenti minimi lectoris prudentiæ reliquentur .

Circa finem epistolæ: quæ ponitur in principio mittant pro permittant.

Charta.a.iii. compescat pro compellat.

Charta.quinta.malus tibi. pro malus es tibi .

Charta.b. circa finẽ. in sidera. pro inter sidera.

Charta.c.ii. minus hernica. pro nimis hernica .

& paulopost conraria. pro contraria.

& circa finẽ Rebeea. pro Rebeca

Charta. q̃ seqt̃ post .c. iii .& strygiæ. pro stygiæ .

Eadẽ charta ægloga quinta. uarias laudes. ꝑ uanas laudes

Charta sequenti filims.pro filius. Alia sequenti nidisti.pro uidisti: Et bis. romana. ꝑ roma . & paulo ifra clandere passũ. ꝑ claudere passũ & paulo infra lupanati.pro lupanari.

Charta.e.ii .indefenssa.pro indefessa.

Charta.q̃ seqt̃ post.e.iii.facto senis . pro fato senis

Char.post.e.iii.uersu ultio satis potuit. ꝑ satis hoc potuit. char.sequẽti rethys. ꝑ tethys. char.ii. post.e.iii.frugiaas.pro feugibus. char.srquenti pieras ꝑ pietas. Char.ii.post.f.iii.crudelitas ꝑ credulitas.

(c) 2007 Ministerio de Cultura

(c) 2007 Ministerio de Cultura

(c) 2007 Ministerio de Cultura

(c) 2007 Ministerio de Cultura

¶ Carmina de vrinarum iudicijs edita ab excellentissimo domino magistro Egidio cum commento eiusdem feliciter incipiunt.

Est Doctoris qual

Ste liber noue institutionis studiose cõpositionis artificio ex auctoꝝ scientijs elicitus est ꝛ exortus: i quo phisicalis scientie restãt arcana: quia secreta iudicia vrinaꝝ
i continentur: quem quidem quoniam lectoris animũ erigit ꝛ extollit: nostrorum amicorũ instantie inscripsimus. De iudicijs vrinarum ꝛ preceptoꝝ traditiones in hoc opere metrice describuntur. ¶ Metrica nãq; oratio succincta breuitate discurrens diffinitas specificans alligata est certitudini: Ideoq; confirmat memoriam: ꝛ corroborat doctrinã. ¶ Prosaica vero oratio propria libertate subfugiens conturbat memoriã: ꝛ ignorantie parit confusionem. Unde qui debent certa ratione censeri ꝛ exemplo commemorationisq; caractere sigillari potius metrice breuitatis affectant compendiũ: ẽq; prosaice prolixitatis dispendium. Fortasse igitur de versibus incompositis ꝛ de metri incongruitate nos arguet lector importunus. Sed attendat quoniã phisicalium verboꝝ causa lex est ꝛ ratio: q; metrice orationis consortium vrine designant: vix enim multo conatu mansuescere vixq; castigari potuerũt quin metroꝝ legibus arctarentur. Ab hoc autem opere fugiãt qui planetici sunt ꝛ discursores alienis fecibus imbuti: ꝛ a musandino dogmate recedant alieni. Socijs autem nostris domestice fidei quoꝝ gratia hꝰ opus suscepimus huius noue institutionis offerimus. Diuidit autem iste liber in duas partes in primam. s. ꝛ in secũdã. In prima igitur parte agit de iudicio vrinaꝝ fm cognitionem colorum ꝛ substantiaꝝ. In secunda agit de iudicijs vrinaꝝ fm distinctionem suorum contentorum.

Derivationem nominis vrine ponit.

Dicitur vrina: quoniã fit in renibus vna.
Aut ab vrith greco: qđ demonstratio fertur:
d Aut quia qđ tangit mordet desiccat ꝛ vrit.
Ut de lacte sex se limpidus eliquat humor.
Sic liquor vrine de massa sanguinis exit.
Sanguinis est vrina serum subtile liquamen.
Humorum: quos conficit ars regitiua secundi.
Et princeps operis: dum fit cribratio rerum.
Dum fit ab impuris pure discretio partis.

¶ Dicitur vrina. ¶ Expositio. In libro isto auctor ille intendens doctrinã tradere de vrinis in principio ponit derivationem nominis. Urina ergo secundum sententiam illorũ triũ versuũ deriuatur altera trium derivatione. ¶ Prima deriuatio est illa. Urina dicitur quasi vna renibus qz

(c) 2007 Ministerio de Cultura

in renibus formaliter generat quãuis in epate principiũ ꝛ substãtiã assum
pserit. Assumit tamen in renibus ſm vsum vel quia magis fideliter habet
significare super habitudinem renum ꝙ̃ alioꝝ membroꝝ. Hec est ergo sen
tentia primi versus. ¶ Aut ab vrith. ¶ Secũda deriuatio ponit in hoc
versu: cuius sententia hec est. Urina dicitur ab vrith grece: qđ est demon
stratio latine: quia per ipsam vrinã dispositiones humani corporis demon
strantur vt sanitas egritudo ꝛ neutralitas: repletio ꝛ inanitio vl̃ media ha
bitudo ꝛ similia. ¶ Aut quia qđ tangit. ¶ Hic ponit tertia deriuatio vri
ne: ꝛ est talis. Urina dicitur ab vro vris: quia habet virtutem vrendi ꝛ de
siccandi: Et ideo dicitur valere contra pustulas ꝛc. sicut expresse scriptum
est in cõmento. ¶ Ut de lacte sex. ¶ Hic ponit quandam similitudinem
inter serꝝ ꝛ vrinam vt de ipsius vrine essentia doctrina clarior habeatur. ſ.
sicut serum de lacte per grossarum partiũ expressionem sequestratur ita li
quor vrine de massa sanguinea eliquatur. ¶ Sanguinis est vrina. ¶ In
hoc loco ponit diffinitionem vrine: que quidẽ diffinitio assumpta est ab vri
nis isaac vrina est colamentũ sanguinis ꝛc. ¶ Commentũ. ¶ Renibus
vna. quoniã formaliter in renibus generat ꝛ discernit: licet prius i epa
te ꝛ substantiã ꝛ colorem accipiat ſm habitũ: i renibus tamen assumpsit eã
ſm vsum: vel dicitur quia fidelius renum habitudinem denunciat ꝙ̃ alioꝝ
membroꝝ vnde dicit vrina ab vrith grece qđ est demonstratio interiorum
membroꝝ. Unde cũ certificamur de interioribus: tunc consulimus vrine
iudiciũ. Et dicitur etiã qꝛ habet virtutem desiccatiuam. vnde valet contra
serpiginem ꝛ contra pustulas ꝛ contra virge vlcerationem: ꝛ cũ felle acci
pitris colata per pannũ maculã delꝫ potata etiã spleneticis cõfert. ¶ Ut
de lacte sex. ¶ Hic notatur similitudo fieri inter serum ꝛ vrinã vt expsse
de essentia similitudinis vrine euidentior cõpleat doctrina: sicut autem sex
per grossaꝝ partiũ expressionẽ de lacte excolat: sic vrina de massa sangui
nis eliquat. Unde Theophilus quidam vero eã similem sero vocauerit.
¶ Sanguinis est vrina. quid sit vrina sic diffinit in hoc loco. ꝛ est hec diffi
nitio que hic assignat bene consonans diffinitioni quã ponit Theophilus
ꝛ isaac in libro vrinaꝝ: que talis est. Urina est colamentũ sanguinis ꝛ alioꝝ
humoꝝ ex actionibus nature natũ. Sed est hic notandũ ꝙ non est serosa
sex sed quasi serosa substantia cũ sanguine eliquata. ¶ Humoꝝ quos con
ficit ars regitiua secundi. i. virtus regitiua. ſ. secũde digestionis. ¶ Et ꝓn
ceps operis dum fit cribratio rex. i. sequestratio q̃ sequestratio fit i epate.
Flegmatica nãq̃ materia in primo motu ebulitionis generata ad pulmo
nem emittitur vt in flegma conuertitur. Colerica materia ad cistim fellis
transmittitur. Melancolia deriuatur ad splenem. Sanguinea materia in
epate sinceratur ꝛ mundificat. Aquosa vero substantia idest vrina cũ san
guine ad renes deportatur: ꝛ per poros euritides resudat in vesicam.

Ponit conditiones vrine.

Quale: quid: aut quid in hoc: quantum: quotiens: vbi: quando.

(c) 2007 Ministerio de Cultura

Etas:natura:sexus:labor:ira:dieta.
Cura:fames:motus:lauacrum:cibus:vnctio:potus:
Debent artifici certa ratione notari.
¶ Si cupis vrine iudex consultus haberi.
Quarttuor ex primis cum precipue dominentur.
Debet iudicii portor sententia sumi.
Integritas lapsus vitium virtus minus aut plus.
Et status hiis medius sit ab hoc examine certus.

¶ Expositio breuis. ¶ Quale:quid. Hic ponit ꝯditiones que requiruntur ad vex iudicium vrinaꝝ vt manifeste declaratur in cõmento infra. ¶ Quattuor ex primis. Hic ostendit quas ꝯditiones medicus debet precipue ꝯsiderare. Et dicit ꝙ primas quattuor ꝯditiones medicus primo ⁊ principaliter attendere debet. ſ. ad q̃litatem: substãtiã q̃titatem: ⁊ ad ꝯtenta: qz ex istis quattuor ꝯditionibus cum sint substantiales vrine sumitur melior sñia in iudicando. ¶ Integritas. Hic ostendit vtilitatem que habetur ex iudicio vrinaꝝ dicens ꝙ per iudiciũ vrine cognoscit medicus sanitatem hominis: egritudinem ⁊ neutralitatem: fortitudinẽ virtutis ⁊ debilitatem: inanitionem ⁊ repletionem: ⁊ habitudinem mediocrem: ⁊ hec est vtilitas que habetur ex iudicio vrine. ¶ Commentum. ¶ Quale:quid:
Formã inscriptionis vel speculationis declarat sibi. In hoc enim loco declarat ⁊ ostendit que sunt in iudicio vrine consideranda. Habenda enim est consideratio colorꝭ substantie q̃titatis ⁊ contentorꝝ. Et iste sunt naturales vel substãtiales ⁊ intrinsice ꝯsiderationes que ex ipsa vrina perpenduntur. Sunt ⁊ alie quedã accidentales vel extrinsice que ex proprietatibus substantiarũ eliciuntur vt ex etate complexione ⁊ aliis que secuntur. ¶ Quale. Refert ad q̃litatem idest ad colorem. ¶ Quid. Refert ad substantiã. Diuersificat igitur substantia in tenuitatem ⁊ spissitudinem ⁊ mediocritatem. Tenuitas in omnimodã tenuitatem: ⁊ in mediocrem ⁊ tenuem spissitudo in omnimodã spissitudinem ⁊ remissam diuidit. ¶ Ad in hoc. Spectat ad differntiã contentorum. ¶ Quantũ. Pertinet ad q̃titatem. Quantitas enim diuiditur in multitudinem. mediocritatem ⁊ paucitatẽ. ¶ Quotiens. Pertinet ad numerum effusionis vel inspectionis. ſ. vtrũ semel: vel pluries sit effusa vrina. Hã ex frequentia vel raritate effusionis plurimũ instruimur ⁊ ex frequentia speculationis plenius certificamur. ¶ Vbi. Refert ad locũ collectionis que colligi debet in vase vitreo claro ad modũ vesice facto vt ex vasis qualitate omnes ptes vrine se visui fideliter ostendantur. ¶ Vbi. Etiã refert ad locũ inspectionis quia debet inspici in loco non nimis radioso nec obscuro. Et si radius sit ante oppositus opponenda est manus vt fiat melius discretio cõtentorum ⁊ ne radiositate visibilis spiritus habeat disgregari. ¶ Vbi.
Potest etiã intelligi depositione ꝯtentorꝝ. ſ. vtrũ ꝯtenta in summo teneant locũ in vrina vel mediũ vel infimũ. ¶ Quando. Refert ad tps

(c) 2007 Ministerio de Cultura

effusionis quod est in hora matutinali: celebrata digestione. Tunc enim fidelior est & est nuncius certus interiorum membrorum. vel. ¶ Quãdo. Refertur ad tempus inspectionis: statim nãq; est inspicienda: Et si affuerit opportunitas post eius residentiã vase obturato secũdo vel tertio est inspicienda. Multotiens nãq; mingitur tenuis & postea inspissatur & econuerso. multotiens tenuis & remanet tenuis vt in Theophilo legitur. ¶ Etas. Quia alia debet esse in puero alia in sene & alia in iuuene iux intensionem vel remissionem caliditatis. ¶ Natura. s. quãtum ad cõplexionem: in colerico nãq; debet esse citrina & tenuis. Citrina ex caliditate. Tenuis ex siccitate. In flegmatico debet esse discolorata & aliquantulum spissa. In melancolico debet esse discolorata & tenuis. In sanguineo colorata & mediocriter spissa. ¶ Sexus. Ad differentiam inter marem & feminã. ¶ Labor. Pertinet ad exercitium corporis. Ex labore nãq; cũ calefiat corpus coloratur vrina. per laborem intellige & eius contrariũ. s. quietem. ¶ Ira. Pertinet etiã ad perturbationem eius animevnde mutatur vrina. ¶ Dieta. Quãtũ ad ministrationem sex rex non naturaliũ ex quibus oibus variat vrina. ¶ Cura. Quantum ad sollicitudinem & tristitiam. ¶ Fames. Quantum ad indigentiã & potus & cibi & ieiunii. ¶ Potus. Quantũ ad q̃titatem exercitii quoniã in quodam exercitio plus mouet corpus & in quodã minus. ¶ Lauacrũ ad differentiam balneorũ. Nam ex balneo sulphureo vel marino vrina coloratur & ex balneo aqua dulcis discolorat. ¶ Cibus. In qualitate & q̃titate immutat vrinã. Quãtitas multitudinis ciborũ discolorat & crudificat vrinã soffocando calorem naturalem. Paucitas ciboꝝ intensam reddit inducendo siccitatem ex cuius lima acuitur calor. Qualitas autem si calidus frigidus & siccus & etiã si substantia subtilis vel grossa aut mediocris. ¶ Unctio. Quantũ ad vnguenta: vt si vnxerit se oleo laurino vrina intendit vel marciaton vel oleo iusquiami. vnde calor remittitur vel intenditur. ¶ Potus. Sua enim q̃titate qualitate substantia & colore immutat vrina: q̃titate si multũ biberit vel parũ. qualitate. Si multum fuerit calidus vel frigidus & similia. Substãtia si fuerit stipticus vel diureticus. ex subtili nãq; potu & diuretico multiplicat vrina. ex stiptico & spisso mutatur & minuitur. Colore: vt si fuerit vinũ rubeũ vel album ꝛc. huiusmodi enim consortiũ tingit vrinam & eam reddit sanguineam. Decoctio reubarbari & croci reddit eam croceam. ¶ Debent artifici. Idest medico consulto & discreto. ¶ Quattuor exprimis. Idest quattuor ꝯsideratꝭ q̃ diximus substantialia. ¶ Integritas. Hic declarat que vtilitas habeat ex iudicio vrinaꝝ. ¶ Integritas. Quãtũ ad sanitatem. ¶ Lapsus. Quãtum ad egritudinem vel neutralitatem. ¶ Vitium. Quantũ ad imperfectionem operationum. ¶ Virtus. Quantum ad perfectionem. ¶ Minus. Quantum ad minutionem. ¶ Plus. Quantum ad repletionem. ¶ Status. Quantũ ad mediocritatem. ¶ Ab hoc examine. Idest iudicio vrine.

(c) 2007 Ministerio de Cultura

Ostendit quot sint vrinarum colores.

Bis deni vrinam possunt variare colores.
Quos ex subscriptis poteris perpendere formis.
Nigrior vrine facies incommoda febris.
Quartane soluit: mortem portendit ꝛ vrit.
Si niger ad fundum residens se deprimat humor.
Matrix purgatur multi sentina fluoris.
In febre fert mortem nigra fetida pauca pinguis.
Uesice vitio prorsus renumq; remoto.

¶ Expositio. ¶ Bis deni ꝛc. Postquã auctor docuit nos in generali conditiones que sunt attendende in iudicio vrinarum ꝛ quid sunt. hic prosequitur de vna conditione. s. de qualitate ostendens quot sunt colores vrinarũ dicens q; sunt Uiginti. Sed qui sint inferius declarabitur. ¶ Nigrior vrine. Hic prosequitur de coloribus vrinarũ: ꝛ primo de colore nigro. Sentina istorum duorum versuum est hec. Urina nigra in colore tria significat. Unum. s. solutionem ꝛ liberationem a febre quartana: ꝛ maxime si sit multa in quantitate. Alterum est q; significat mortificationem caloris naturalis: ꝛ tunc est nigra quadam nigredine circunfusa: ꝛ tunc precessit color liuidus. Tertium est quia significat vltimatã adustionem ꝛ talis nigredo est sicut cornu lucidum: ꝛ tunc precessit color viridis. ¶ Si niger ad fundum. Hic ponitur alia regula de nigro colore: ꝛ solum pertinet ad mulieres que talis est. Quotiens apparebit tibi vrina nigra cũ nigro sedimine significat purgationem menstruorum quia humor niger ꝛ melancolicus effunditur in vrina ꝛ ipsam denigrat. Et est notandum q; talis vrina per residentiam attenuatur superius ꝛ inferius inspissatur. ¶ In febre fert mortem ꝛc. Alia ponit regula de nigro colore. Quotienscunq; in febre accuta apparcat vrina nigra in colore: pauca in quantitate: fetida in odore: vnctuosa in substantia: tunc potes procul dubio mortem iudicare. Renũ tamen ꝛ lumborũ iudicio circunscripto: qz si esset vitiũ in renibus aut in vesica minus esset vrina suspecta. Unde talis vrina potest apparere ex passione in renibus aut in vesica. ¶ Cõmentũ. ¶ Bis deni vrinã. In hõ cap. distinguunt q̃t sint colores vrinarũ. Sũt aũt viginti. Et est multiplex colorũ descriptio vel distinctio. Quedã nãq; fit colorũ distinctio fm qualitates. Alia fm naturã digestionis ꝛ decoctionis. Tertia fm proprietates humorũ. Scõm qualitates fit hec distinctio colorum: qm̃ alii sunt intensi: alii mediocres. alii remissi. Remissi omnes iudicantur a subcitrino iferius. Sed intensi omnes a ruffo superius. Mediocres sunt citrinus ꝛ subcitrinus. ruffus ꝛ subruffus in q̃dã cõplexione. Scõm naturã decoctionis fit hec distinctio colorũ: qm̃ alii significãt mortificationem vt niger viridis ꝛ liuidus. Alii significant indigestionem vt albus lacteus glaucus ꝛ caropos. Alii principium digestionis sed non per-

(c) 2007 Ministerio de Cultura

fecte vt subpalidus subcitrinus pallori vicinus. Alii pfectam digestionem vt citrinus ruffus ⁊ subruffus. Alii excessum digestionis vt subrubeus rubeus subrubicundus rubicundus. Alii adustionem significant vt mopos ⁊ ʀianos: Alii super adustionem ⁊ mortem: vt viridis ⁊ niger. Si vero obiiciatur ꝙ a nigro colore incepimus ⁊ in eodem terminabimus. ℜn̄deamus ꝙ aliud est niger color qui fit ex mortificatione que fit propter frigiditatem ⁊ caloris extinctionem. Aliud est quo fit ex summa ⁊ vltima adustione: ⁊ ideo secundū diuersitatem causarum distinguenda est diuersitas effectū. Distinctio secundū humores euidens est. Nam quidam colores significant colerā: quidā sanguinem. Alii melācoliā. Alii vero flegma. Sed ad significandū humores debet fieri coniugatio colorꝫ ⁊ substantiarꝫ. Primo ⁊ vltimo exequitur auctor de nigro colore vt fiat processus de coloribus significātibus mortificationem vel frigiditatis intensionem ad colores significantes adustionem per colores significantes mediocritatem. ⁊ sic ab vna extremitate rationabiliter procedit ad aliā extremitatem. ¶ Bis deni. Idest viginti qui ergo colores sint determinandum est inferius. ¶ Quos. Idest colores. ¶ Ex subscriptis formis. Idest regulis. ¶ Nigrior vrine ꝛc. Quartane soluit. In hō capīo agit ō nigro colore ratione predicta. Niger autem color in vrina tria potest significare aut frigiditatem. s. mortificantem: ⁊ tunc debet esse vrina nigra cum quadā caligine circunfusa propter naturalis caloris extinctionem: ⁊ tunc precessit liuidus color. Aut significat adustionem completā ⁊ vltimatā: ⁊ tūc debet esse lucida sicut cornu lucidū nigrum quemadmodū appareat circa facies ethiopum quibus propter adustionem quedā luciditas in facie attrahit ex sanguinis adustione ⁊ vnctuositate ad faciem attracta. Viriditas etiā procedens est signū manifestum ꝙ succedens nigredo fiat ex adustione sanguinis. Significat autem niger color in vrina ⁊ maxime in febre quartana: si multa fuerit in quantitate: quartane solutionem: ⁊ melācolici humoris purgationem. Melancolica nāꝙ materia nigra est ⁊ terrestris ⁊ sui commixtione denigrat vrinā. Multā ideo dixi quia ex purgamento multo debet multiplicari vrina. Et ideo si pauca appareat suspecta est. Lra plana est. ¶ Soluit. Idest solui significat. ¶ Mortē ꝓtendit. Idest significat mortificationem ex frigiditate intensa liuore p̄cedente. ¶ Adurit ꝛc. Idest adustionem significat p̄cedente viridi. ¶ Si niger ad fundū. ꝛc. Alia rᵃ de nigro colore datur: ⁊ est accommodata mulieribus ⁊ non ad alia subiecta euagat. Vrina nāꝙ nigra cū nigris sediminibus in fundo apparentibus significat purgationem menstruorꝫ ex eruptione nigri ⁊ melācolici humoris. Vnde tota vrine facies quadā denigratione respergit: sed talis vrina p̄ residentiā inspissat superius ⁊ attenuat inferius. ¶ Matrix purgat. Idest purgari significat. ¶ Sētina. Idest lacuna idest receptaculū. Sicut. n. ad sentinā nauis discurrūt omnes superfluitates: sic ad matricem quasi ad quandā sentinā mulieris corpis deriuant supfluitates. ¶ In febre fertim. Alia ponit rᵃ de nigro colore. Vrina nigra in colo

(c) 2007 Ministerio de Cultura

re pauca fetida ꝛ vnctuosa nihil mali vesica habente proculdubio mortem significat circunscripto vitio renū ꝛ lumboꝝ. Et ideo dixi q talis potest apparere ex vitio renū vel lumboꝝ: ꝛ tunc minus erit suspecta. Et hāc regulam eligimus a theofi. in cap. de fetida in fine sui opis. Dicit enim ibi. Urina in febre accuta nigra fetida pinguis nihil mali vesica habente significat mortem. Et subiungit. Urina odorem habens grauem significat mortificationem: ꝛ putrefactionem. In febre accuta fert mortem idest significat mortificationem. Nigra ex mortificatione: fetida ex corruptione. pinguis .i. oleagina ex pinguedine ꝛ substātialis humiditatis vel humidi eliq̄tione.

De vrina nigra que nigram habet nubem.

Multa die cretico: quam nigra ꝛ pendula nubes.
Largius obfuscat sedimenq̄ natatile turbat.
Auribus oppressis turbata pace soporis.
Sanguineum fluxum signat de nare futurum.
Sed si signa necis concurrant siue salutis.
Judicio mortis damnat vel liberat egrum.

¶ Expositio. ¶ Multa die. Hic ponit auctor aliā regulā de vrina nigra: Et non solū itelligit vrina illa que p totū est nigra: sed etiā illa que habet nigrā nubem. Ista est ergo rᵃ. Quādocunq̄ videbis vrinā nigrā vel subnigrā in colore multā in quātitate cū ipostasi nigra excelsa aut natatili apparente in die cretica supueniente in febre causone cū vigiliis ꝛ aurium surditate tunc scias q crisis futura est p fluxū sanguinis ex naribus ad salutem vel mortem. Ad salutem in cōcurrentibus bonis signis ad mortem concurrentibus signis malis. Nōes illoꝝ in cōmento ponunt ꝛ p̄terea hic sufficiant. ¶ Commentū. ¶ Multa die. Alia ponit rᵃ de vrina nigra vl subnigra. p vrinā nigrā vel sub nigrā non tātū intelligimus illā solā. que p totū nigra est: sed etiā illā q̄ nigrā habet nubē: vel nigrū vel subnigrū eneorima ex q̄ facies vrine denigrat. Est g̃ talis rᵃ. Urina nigra vel subnigra multa iquātitate apparens. ꝛ cū ipostasi nigra ꝛ excelsa ꝛ natatili formā tenens eneorimatis ī die cretico supueniens ī febre causone cū vigiliis ꝛ surditate significat crisim futurā p fluxū sanguinis a naribus ad salutē: si laudabilia signa concurrant. Sed ad mortem si in laudabilia. ¶ Multa die: Per h̄ q̄ multa vrina fuit ī die cretica significat q̄ natura mouet in die crisis deputata ad purgādā materiā: ꝛ fuit fortis ad purgādā materiā per vrinā ꝛ ideo fuit multa. Q; aūt eneorima fuit pendens in medio p h̄ significat motus ꝛ dispositio materiei. q̄ vero excelsum est eneorima indicat leuitas eiusdem q̄ autem nigra significat nimietas feruoris conuertentis materiā in quādā adustionem. Sed adustio non nimis violenta demonstratur: cū eneorima est natatile ꝛ excelsum. Nā si esset violenta ꝛ vltima adustio: humiditatem depasceret ꝛ nihil resolueret: ꝛ totā ventositatem

(c) 2007 Ministerio de Cultura

consumeret que consumpta potius fieret ipostasis subsidens quã excelsa.
¶Nota q̃ vrina multa turbosa in die septima aduenies significat solutionem ꝛc. solutionem breuem. ¶Pauca vo significat mortem in die septia. ¶In eo q̃ adsunt vigilie ꝛ surditates supuenerint: demonstratur q̃ materia ignit: ꝛ accuta resoluta in fumũ ascendit ad caput ꝛ vigilias inquietudinem ꝛ auditus impedimentũ inducit. Et ipsa materia cũ sit accuta ꝛ penetratiua frãgit venulas nariũ ꝛ p̃ eas erumpens ad fluxũ sanguinis de naribus prouocandũ mouendo ꝛ meatus referando laborat. Eadem materia sua siccitate ꝛ accumine suo desiccans cerebrũ ĩsaniã inducit. Eadem quoq̃ materia p̃ poros egrediens neruos in transitu suo pungit ꝛ mordicat ꝛ rigorem facit: perueniens etiã ad cutem eã mollificat ꝛ sudorem inducit. Vnde est qđ dicit isaac in libro vrinaꝝ. Urine nigre vel subnigre eneorimata habentes excelsa significãt crisim fieri cũ rigore ꝛ sudore. Urina multa ꝛ nigra cũ sudore ꝛ vigiliis subueniente ipostasi nigra ꝛ natatili sanguineum fluxũ significat a naribus. Eadem cũ laudabilibus signis morbi solutionẽ portendit. Unde Theophilus in libro vrinaꝝ dicit vrine nigre eneorimata habentes excelsa significant crisim futurã cũ rigore ꝛ sudore ꝛ insania. ꝛ quandoq̃ fluxum sanguinis de naribus. Vnde est quod dicit Ypocras in quarta particula amphorismo. A causone habito rigore superueniente solutio fit idest rigor superueniens soluit egritudinem. De vrina nigra dicit Ypo. in epidimiis impossibile est sanari infirmos in quoꝝ vrinis dominat nigredo: nisi in quibus vrine exeunt ꝺm crisim. Idem in eodem. Si auferantur menstrua mulieribus vrinis nigris supuenientibus sanant. Item Gall. super epidimias Ypo. dicit q̃ si aliquãdo infirmus in principio morbi facit vrinam nigram cum signis molestis ꝛ terribilibus ꝛ tamen sanat: si contingat eius virtutem esse constantem: ꝛ facilem anhelitum. Item quãdoq̃ in morbi initio vrina nigra venit cum timore accidentiũ ꝛ permanet vsq̃ in dieni nonã. Sed postea veniente vrina nigra cum ipostasi alba virtute se expediente decoctionem morbi significat ꝛ egri Salutem hoc ꝛc. Hoc certum est ꝺm Ypocratem in libro amph̃. s. z^ particula vbi dic. Acutorum morborum non omnino certe pronosticationes sunt neq̃ sanitatis neq̃ mortis. Sed constanter scias vt dicit Gall. q̃ significatio non concomitatur laudabilis. Si anguftia anhelitus ꝛ sudor in solo capite: ꝛ alienatio mentis ꝛ ablatio desiderii: tunc scias q̃ manifesta ruina nature ꝛ corporis egri periclitatio declaratur. ¶Nota q̃ dicit Theophilus in vrinis q̃ vrina in fe. causone. Si nigram nubem habuerit significat trãsmutari in quartanam. per nigredinem significat aduftionem materie: per nubem ventositas declaratur: ꝛ etiam q̃ non sit tanta aduftio quin aliquantulum de humiditate remaneat: que resoluta in ventositatem: sedimẽ eleuat in nubem. ¶Materia igitur causonis expulsa a vasis ad fontes putrefit in eis ꝛ quartanam inducit. Littera plana est biis expositis.

¶Ostendit cum qua substantia conueniat niger color.

(c) 2007 Ministerio de Cultura

Congrua mixture cum spisso federa seruans.
Subtilis coitum refugit nigredo liquoris.
Ut tenuem tolleret:qui non sibi concolor haeret.
Impetrat euentus:casusq; facit violentus:
Non obstrusa parum deductio clausa viarum.

¶ Expositio.¶ Congrua. In hoc capitulo demonstrat auctor de nigro colore cum qua substantia conueniat copulari naturaliter. Sententia istorum quinq; versuum breuiter talis est. Niger color naturaliter cum spissa substantia commiscet.sed cum tenui nunq; commiscet.& ratio est quia vbi est nigredo ibi est obtenebratio & obscuritas:que contingit ex perturbatione partium & ingrossatione.& ideo merito cum grossa substantia sociatur.sed cum tenui non quia tenuitas contingit ex partium raritate:& nigredo vt dictum est ex perturbatione partium & illa sunt contraria.Et ideo se insimul non paciunt.Et hoc intelligendū est naturaliter quoniā accidentaliter niger color cum tenui substantia aliquotiens copulat:Sicut:vrina nigra:spissa in substantia per loca opilata trāsiens est stricta tunc ratione opilationis loci a sua grossicie spoliatur.Et sic remanet tenuis. Et hoc est qđ auctor intendit.¶ Commentū.¶ Congrua mixture. In hoc capitulo demonstratur cui substantie sit coniugalis niger color naturaliter. Et dicit q̄ cum tenui substantia nigrum colorem impossibile est coniugari.Et hoc idem testatur isaac in libro vrinarum de cuius fonte hanc doctrinā habuimus. Vbi nāq; est nigredo ibi tenebrositas & obscuritas q̄ habet cōtingere ex pturbatione partiū:ideoq; vbi est tenebrositas:non potest esse tenuitas:que contingit ex partiū raritate. Inde est q̄ nigredo non potest copulari naturaliter cū tenui substantia.ideo dixi naturaliter q̄ quādoq; recipit copulationem cū tenui substantia ex accidenti sicut ꝓpter emfrasim vrine vt quando vrina naturaliter nigra transit per locū vbi est emfrasis q̄ in loco opilationis remanet grossicies:Et vrina a spissa substantia spoliat:& quādā tenuitatem assumit.Item vrina nigra significat intensionem sanguinis & sue humiditatis naturalis consumptionem ex intensione ignei caloris:vel ex intensione calidi naturalis:vel ex congelatione ex frigiditate nimia vel ꝓp humores melancolicos ꝼm crisim expulsos:quibus omnibus vrine substantia inspissat.Ex intensione sanguinis ꝓpter nimiā ebullitionem:ex congelatione ꝓpter nimiā frigiditatem.& ex purgatione materie melancolice ꝼm crisim propter substantie terrestreitatem commixtā cū vrina.Et ideo non potest coniungi niger color cū tenui substantia.

De liuido colore.

Liuida si fuerit:vel liuor particularis:
Vel totalis erit:per totum liuida membrum.
Aut membri monstrat humorem mortificari.
Aut sursum liueus variis accommoda causis.

(c) 2007 Ministerio de Cultura

Paruus emittriteus medius morbusq; caducus.
Aschlites sinochus vene ruptura catarrus.
Strangurie lapsus:matricis passio fluxus.
Coste:pulmonis vitium dolor articularis.
Consumptiua ptisis vis extinctiua caloris.
Sint tibi liuoris cause quas collige signis.

¶ Liuida si fuerit. ¶ Expositio. Supius auctor determinauit de nigro colore ꝫ determinauit de liuido qui est via ⁊ incohatio ad mortificationem ⁊ caloris naturalis extinctionē. Et ideo liuidus color non differt a nigro nisi fm remissionem mortificationis. Unde snia illoꝝ duoꝝ versuū breuiter est hec. Liuidus color idest plumbeus:aut est fm totā substantiā vrine:aut fm ptem videlicet in superiori pte vrine. Si fm totā substantiā vrine:tunc aut facit residentiā ⁊ tunc inferius inspissatur ⁊ superius subtiliatur ⁊ clarificat:tūc scias q̄ talis vrina per totū liuida talem residentiā faciens significat humoꝝ mortificationem. Aut nullā facit residentiā:⁊ tunc non solū significat mortificationem in humoribus esse infixā. sed in membris radicatā ⁊ hoc est qđ intendit. ¶ Aut sursum liueus. Hic determinat de colore liuido apparente in superiori pte vrine dicens q̄ quādocūq; apparebit tibi vrina in colore liuida in supiori pte vrine:significat egritudines varias ⁊ diuersas vtputa paruū emittriteū ⁊ mediū ⁊ epilepsiam ⁊ alias sicut in commento declarat. ¶ Commentum. ¶ Liuida si fuerit.

¶ Post nigrū colorem agit auctor de liuido colore qr significat preparationem ⁊ incohationem ⁊ inultimationem mortificationis ⁊ nō differt a nigro nisi in remissione maliciei. Liuidus aūt color in vrina alius est totalis qui totam occupat vrinam. Alius est particularis qui ptem superiorem tātū inficit. Totalis liuiditas aut significat mortificationem humoris ⁊ nō membri: Aut significat mortificationem humoris ⁊ membri:aut membri ⁊ non humoris. Si igit significat mortificationem humoris ⁊ nō membri:tunc vrina debet per residentiā inspissari ⁊ liuiditatem retinere:supius aūt clarificari ⁊ ab infectione humoris recedere. Si humoris ⁊ membri: nulla residentia vrine vel humoris potest aboleri. per qđ significatur mortificationis vitium non tantum in humoribus esse fixum. Sed in membris esse radicatum: hiis cognitis littera plana est. Aut rursus liueus.
¶ Premisit auctor de totali liuiditate. Nunc de particulari subiungit.
¶ Variis accōmoda. Idest deputata ad varias ⁊ diuersas passiones
¶ Paruus emittriteus. Notandū est q̄ pticularis liuiditas ex multis causis potest puenire:quia quādoq; ex mortificatione propter caloris naturalis extinctum:sicut in emittriteis vel ex humorum perturbatione sicut est in fluxu ventris:⁊ tunc vrina debet esse pauca:cum quibusdam humoribus ⁊ oblongis resolutionibus:cum quadā essentie impuritate:quod habet fieri quia terrestria ⁊ aquosa commiscentur sibi vnde liuidus color succedit. Quandoq; vero fit liuidus color ex spiritualium passione sicut

(c) 2007 Ministerio de Cultura

in pleuresi.perhipleumonia:empimate ⁊ ptisi. ℔acientibus nãq̄ membris spiritualibus membra nutritiua.s.stomachus ⁊ epar compaciunt eis. Transmittunt ergo spiritum ⁊ naturalem calorem ad iuuamentũ eorum. Unde spiritu ⁊ naturali caloꝛe depauperata frigescunt. vnde ex debilitate caloꝛis ⁊ impuritate secunde digestionis:cũ transit eius superfluitas.s. vrina quãdã ꝓtrahit liuiditatem. Uel aliter in pleuresi vel perhipleumonia multa est collectio materiei supflue spiritualia oppꝛimentis:quandoq̄ etiã naturalis calor insanioſam humiditatem transducere contendit:⁊ aliquid puluerulentũ ⁊ contagioſum de mala materia per venam deriuat ad epar:⁊ sanguinem inficit ⁊ spiritus coꝛrumpit. Unde vrina cũ infectione spirituũ ⁊ sanguinis supius liuescit. Et si queratur quare liuescit potius supius q̄ inferius:℟espõdendũ est sic.s.q̄ fumositates ⁊ vapoꝛes cũ vrina emissi cum sint coꝛpoꝛa aeria leuia superius habent motũ:⁊ vbi magis habitant ibi ostendũt suã infectionem.Fit quãdoq̄ liuiditas in epilempsia cũ quadã plumbeitate in circulo que significat infectionem spiritualiũ ex passione animatoꝝ membꝛoꝝ in sinocho etiam liuescit vrina ꝓpter sanguinis coꝛruptionem:sanguine enim coꝛrupto multum inficiunt spiritus. Liuescit etiã in aschlite ꝓpter digestionis secunde coꝛruptelã ⁊ humorum impuritatem in ruptura chilis vene ⁊ in omni effusione sanguinis liuet vrina ꝓpter humoꝝ perturbationem:in stranguria ⁊ in catarro ⁊ in arthetica non est vrina ex per liuiditatis quod contingit ex spirituũ infectione per loca pacientia transeuntiũ ⁊ ex humoꝛibus quos contingit perturbari ⁊ coꝛrumpi vrine soꝛciuntur maculam liuiditatis idest recipiũt.Et in passione matricis liuet ꝓpter eandem causam:ꝓcipue cũ matrix fit lacuna ⁊ sentina omnium superfluitatum ⁊ hoc est quod dicit. ¶ ℔aruus emittriteus. ¶ Tres sunt species emittritei de quibus alias sufficienter dicet. ¶ ℳoꝛbus caducus. qui alio noīe appellat epilepsia. ¶ Aschlites. idest tertia species idropisis ⁊ dicitur ab aschi quod est vter qꝛ in ea vẽter repcussus resonat in modũ vtris semipleni. ¶ Sinocus. febꝛis est ꝓtinua de putrefacto sanguine intra venas. ¶ Uene ruptura. sicut chilis vel alterius vene. ¶ Catarrꝰ. fluxꝰ humoꝝ a capite descendentiũ. ¶ Strãgurie. cũ fit opilatio vesice vel ex humoꝛe collecto vel ex apate. ¶ ℳatricis passio. vt si paciat matrix ex inanitione vel ex aliqua ꝓcipitatione vel distensione ꝫm supioꝛem ꝑtem vel ex declinatione super latus dextrum vel sinistrum vel vertebꝛum. ¶ Fluxus.s.ventris. ¶ Loste. q̄tũ ad pleurelim. ¶ ℔ulmonis. ex vitio pulmonis liuet vrina:tribꝰ de causis.s.ex stillicidio reumatis.vñ circulus est reumaticus ⁊ granulosus ⁊ dolorem circa spiritualia patitur ex repletione:⁊ tunc sentitur grauitas ⁊ pondus circa spiritualia ⁊ doloꝛ partis sinistre. ℔atitur etiã ex compꝛessione a stomacho vel a splene vel matrice vel epate.vnde aliquid extoꝛquet a spiritualibus ex sui compꝛessione quod lapsum est ad gibbum epatis ⁊ inde per capillares venas ad vesicam ⁊ vrinam inficit. Et distinguitur talis liuiditas per tumoꝛem membꝛoꝝ compꝛessoꝝ

(c) 2007 Ministerio de Cultura

tumorem facientium. Ex vitio epatis liuet vrina tribus de causis ex replē tione. ex opilatione ⁊ ex debilitate virtutis. Quãdo vero liuet ex repletione tũc distinguit̃ q̃ vrina spissa est ⁊ pondus sentitur in dextro ipocundrio ⁊ dolor. Ex opilatione liuet vrina ⁊ tunc debet esse intensa: tamen mediocriter spissa. vnde vrina inopos tria significat vel opilationem epatis vel maiorẽ vel minorem emittriteũ. In ruptura vene debet esse hec causa .s. distinctio circa epar. Ex debilitate liuet vrina: quando infrigidatur epar ⁊ impuri humores ⁊ fumi generantur. vnde colorat̃ vrina: sicut in idropico. Ex vitio intestinoꝝ liuet quartuor modis: vel ex fluxu ventris vel ex emoroidibus vel lumbricis vel ex illiaca passione vel colica. Quãdo est ex fluxu ventris tunc fit tribus modis. s. ex nimia ⁊ cõtinua humoꝝ discursio ne incolon ex quibus aliquid corrũpitur ex calore naturali. Et ipso ꝺdem corrupto incolon resudat ⁊ insidet in collũ vesice ⁊ inficit vrinã. vnde liuet qꝺ distinguitur qr tunc vrina turbulenta est ⁊ intensa. Ex sanguine si magnus est fluxus. Ex emoroidibus manifestũ est. Ex lumbricis qui cõtenti sunt in intestinis ⁊ in voluti in flegmate qꝺ est eorũ materia cuius flegmatis corruptio in vesicam redũdat ⁊ inficit vrinã qꝺ distinguitur ex remissa vrina ⁊ spissa ⁊ albis ⁊ longis resolutionibus ex frigiditate condensante illas vel ex calore lumbricoꝝ. Et ex illiaca vel collica passione liuet vrina qꝺ distinguit̃ extorsione illaꝝ priũ. Ex vitio matricis liuet vrina tribus de causis: vel ex humoribus vel ex fluxu menstruorum vel ex retentione ipsoꝝ. Si ex humoribus tunc distingue qr vrina est. spissa ⁊ remissa ⁊ corpuscula sunt liuentia in modũ loture amidi p vrinã diffuse. Et raucedo circa partes illas sentitur. Ex fluxu menstruoꝝ liuet vrina vt in emoroidibus. Ex retentione etiam menstruoꝝ ex quoꝝ impuritate ifici̊t vrina. Ex vitio vesice liuet vrina tripliciter: opilatione: excoriatione ⁊ ruptura. Si ex ruptura manifeste distinguitur quoniã vrina spissa ⁊ pondus circa pectinem sentit̃ Si ex opilatione vel calefactione vel ex humore vel a cancro vel ficu. Si ex coriatione: furfura minguntur ⁊ quãdoq̃ mingit̃ sanguis. Ex vitio sinthomathũ liuet vt̃ arthetica propter stillicidiũ. Et in emittriteis ex duplicitate matrici. Ex perturbatione humoꝝ vt in continuis. Ex apãte spiritualiũ: vt in pleuresi ⁊ empimate liuescit. ex adustione. Nã aereis partib⁹ ⁊ subtilibus euolantibus remanẽt terrestres ⁊ grosse vnde liuet ex frigiditate. ¶ Dolor articularis. ideſt passio. ¶ Consumptumptiua ptisis. ideſt que fit ex vlcere pulmonis. ¶ Vis extinctiua caloris. ideſt mortificatio vt in medio emittriteo ⁊ in maiori. ¶ Minoris cause quas. .s. causas. ¶ Collige. ideſt perpende o tu medice signis scilicet specificantibus per collectionem aliaꝝ circumstantiarum.

Specificatio per alias conditiones de liuido colore.

Paucula vis micta liuens oleagina mortem.
Stranguriam monstrat liuida panca frequens.
Liuida cum granis sciunctis atq̃ minutis.

(c) 2007 Ministerio de Cultura

Constanter loquitur spirituale malum.
Liuiditas athomosa malum probat articulare.
Est quoq; reumatici nuncia fida mali.
Vertebra si matrix compresserit aut diafragma.
Inficit vrine liuidus ora color.

¶ Expositio. ¶ Paucula. Supius dixit auctor q liuidus color apparens in supiori pte vrine habet significare supra varias: & diuersas causas: Hic specificat p alias conditiones adiunctas & fm hoc ponit regulas: quaꝝ prima talis est. Quotienscunq; videbis vrinam liuidam in colore cũ difficultate mictam paucam in ꝗtitate: & oleaginosam & vnctuosam potes tũc mortem proculdubio iudicare. Et nota q liuiditas prouenit: vt dictum est: ratione mortificationis: cũ difficultate autem micta prouenit ratione desiccationis meatuũ & viaꝝ. Pauca rõne ꝯsumptionis mẽbroꝝ. vnctuosa ratione liquefactionis pinguedinis. Talis ꝯ vrina significat mortẽ. ¶ Strãguriã. Alia regula talis vrina liuida pauca & frequenter micta significat stranguriã: rationes declarant in cõmento. ¶ Liuida cũ granis. Alia regula. Vrina liuida apparens cũ granis minutis & sepatis frequenter significat in membris spũalibus passionem. ¶ Liuiditas. Alia regula. Vrina liuida cũ resolutionibus athomosis significat in articulis passionẽ. ¶ Est quoq;. Dicit q hec eadem vrina cũ resolutionibus athomosis significat fideliter fluxũ humoꝝ ex reumate. ¶ Vertebra. Alia regula. Vrina liuida in supficie vrine significat compressionem matricis sup alterum vertebroꝝ: aut compressionem diafragmatis: & hoc est qđ dicit de liuido colore. ¶ Cõmentũ. ¶ Paucula hic ponunt specificationes predictaꝝ causaꝝ quomodo determinari habent ex alijs circumstantijs: Liuor nãq; pticularis & vniuersalis non determinant passionem nisi collectione facta aliaꝝ actionũ vel occasionũ. sed ex alijs adiũctis est magis veridicus ¶ Paucula. ex membroꝝ consumptione qđ est signũ vehementie caloris membra cõsummentis & humoꝝ materiã depascentis: vñ consumpta humiditate: & succositate pauca remanente: & redundante ad epar vrina nõ potest multiplicari. ¶ Vix micta. ex meatuũ desiccatione: & vrine indigentia. ¶ Liuens. ex mortificatione vicinante vel mediãte. ¶ Oleagina. idest vnctuosa ex pinguedinis eliquatione: talis inq; vrina mortem significat: Hec supradicta vrina si liuida: cum paucitate & frequentia: significat stranguriã: Stranguria est gutatim vrine effusio ex opilatione colli vesice: vel eiusdem accuitate. Liuida est in stranguria: qz spiritus trãseunt p locũ opilationis & ideo trahit infectionem liuoris ex corruptis humoribus. Pauca est propter emfrasim idest opilationem grossoꝝ humoꝝ & viscosoꝝ: vnde nõ põt vesica sufficienter se exonerare in vna vice ex vrina. Defectũ autem ꝗtitatis supplet frequentia effusionis: & ideo pauca est: & frequenter micta. ¶ Cũ granis. idest in circulo manentibus: & in vrina residente pmanentibus; Nam si statim euanescerent tũc potius ex alia

(c) 2007 Ministerio de Cultura

cã fierẽt: ꝫ ex cã reumatica. ¶ Minutis. .i. puis in ꝗtitate. ¶ Spirituale malũ. .s. passionẽ spũaliũ mẽbroꝝ ꝛ toracis. ¶ Athomosa. .i. ex athomosis resolutionibus plena albis rotũdis: ꝛ minutis. Sed quare sunt albe rotũde ꝛ minute in capitulo de albis ꝛ minutis expedietur ꝛ exponetur. ¶ Articulare malũ. idest articuloꝝ passionẽ. ¶ Vertebra. idest passiones matricis quãdo magis solito declinat in altero vertebroꝝ. vnde fit cõpressio ex compressione vertebri. Et sic a matrice fit dolor ꝛ ex dolore puocatio reumatis supflue materiei: ex quibus liuescit vrina. vñ si matris ex sui dissolutione sursum diafragma cõpresserit vrina liuescit etiã.

Sequit de colore albo cũ tenui substãtia.

Albo subtilis vrina iugata colori.
Splenem: idropem: crapulam: nefresim: freuesim: diabetem.
Artheticam: coleraꝫ nigram: pedicon: scoromiam.
Epatis algorem: cum febris caumate mortem.
In sene vim fragilem vel defectum puerilem.
In lesis humeros: aut colluni lippotomiam.
Quartanam febrem: declarat ꝛ amphimerinam.
Matricis varias notat in mulierę querelas.
Hec emorroidas: ꝛ condilomata signat.
Vt se iudicij fallax non inserat error.
Talis cruda potest atꝫ indigesta vocari.
Clarior alba crisi non precedente: profanam.
Continuo frenesim: frenesis mortale propinquat.

¶ Expositio: ¶ Albo subtilis. Supius determinauit auctor de coloribus vrine mortificationem ꝛ caloris adustionem significantibus: nunc ꝯsequenter ingredit de coloribus significãtibus indigestionem. Et primo de albo colore cũ tenui subã copulato ostendens de ipso colore albo quid habeat significare ponendo regulas ꝛ specificationes ex alijs ꝯditionibꝰ: ꝝ ꝙ valde bene scribitur in cõmento. ¶ Cõmentum. ¶ Albo subtilis. ¶ Exequuto tractatu de coloribus significãtibus mortificationem. Hũc exequitur de coloribus significãtibus indigestionem: ꝛ primo de albo ꝝ ꝯiugationem albi coloris ꝛ tenui subẽ. s. ex quibus causis color albus fiat: ꝛ qũo varietur ꝝ diuersitates subiectoꝝ. Et quid sit causa tenuitatis ad ꝑsens ꝑtermittimus: ne dũ introducentes lectoris tedioſi siue litigioſi primicias offendamus. In hoc aũt capitulo distinguunt signa albe ꝛ tenuis vrine: quaꝝ significationes ꝛ specificationes ex circũstancijs debemus ꝑpendere. ¶ Vrina subtilis idest tenuis in substãtia. ¶ Iugata. .i. copulata significat. ¶ Splenẽ. .i. splenetica passionẽ. Splen enim nomen est membri ꝛ passionis: In splenetica passione vrina alba est: ꝛ subtilis. i. tenuis cũ quadã radiositate multitudo eueniens ex bijs tenuis iuuat. Et

(c) 2007 Ministerio de Cultura

tenuis cū quadā radiositate multitudo eueniens ex hiis tenuis iuuat. Et apud Theophilum. Urina alba ⁊ tenuis ⁊ multa amphimerinā deficientem significat. ¶ Querelas matricis. Idest passiones ex quibus mulieres ꝓqueruntur: eas maxime que fiunt ex retentione menstruoꝝ spāliū si apparent cū squamis ⁊ nigris resolutionibus qđ significat retentionem mālici humoris scilicet sanguinis qui niger est ⁊ terrestris. ¶ Emoroides ⁊ ꝓdilomata. idest morbū existentem in anno vel apostemata in anno vel circa annū parua. Emoroides sunt nomen passionis ⁊ membri. Quedam enim vene emoroide dicunt: que a chili vena exorte ad pudendū circulum terminant: que vene quādoq; tumescunt ⁊ distendunt ex multo sanguine in eis aggregato: ⁊ quādoq; rūpunt: ita q; ab eis fluit sanguis per incontinentiā: ⁊ talis fluxus dicit fluxus emoroidaꝝ. Alba ⁊ tenuis vrina. si atho mose ⁊ puluerce resolutiones in fundo appareant. significat emoroidas ⁊ similiter attricas ⁊ ꝓdilomata. ¶ Ut se iudicii. Hic assignatur generalis significatio albe ⁊ tenuis vrine. Si enim fallaciā iudicii incurrere non velis: per talem vrinā significare debes indigestionem ⁊ debilitatem naturalis caloris ⁊ accidentia que ex indigestione emergi ꝓsueuerunt: sicut vētositatis interclusionem: ⁊ ipocundrioꝝ tensionem: ventris ⁊ laterū inflationem: grauitatem crurū ⁊ coxaꝝ ⁊ pigriciā totius corporis tā ad sensum q̄ ad motū voluntariū. grauedinem ⁊ malā dispositionem capitis ⁊ precipue sinistre partis. Interclusio ventositatis fit quia cū calor debilis sit: resoluit humores ⁊ resolutos non ꝓsummit. vnde ventositas intercluſa turbulenta generatur que pulsans ipocundria ⁊ in ipsis attracta rōne vacuitatis ipsa distendit: ⁊ ex inde fit inflatio ventris: ⁊ lateꝝ ⁊ coxaꝝ grauitas adest: quia spiritus ex quaꝝ motu leuitas membroꝝ efficit ex fumosa nebulositate a crudis humoribus resoluta: torpidi ⁊ obtusiores effecti in suis motibus impediunt: vel supfluitates que ex defectu naturalis caloris in nutritiuis generant vel motu sue grauitatis inferius difluentes musculos coxaꝝ ⁊ tibiaꝝ aggrauant: ⁊ in eis quasi sarcina quedā sentit. Fumositatibus etiā ad sensuū instrumenta respirantibus: caloris naturalis actio negociat circa locū: in quo cōmune materia passionis. vnde locus secunde digestionis crudificat: ⁊ vrina dealbat. Est aūt tenuis quia lumbis ⁊ renibus cōpressis ⁊ coartactis vrina subtilior eliquatur a calore: ⁊ a substantia spoliat: ⁊ ideo tenuis ⁊ alba occurrit. ¶ Freneſim. Sic specificat: si in febre accuta: p̄cedente vrina rubea vel subrubicūda: non p̄cedente aliquo signo digestionis vel decoctionis materiei: non facta aliq̄ determinatione cretica: vel p sudorem vel p fluxū sanguinis de naribus: vel p ventris solutionē: vel p q̄cūq; aliā creticā determinationē: si postea appareat alba ⁊ tenuis significat raptū materie ad supiora: que actione caloris leuigata ad pāniculū cerebri primū exalat: vel ascēdit. Fit igit alba: qz nutritiua mēbra ⁊ spūalia: aiatis mēbris tāq; nobilioribus cōpacientia: ad iuuamentū eoꝝ spiritū ⁊ naturalem calorem delegant: vnde spiritu ⁊ calore depauperata frigescūt. Et ideo calore absente: vrina discolorata in eis appareat. qz mate

(c) 2007 Ministerio de Cultura

ria que p̄ sui presentiā solebat vrinā colorare. rapta superius p̄ sui absentiā: contrariā facit dispositionem. Et notandū q̄ si ex fluxu sanguinis supueniente per nares aut multo sudore in capite facto frenesis quicuerit. Et vrina tenuis ⁊ alba permanserit: significat mortem. Unde Theophi. i capitulo de alba ⁊ tenui vrina: postea subiungit. Si vero vrina talis fuerit ⁊ febris p̄manserit: eger ita dispositus moritur. ¶ Diabetem. .s. significat alba ⁊ tenuis vrina specifice. Si multa sit in quātitate ⁊ frequenter micta: ⁊ cū carneis resolutionibus. Alba est: q̄ aquositas secūde digestionis continue incessanter ab epate p̄ venas capillares ⁊ a renibus fugit. p̄ distenpantiā calōris ⁊ siccitatis: vnde uiget in eis virtus attractiua ⁊ desiderat refocillari ex attracta humiditate. Urina ergo non p̄ōt tantum morari in epate per continuū transitū: quousq̄ plenariū recipiat calorē. Sed cruda ⁊ in digesta deriuat ad renes. In renibus autem nō habet colorari vrina: precipue cū ibi morā non faciat: vel paruā in eis morā faciat. Sed per poros curitides qui ex calore rarefacti sunt ⁊ relaxati statim resudat in vesicam: ⁊ ideo sepe ⁊ in multa quātitate mingit. Est aūt diabetes immoderata vrine effusio ex distenpantia renū in caliditate vel frigiditate. Fit autē ex i moderato coitu vel cursu vel labore vl' saltu. Hec vrina repleta est carneis resolutionibus albis ⁊ oblongis: quia substantia renū ex vehementia calōris dissoluitur. ¶ Artetică. Scilicet significat alba ⁊ tenuis vrina specifice cum arbomosis resolutionibus albis rotundis ⁊ minutis causas singulorum in capitulo de contentis assignabimus. Sed quare fit vrina discolorata in artetica queri potest. Et respondemus q̄ materia vrine nō est contenta in epate sed circa extrema vbi est causa passionis. Si querat iterum. quomodo resolutiones ille admisceantur vrine cū materia sit contenta in pede. Respondetur q̄ hec est causa quia virtus expulsiua vnius membri est attractiua aliorū per continuos meatus: scilicet expellendo adiuuat alia membra in attrahendo. Et sic ex virtute illius membri expulsiua: ⁊ ex virtute attractiua aliorū membrorū per continuos meatus resolutiones ille reuertuntur ad vias vrinales ⁊ vrine admiscentur. Fit etiā artetica ex distilatione reumatice materie a cerebro ad partes īferiores ⁊ maxime ad īstas q̄ mobiliores sunt ⁊ nodosiores: in quibus ratione mobilitatis: ⁊ nodositatis fortior est virtus attractiua. ¶ Colerāq̄ nigrā. Idest melancoliam tenuis ⁊ vrina alba significat excessum melancolie aliis conditionibus circunscriptis. Alba est ex frigiditate melancolie: quoniam frigiditatis est dealbare. Tenuis est ex siccitate quoniam siccitatis est attenuare. Nota q̄ melancolia dupliciter disponit vrinam. .s. scōm sui qualitatem ⁊ secundū hoc reddit eam albam ⁊ tenuem glaucā: vel albam ex frigiditate: tenuem ex siccitate. secundū substantiam disponit etiam vrinam ⁊ tunc reddit eam nigrā ⁊ spissam ex sui commixtione sicut fit in solutione quartane. ¶ Pediron. Idest epilepsiam significat alba ⁊ tenuis specifice cū quadam plumbeitate ⁊ obscuritate substantie: que habet fieri propter compassionem animatorum membrorum. Discolorata est in epilepsia quia na-

(c) 2007 Ministerio de Cultura

tura compatiente membris animatis ꝛ non intenta circa epar:digestio cru dificatur:ꝛ vrina dealbatur. ¶ Scotomiam. Idest tenebrositatem oculorum vertiginem significat alba ꝛ tenuis vrina:vel glauca:ꝛ maxime si multum sit limpida ꝛ clara cum quadam viriditate ꝛ luciditate. ¶ Scotomia nãq; potius fit ex humore melancolico ex quo resoluto grossa fumositas ꝛ nigra ascendens cerebrum inficit:ꝛ spiritum visibilem obscurat. Est autem alba propter multam frigiditatem:clara est ꝛ limpida propter niniam siccitatem. ¶ Epatis algorem. Idest distemperantiam epatis in frigiditate. Unde impedit digestionem propter frigiditatem epatis aquosi ꝛ crudi generantur humores. Unde vrina albificatur. ¶ Cum febris caumate. Idest i febre acuta causonica ꝛ augmastica significat mortem alba ꝛ tenuis vrina. Sed distinguitur si talis appareat:aut in principio:aut in augmento:aut in statu:aut in declinatione. Si ergo in principio talis appareat significat cruditatem materiei: ꝛ debilitatem caloris naturalis:ꝛ prolixitatem morbi. Unde ex tanta morbi prolixitate:natura afflicta ꝛ debilitata infirmus subcumberet.ꝛ inde timendum est de infirmi defectu ꝛ hoc precipue si adsunt alia mala signa. Sed forti existente natura ꝛ aliis bonis signis concurrentibus non significat mortem sed salutem.ꝛ terminationem futuram per apostema factum sub diafragmate. Si talis vrina appareat in augmento vel in statu precedente rubicunda: duo potest significare. Aut significat frenesim. Aut extinctionem caloris naturalis propter consumptionem naturalis humiditatis:que deficiente sibi nutrimento anihilatur. Unde vrina discoloratur:ꝛ utrunq; signum est mortale. Si in declinatione talis appareat. vrina precedente cretica determinatione signum est salutis ꝛ cetera similia. ¶ In sene vim fragilem ꝛc. Idest defectum virtutis ex senectute ꝛ imbecilitate caloris naturalis significat vrina tenuis ꝛ alba. ¶ Vel defectum puerilem. Idest defectum nutrimenti in membris. ¶ Lippotomiam. Idest sincopim significat alba ꝛ tenuis vrina. Et prouenit ex grossa fumositate resoluta a crudo humore ꝛ melancolico qui respirans intus ad spirituales meatus comprimit ꝛ suffocat spiritum vitalem in corde:qui oppressus caloris beneficium non potest impendere: ꝛ conferre partibus extremis: ex quo non ascendente ad cerebrum cum non temperetur spiritus animalis cessat sensus in corpore:et motus voluntarius:ꝛ corpus animalis quasi mortuum iacet. hoc autem precipue significat alba ꝛ tenuis vrina. ¶ In lesis humeros aut collum. Idest incipientibus habere dolorem circa collum ꝛ humeros non ab extrinseca causa:sed ab interiori:qui dolor subito surgens tali existente vrina significat dispersionem ꝛ resolutionem grosse fumositatis:vnde certum potest esse signum sincopis venture. ¶ Quartanam febrem. Idest de naturali melancolia significat alba ꝛ tenuis vrina. Sed sequẽti die post accessionem debet esse pallida vel subpallida:ꝛ in tertia die vel quarta debet esse alba vel glauca. quod in sequenti die magis appareat colorata:contingit quia materia melancolica cum pura sit

(c) 2007 Ministerio de Cultura

ꝛ compacta ſuã ignitionem diu ſeruat vel inflãmantem. vnde in ſequenti die magis appareꝛet colloꝛationis effectus. In quartana vo nota ruffa vel ſubruffa ꝛ quãdoq; ſubrubꝛa occurrit. ¶ Amphimerinã. Idest ſolutionem febꝛis cottidiane de flegmate vitreo ſignificat alba ꝛ tenuis vꝛina: ſpecifice pꝛecedente pauca: ꝛ in fundo globoſa. Si poſtea effundatur in multa quãtitate: ꝛ poſtea tenuis in ſubſtãtia ſignificat amphimerine ſolutionem. Flegma vitreũ dum adhuc crudũ eſſet ꝛ compactũ reſiſtebat nature expellere volenti: ꝛ qꝛ nulla fiebat eius reſolutio pauca erat vꝛina. Sed flegmate digeſto: ꝛ coloꝛe confoꝛtato fit eius reſolutio ꝛ per particulas minutas. Unde vꝛina multiplicatur ꝛ attenuatur. Et nota q̃ omnis materia in ſui digeſtione inſpiſſat vꝛinã: pꝛeter flegma vitreũ. Huius regule concoꝛdantia habetur apud Ypo. dicente in quarta particula amphoꝛiſmoꝝ. Quibuſcunq; vꝛine albe ꝛ globoſe non ſine febꝛis ꝛ quadam virgulaꝝ poꝛꝛectione: ſicut quidã radioli eſſent in vꝛina. Urinã talem platearius dicebat virgulatam. Et ferrarius ſuperius feneſtratã. Alba eſt vꝛina ex vitio ſplenis: quia ex melancolica ſuperfluitate caloꝛe naturali debilitato crudificat digeſtio: ꝛ contrarie qualitatis fit intenſio ideſt frigiditatis vnde vꝛina dealbatur. Albedo enim filia eſt frigiditatis: vt dicit Gall. ī tegni: tenuis eſt radioſa ex nimia ſiccitate mlꝛie: ex qua ſubtilitatis ſpiritibus: ſuperius ſubtilioꝛ ꝛ tenuioꝛ fit vꝛina. Fit etiã tenuis ꝛ radioſa: quia melãcolica ſuperfluitas ſplenis domiciliũ deſcendens: cũ ſuper exuberet compꝛimit ꝛ coarctat meatus vꝛinales quibus coarctatis vꝛina ſubtilioꝛ excollat. ¶ Idrodpẽ: ideſt leucofantiã ideſt ipoſarcã vel anaſarcã. In pꝛincipio paſſionis. Sed longo tempoꝛe talis apparens ſpleneticã paſſionem declarat. Spleneticã ſi ſit cũ quadã liuiditate in parte ſuperioꝛi: q̃ liuiditas ꝛ obſcuritas contingit ꝓpter impuritatem humoꝝ: naturalis enim caloꝛ debilis multũ: nõ põt defedare ꝛ ſincerare ſanguinem. Ideo dixi in pꝛincipio qꝛ ĩueterata cauſa malicie: ꝛ materia in pꝛoceſſu tempoꝛis multiplicata: alba ꝛ ſpiſſa occurrit. ¶ Crapulã. Circunſcriptis aliis circunſtãciis multiplicata nãq; ciboꝝ congerie ſuffocatur naturalis caloꝛ: vnde non poteſt cõualeſcere circa officium digeſtionis: vt videtur in lampade ex multa olei infuſione lumẽ oppꝛimit ꝛ extinguit. Ex multa congerie lignoꝝ ignis debilis extinguit. Ex crapula etiã multa debet fieri vꝛina in quantitate multa. Nã ex multis cibis multa debet fieri redundatio ſuccoſitatis ad epar q̃ nãlem caloꝛẽ repꝛimit. Et talis ſm Theophilũ ſignificat largũ cibũ ꝛ potũ pꝛeceſſiſſe: ꝛ maxime ſi nimiũ fuerit ſubtilis ꝛ leuis: qꝛ cito penetrat. ¶ Nefreſini. Ideſt paſſionem renũ ex calculo ibi confirmato. Et hꝰ p̃cedente vꝛina ſpiſſa ꝛ alba cũ quibuſdã ſediminibus arenoſis. Et ſi poſt talẽ vꝛinã apparentẽ appcãt tenuis ꝛ alba vꝛina nõ facta purgatione nllici humoꝛis: vel vitrei flatis cũ diureticis potionibus ſignificat nefreſini ex calculo in renibus ꝯfirmato. ꝛ talis peſſima eſt: qꝛ peioꝛ eſt calculus ꝯfirmatus q̃ ꝯfirmandus. Et hoc ꝯcoꝛdat Ypocra. libꝛo affo. dicenti vꝛine limpide ꝛ albe omnes male ſunt maxime ſi in freneticis apparent. Alba eſt vꝛina in freneſi: quia totaliter

(c) 2007 Ministerio de Cultura

aggrauatis organis ꝛ ſpiritibus:ſenſus ꝛ motus voluntarius impeditur: Et ipſe fumoſitates ad cerebꝝ reſpirantes cū ſint groſſe ꝛ impetuoſe fit diſtenſio miringaꝝ. Et ex diſtenſione fit ſolutio ꝯtinuitatis ex qua ſequit dolor capitis:ꝛ maxime in ſiniſtra ꝑte cū ibi ſit ſedes mli̊e ratione conformitatis. Et nota ꝙ tales vrine apparent in mẽſtruoſis ꝛ in emorroides habentibus. Sed tunc apparent parue ꝛ nigre reſolutiones in fundo cū diſcoloratione ꝛ macilentia totius corporis.

De glauco colore.

Spiſſi ſuſcipiens comercia nulla liquoris.
Eſt in iudicio glaucus color emulus albo.
At minus offendit natiui iura coloris.
Si fuerit tenuis mediocriter:aut mediocris.
Glauca vel alba:notat exceſſum flegmatis acris.
Glauca melancolice craſcos eſt conſcia teſtis.

¶ Expoſitio. ¶ Spiſſi. ℘oſtq̃ determinatū eſt de colore albo. In iſta ꝑte determinat de colore glauco. Glaucus enim color eſt ſicut cornu albū lucidū. Dicit ꝙ vrina in colore glauca que nūq̃ patitur cū ſpiſſa ſubſtantia ſociari habet ſimile iudiciū cū alba vrina ꝛ tenui:qꝛ quicquid ſignificat vrina alba ꝛ tenuis:totū ſignificat vrina glauca. Sed cū remiſſione ꝛ minori malicia. Et etiã vrina glauca non tantã debilitatem caloris naturalis oſtendit vel ſignificat. ¶ Si fuerit tenuis. ℘onit talem regulam. Quotienſcūq̃ videbis vrinã albã vel glaucã in colore cū ſubſtãtia mediocriter tenui ſignificat dominium flegmatis acetoſi. ¶ Glauca. Dicit ꝙ vrina glauca ſignificat hominem mli̊ce cõplexionis ꝛ ſanū. ¶ Cõmentū. ¶ Spiſſi. ℘oſt albū colorẽ agit auctor de glauco qui ꝯuenientes habet ſignificationes cū albo colore. ℘ nõ enim differũt niſi ſm intenſionem ꝛ remiſſionẽ maliciei. ℘ã ꝗcūq̃ ſignificat albus color cū tenui ſubſtantia eadem ſignificat glaucus color ſed cū quadã remiſſione. ¶ Spiſſi liquoris. Ideſt ſpiſſe ſubſtãtie. ¶ ℘ulla comercia. Ideſt nullã ꝯiugationem Glaucus nãq̃ color cū ſit tãq̃ cornu lucidū albū eſt. incõiugabilis ſpiſſitudini. Spiſſitudo enim ei aſſociata luciditatem aufert ſine qua nõ poſſet eſſe glaucus color. ¶ Emulus albo. Ideſt ꝯſilis. ¶ At minus offendit. Ideſt minus ſignificat impediri. ¶ Jura. Ideſt curſum ꝛ dñium. ¶ ℘atiui coloris. Ideſt naturalis. ¶ Si fuerit tenuis. Adhuc ꝓſequitur auctor iſte de glauca vrina ꝛ oſtendit ꝙ glauca vrina omnino vel mediocriter tenuis ſignificat ſanū mli̊cū. Sed ſi recedat a tenuitate mediocriter ſignificat exceſſum flegmatis accetoſi ℞.

De colore lacteo.

Lactea ſubtenuis inacute caumate febris.

(c) 2007 Ministerio de Cultura

Litis in ingressu signis adiuncta sinistris.
Damnat ⁊ accusat pacientem crimine mortis.
Fallitur vrine sententia: si tibi certo.
Ordine concurrant: que sunt vitalia signa.
Mens: sopor: affectus: bona respiratio: virtus.
Lactea subtenuis cum largo fusa liquore.
Fine mali veniens deferuescente calore.
Soluit: ⁊ a morbi laqueis emancipat egrum.
In febre quam replicat tipicusq; interpellat error.
Lactea subtennis dictat: q causa sit eius.
Frigida: pressuram longi factura laboris.
Lactea subtenuis febre declinante salutem.
Impetrat: ⁊ corpus releuat vitãq; refirmat.

¶ Expositio. ¶ Lactea subtenuis ⁊c. Supi⁹ determinatũ est de colore glauco cũ mediocrit tenui sb̃e copulato. Hic determinat auctor de lacteo cũ tenui sb̃a. Ponit g̃ talẽ regulã p⁹. Urina lactea in colore mediocriter tenuis in sb̃a in principio egritudinis accute signis malis ꝯcurrentib⁹ sine dubio pacientẽ indicat moriturũ. Si vo signa bona ⁊ vitalia concurrant sicut bonus anhelitus fortitudo virtutis: bonus somnus: ⁊ bona memoria ⁊ silia: tũc non habet ista regula veritatẽ: imo significat egri liberatione. Est ñ sciendũ q talis vrina q̃tũ est de se nõ significat bonũ: Sed rõne alioꝝ signoꝝ bonoꝝ sibi ꝯiunctoꝝ. ¶ Lactea subtenuis cũ largo.

Hic ponit alia regula de colore lacteo cũ sb̃a tenui mediocrit. Regula est ista. Urina lactea in colore: subtenuis in sb̃a. multa in q̃titate: in declinatione egritudinis apparens: significat solutionẽ egritudinis. ¶ In febre. Alia regula. s. 3ª. Urina in colore lacteo: subtenuis in sb̃a in febre interpollata significat materiã egritudinis frigidã: ⁊ ꝓcõsequens longitudinẽ egritudinis. ¶ Lactea subtenuis febre. Quarta regula. Urina lactea in colore: subtenuis in sb̃a: in declinatione egritudinis significat liberationẽ ab egritudine ⁊ salutem. ¶ Cõmentũ. ¶ Lactea subtennis.

Post capitulũ de glauco colore cũ tenui sb̃a: subiungit auctor aliud capitulũ de lacteo colore ꝑm ꝯiugationem tenuis sb̃e. Sed fortasse obiiceret de verbis ⁊ sententiis ⁊ eoꝝ repugnãtia. In isto libro dr̃ ⁊ q̃si pro regula ꝓponit q lactea vel Karopos nũq; tenuis reperitur. Sed h̃ lacteus color cũ tenui sb̃a ꝯiugat. vnde vr̃ dissonantia. Rñdemus q nũq; lactea est tenuis de oĩmoda tenuitate: ⁊ de oĩmoda tenuitate intelligendũ est. Ad hoc ñq; vt sit lacteus color exigit q sit ibi aliquãtula partiũ grossicies: ⁊ accumulatio. Et ideo lacteus color oĩmodã subtilitati denegat copulari. Et hoc idem intelligit de Karopos. Et ꝓpter hoc dictũ est q lactea vel Karopos siti modo nũq; reperit tenuis in vltima subtilitate. Ex vo h̃ dr̃ de ꝯiugatione lactei coloris cũ tenui sb̃a intelligendũ est: nõ de oĩ tenuitate: sed mediocrit tenuitate accedente ad speciẽ spissitudinis; vnde auctor volẽs eui-

(c) 2007 Ministerio de Cultura

tare ꝑiculū obiectionis nō dixit simplicit tenuis: sed lactea subtenuis: sub nāq; denotat remissionem a tenuitate. Si aūt apud Theophi. inueniat lacteus color ꝑiūgi cū tenui sba: tunc tenuem substantiā intellige pro subtenui. De tali aūt colore cū subtenui sba talis doctrina proponit apud hunc auctorē. Unde vrina lactea cū subtenui sba aut apparet in principio egritudinis: aut in fine. Si in principio vel in fine aut apparet in principio vel in fine febris accute vel interpollate vel alterius egritudinis ꝑsequente de singulis. Si in principio febris accute appareat lactea ⁊ subtenuis malis signis ꝯcurrentibus: sicut est alienatio desipientia: insomneitas: defectus appetitus: difficilis respiratio: virtus debilis mortē significat. Per hoc enim q̄ est lactea significat cruditas materiei ⁊ indigestio ⁊ locus scōe digestiōis esse refrigeratus ex trāsmissione spirituū: ⁊ caloris ad cerebrū: ⁊ est signū frenesis future: vnde timendū est de cerebri ꝯsumptione. Cerebrū enim est membrū delicatū molle ⁊ tenex ⁊ cū debilē hēat calorē naturalē: nō multo calore indiget. Et ideo feruore caloris supuenienti ꝯsumit. Cor vero est calidissimū membrū naturalit. vnde multo calore est assuetū ⁊ quasi more fabri in ꝯtinuo calore versat. Unde est q̄ impetū feruoris caloris aduenientis melius pōt tollerare. Q̄ aūt est tenuis ex compactione humorx est ⁊ cruditate. Et q̄ materia iam rapta est ad cerebrū epate refrigerato iā nulla fit resolutio nec ꝓturbatio. vñ vrina nō inspissat ⁊ ideo malis signis ꝯcurrentibus si talis vrina appareat mortifera est. Sed si bona occurrerint signa supradictis ꝯria: licet talis appareat significat liberationem egritudinis: sed nō est q̄tū est in se q̄ p se suspecta est ⁊ infamis. Sed q̄ bona acci^a ei concomitant licet suspecta: signt ꝓlixitatem egritudinis. Sed si in fine febris acute talis appareat ⁊ sit multa in q̄titate febrē declinantē indicat. q̄ enim lactea est significat q̄ innaturalis calor iā recedit. q̄ vo est tenuis h̄ fit ex attenuatione ⁊ subtilitate partiū materiei: p h̄ aūt q̄ est multa significat plena ⁊ sufficiens purgatio. Si vo in ꝑn^o febris interpollate talis vrina appareat tūc crudū ⁊ flegmaticū humorē demōstrat. vnde disponit vrina ſm frigiditatē ⁊ humiditatē: ⁊ ſm caliditatē ⁊ siccitatē ⁊ ſm frigiditatē ⁊ siccitatē ⁊ ſm caliditatē ⁊ humiditatē humorx. q̄ aūt est tenuis: hoc fit ex cōpactione ⁊ cōplexione materiei ⁊ difficultate resolutionis. Talis g̃ vrina ex oi cā egritudinē significat ⁊ lōgā afflictionē ostēdit ⁊c. In fine g̃ interpollate febris si talis appareat ⁊ multa ex lacteo colore significat calorē deferuescentem. Sed ex tenuitate significat materiei subtilitatē: ex multitudine significat sufficientē purgationē: ⁊ ita egri liberationē significat. Sed si talis appareat sine febre dispositionē corpis ad idropisim portendit. His diligent ꝯsideratis q̄ dicta sunt manifesta est lr̃a ⁊ sensus lr̃e.

De colore albo lacteo ⁊ karopos.

Albescens karopos vel lactea spissa figurat.
Idropisim: colicam: lapidem: capitisq; dolorem.

(c) 2007 Ministerio de Cultura

Flegmatis exceſſum:membrorum reumata:fluxum.
Talis apoſtaſeos cauſam complexio ſoluit.

¶ Expoſitio.¶ Albeſcens karopos. Hic determinat egidius de calore albo lacteo ⁊ karopos cũ ſpiſſa ſubſtantia. Vnde talis eſt regula. Alba nãq; vrina in colore vel lactea vel karops:ſpiſſa in ſubſtantia ſignificat idropiſi:⁊ alias ſignificationes que ſecuntur in littera ⁊ tu ſpecifica ſic ſcribitur in cõmento valde bene.¶ Albeſcens karopos. Hic agit auctor de albo colore ⁊ lacteo vel karops cũ ſpiſſa ſubſtantia. Alba nãq; vrina remiſſior eſt q̃ lactea:vel karops. Et eſt hic color karops ſimilis camellor velleribus ideſt flauus ⁊ hii colores omnes cũ ſpiſſa ſubſtantia ſignificant idropiſim ideſt leucoſantiã ex multo tempore precedente:cũ quadã obſcuritate:⁊ perturbatione:⁊ appoſita manu liuida vel ſubcitrina apparet. Et talis vrina leucoſantiã confirmatã ſignificat:⁊ talem vrinã precedit alba ⁊ tenuis cũ quadã liuiditate ⁊ obſcuritate. Et nota q̃ talis vrina que idropiſim ſignificat potius debet eſſe alba q̃ lactea vel karops propter maiorem cruditatem digeſtionis. Idropiſis enim ſignificat errorem virtutis digeſtiue in epate. Color vero karops vel lacteus non tantã cruditatem materie. Poteſt tamen lacteus color vel karops in leucoſantia apparere. Sed albus color eam fidelius exprimit vt dictum eſt. Item vrina alba lactea vel karopos cũ ſpiſſa ſubſtantia ⁊ arenoſa ſignificat colicã:vel illiacã paſſionem ex crudo ⁊ viſcoſo flegmate aggregato in inferioribus inteſtinis. Vnde expreſſione flegmatis fecis egreſſio denegatur. Ex ventoſitate innata tortio ⁊ anguſtia ſentitur:vt videat pacienti quaſi quoddã terrebellum eius inteſtina perforare:vt de ſe ipſo refert Balt. in colica paſſione et illiaca:cũ ſepe videat alba ⁊ ſpiſſa:tamen de iure paſſionis ⁊ depoſitione vł diſpoſitione materiei talis debet eſſe vrina:que ſi ita eſt in inteſtinis:potius debet eſſe lactea vel karops:quia cũ materia contenta ſit in colon inteſtino vel ylion cũ remota ſit a viis vrinalibus non ſic poteſt imutare vrinã: vt eã reddat albã. Redditur ergo minus diſcolorata. ſ. lactea. Item vrina lactea vel alba ⁊ ſpiſſa lapidem ſignificat. ſpecifice ſi in fundo habeat ſedimẽ arenoſum. Talis ergo vrina potius debet habere colorem lacteũ quã albũ:qz licet pro flante debeat eſſe diſcolorata multũ tamen propter ebullitionem. ⁊ decoctionem ipſius humoris. vt in lapidem conuertat:redditur minus diſcolorata:vt lactea ⁊ ſpiſſa conſtituat pro conſumptione liquidar partiũ. Petrificatio nãq; ex aliquo humore non poteſt effici ſine aliqua decoctione. Ideoq; potius ſit lactea q̃ alba. Et eſt notandũ q̃ generatio lapidis fit. 4. de cauſis. ſ. ex abundantia ſuperfluitatũ:ex viſcoſitate ear ex anguſtia meatuũ:⁊ ex debilitate virtutis expulſiue. Cũ enim hec omnia concurrant humor diutius morans in veſica actione caloris decoquitur:⁊ liquidis omnibus partibus conſumptis ⁊ terreſtribus permanentibus fit duricies:⁊ petrificatio ⁊ arenar generatio q̃ ſimul coadunate ⁊ annexe lapidem efficiunt:qui ſi fuerit in renibus dolorem renũ facit imoderatum:ex

(c) 2007 Ministerio de Cultura

distensione partiũ ꝛ solutione continuitatis. Adest etiã dormitatio pedis cũ ipso rene colligãtiã habentis: ꝛ infrigidatio contingit: qꝛ spiritus ꝓpter emfrasim calculi non põt impendere beneficiũ siue calefactionis. Comprimuntur enim nerui: vnde aufert aditus spiritui animali: ꝛ ideo fit dormitatio pedũ ꝛ infrigidatio. Adest etiã dolor illiacus qꝛ cũ intestina cõprimunt ex calculo existente in renibus: ꝛ hoc ꝓpter eoꝝ colligãtiã: superfluitas prime digestionis retinet que cũ non possit emitti redundat ad ylion: ꝛ inflat: ꝛ torquet ipsum: ꝛ inde fit dolor illiacus. Et si lapis fuerit in vesica dolor est in pectore cũ pruritu ꝛ cũ difficultate mingendi ꝛ cũ ardore virge: quando vrina mingitur. ꝛ cõstipatio igitur ventris fit ex compressione longaonis. ¶ Capitisq; dolorem. Idest presentem vel futuꝝ significat vrina karopos vel lactea ꝛ spissa in substãtia. Si ergo vrina diu talis appareat significat dolorem presentem. Sed si de nouo apparere incipiat futuꝝ dolorem significat: hoc autem est in amphemeria cũ flegma diu fuerit i corpore. Calor enim qui iam diu egit in ipsum resoluit eius partes in fumositatem turbidam: ꝛ vaporosam que petens cerebrũ infert dolorem. Sed si flegma noviter incipiat dominari in corpore: calor agens in ipsum non dum in fumositatem sufficit resoluere. Sed diutius agendo resoluet ꝛ ideo futurus dolor significatur. Huiusmodi regule concordantiã habemus ab Ypo. in 4ª particula ampho. iuxta finem. Quibus in febribus vrine conturbate sunt velut subiugaliũ hiis capitis dolores aut adsunt aut aderꝛ. ¶ Flegmatis excessum vrina ergo alba vel lactea ꝛ spissa per totũ cũ inequali ꝛ impura substantia flegma naturale abundare significat sine febre: Alba est propter frigiditatem flegmatis. Natura enim frigiditati est dealbare ꝛ qꝛ flegma album est ideo habet dealbificare. Spissa est propter humiditatem cuius est inspissare. Inequalitas substantie significat ꝑturbationem fieri incorpore. Impuritas substantie significat defectũ naturalis coloris non valẽtis substantiã depurare. hoc ergo significat principaliter. ¶ Secũdo vero significat dolorem capitis ꝛ precipue grauedinem occipicii vbi est flegmatis sedes. vel significat indigestionem ꝛ significat lateꝝ inflationẽ: oris insipiditatem: saliuaꝝ abundantiã: sensus ebes: motus tardus fit: pigricia somnus: ꝛ dolor capitis ei cõcomitantur: q̃ omnia habent contingere ex resolutione grosse ꝛ crude materie: ex q̃ resolutione fumositas resolura et a debili calore non cõsumpta ad diuersas partes corporis pegrinans illas partes aggrauat ꝛ molestat: petens enim cerebrũ ex distensione miringaꝝ cerebri dolorẽ facit: ꝛ ad ipocundria respirans inflationem inducit. Et ascendens per isofagũ ad linguã ꝛ circa eã inspissata insipiditatem facit: et saliue abundantiã. Et per neruos diffusa sensum ꝛ voluntariũ motũ impedit. huius regule concordantia habeꝛ apud Theophilũ in cap. de pingui ꝛ alba vrina. Dicit nãq; Theophilus talis cõplexio monstrat crudũ humorẽ plurimũ abundare in vasis idest in venis ꝛ dñias diuersi flegmatis arrestari: vt est vitreũ falsum ꝛ sine q̃litate. ¶ Rebroꝝ reumata. Idest fluxũ humoꝝ ad aliqd̃ membrũ corporis sicut in apostematica collectione de fri-

(c) 2007 Ministerio de Cultura

gidis humoribus effecta:ꝑcipue si fuerit granulosa. ¶ Fluxū. Scilicet reumatis significat lactea vel karopos ꝛ spissa:specifice si fuerit pauca et turbulenta cum resolutionibus oblongis vel rotundis:ꝛ precipue si fuerit granulosa. ¶ Fluxū. Idest ventris solutionem significat karopos vel lactea ꝛ spissa:si fuerit pauca cum resolutionibus longis ꝛ rotundis.pauca est propter fluxum qꝛ spiritus ꝛ humores emittuntur a corde:quia calor debilitatur in epate ergo pauci generantur in humores:ꝛ ideo pauca est vrina.hoc enim dicit Ipo.vrina nocturna multum micta paruū secessum significat ꝛ multus secessus paucā vrinam significat. Resolutiones fiunt a flegmate descendente per stomacū ad intestina. Turbulenta autem ex ꝑmixtione humoꝝ. ¶ Talis commixtio. Idest talis coniunctio albi vel lactei coloris cum spissa substantia. ¶ Soluit. Idest solui significat. ¶ Apostaseos. Idest materiam apostematice collectionis ex purgatione materiei:que cruda est ꝛ flegmatica:vnde vrina discoloratur ꝛ inspissat. Et inde habemus concordantiam cū Ipo.in fine quarte particule inquit enim quibus spes est apostema ad articulos conuerti:exiēs ab apate vrina crassa ꝛ multa ꝛ alba facta velox in laboriosis febribus ꝛc. Item apud Theophilū vrina pinguis ꝛ alba multa veniens liberat egrū ab apate in articulis nato hiis qui dolebant liberat eos etiam qui in egritudine laboriosa erant:ꝛ qui diu fuerant in egritudine pinguiū humorum.

Ostendit quattuor esse regiones in vrina.

Sepe fit vrine distans substantia:dispar.
Vultus:vt a medio vel summo discreper imum.
Summa superficies:mediana:vel infima spissa.
Summam:vel mediam.vel partem concutit vnam.
Et similis simili seruit regio regioni.
In reliquis est consimilis ratio generalis.

¶ Expositio. ¶ Sepe fit vrine. ¶ Hic ostendit auctor in vrina.4.esse regiones:q̄.4.humani corporis regionibus correspondent:vnde notandū est ꝙ vrine substantia multotiens disconuenit in seipsa:qꝛ aliquando erit superius tenuis:inferius spissa:vel econuerso:ꝛ etiā color eius:qꝛ in parte superiori erit alterius coloris q̄ in parte media vel q̄ in parte inferiori. Hic ergo notant.4.esse regiones in vrina q̄ in humano corpore.4.regionibus attestant. Circulus enim ipsius vrine attestat supra membroꝝ animatoꝝ dispositionem.vtputa cerebri ꝛ miringaꝝ cerebri ꝛ triū cellularū. Secunda regio vrine.s.pars q̄ est contigua circulo significat dispositionem membroꝝ spiritualiū:ꝛ egritudines eoꝝ sicut dicet i cōmento. Tertia regio vrine attestat supra dispositionem membroꝝ nutritiuoꝝ.s.epatis stomaci splenis ꝛ similiū. Quarta regio.s.fundus attestatur supra dispositionem membroꝝ inferioꝝ que regio si in se cōtineat sedimen arenosum:

(c) 2007 Ministerio de Cultura

humores significat conglobatos: ⁊ molestationem significat generatiuoꝝ membroꝝ: ⁊ egritudines eoꝝ sicut in cõmento valde bene dicit. ¶ Cõmẽtum. ¶ Sepe fit vrine. ⁊c. Notandũq; .4. sunt regiones humani corporis: ⁊ prima est animatoꝝ membroꝝ: sicut cerebri ⁊ miringaꝝ: ⁊ triũ cellularum ipsius: ⁊ durat ista regio ab epigloti superius. Epiglotũ est membrũ qđ iacet supra tracheã arteriam. ⁊ dicitur ab epi qđ est supra. ⁊ glaurio qđ est membrũ: super eugłosuma. i. isofagum. Secũda regio est spũaliũ ⁊ continet cor ⁊ epar ⁊ tracheã arteriã ⁊ fistulas pulmonis: ⁊ durat ab epigloto inferius vsq; ad diafragma. Tertia regio est nutritiuoꝝ mẽbroꝝ ⁊ comprehendit stomacũ. splenẽ: epar ⁊ iestina ⁊ ꝛistim fellis ⁊ durat a diafragmate vsq; ad lumbos ⁊ renes. Quarta regio est generatiuoꝝ membroꝝ qui comprehendit lumbos renes ⁊ vesicã ⁊ didimos ⁊ matricem ⁊ testiculos matricis ⁊ vuluã ⁊ duos testiculos ⁊ vrigam virilem: ⁊ omnia que continentur a renibus infra. 4. sunt regiones humani corporis quibus cõfirmantur. 4. regiones vrine. prima quaꝝ est circulus: cui deseruit dispositio animatoꝝ membroꝝ. secunda est corpus aereũ vel superficies que est in superiori parte contigua circulo: ⁊ deseruit ei dispositio membroꝝ spiritualium: ⁊ spissa est: ⁊ magis turbulenta ⁊ attestatur male humiditati spiritualiũ membroꝝ: maxime si circulus fuerit grãulosus: ⁊ significat disniã: ⁊ asma aut aliquam collectionem materiei superflue circa spiritualia. vnde adest angustia anhelandi: ⁊ strictura pectoris. ⁊ quia spiritualia mẽbra sunt aerea emittunt aerem ⁊ inspirant. Tertia regio dicitur perforatiua quia perforatis membris attestatur idest stomaco epati ⁊ aliis nutritiuis que si nebulositatem in se habent vel spissitudinem: denunciat impedimentũ nutritiuoꝝ ex superfluis humoribus: sicut dolorem ventris ⁊ inflationem: rugitũ ⁊ indigestionem: fastidiũ ⁊ cetera acci^a: q̃ stomaci repletionem concomitantur. Quarta regio est fundus ⁊ in fine partis vrine q̃ sedimen arenosum in se continet ⁊ humores conglobatos ⁊ significat molestationẽ generatiuoꝝ: sicut nefresim: lithiasim: stranguriã ⁊ renũ ⁊ luniboꝝ doloꝛẽ: ⁊ partiũ adiacentiũ grauedinem. ¶ Distans substantia. Idest dissona ⁊ inequalis quantũ ad eandem vrinã: vt eadem in parte superiori appareat spissa: vel in medio vel in inferiori ceteris partibus in tenuitate permanentibus: vel econtra. Suprema regio significat molestari sicut singulis singula reddantur: similis regio vrine simili regioni corpis attestatur. In reliquis collectionibus rõ generalis est vt si in pte supioꝛi sit spissa vel i me^a vel i iferiori suprema regio corpis me^a vel ifima molestari significat.

De pallido colore vel subpallido ⁊ subcitrino.

Pallida cum pingui vel subcitrina liquore.
Flegmatice monstrat periodica frigora febris.
¶ Pallida cum tenui: coleram declarat adustam.
¶ Pallida subtenuis ex acri flegmate: febrem.

(c) 2007 Ministerio de Cultura

Pallida cui spissum mediocriter associatur.
Flegmatice craseos interpres fida probatur.

¶ Expositio. ¶ Pallida cũ pingui. Post p̃cedentes colores p̃ter agit auctor h̃ de colore pallido: subpallido: & subcitrino cũ spissa s̃ba tenui vel mediocri. Regula est: Urina in colore pallida vel subpallida vel subcitrina in s̃ba: per totũ spissa significat febrem interpollatã: ex flegmate naturali. s. cottidiana. ¶ Pallida cũ tenui. Secũda regula est. Urina in colore pallida vel subpallida: in substãtia tenuis: significat dominiũ colere aduste: & melancolie innaturalissime febre. ¶ Pallida subtenuis. Tertia regula. Urina in colore pallida vel subpallida tenuis mediocriter in substãtia. quottidianã significat de flegmate accetoso & indigesto. ¶ Pallida cui spissum. Quarta regula: Urina in colore pallida vel subpallida: in substãtia mediocriter spissa flegmaticum sanum significat. ¶ Commentum. ¶ Pallida cum pingui. Post al. colorem lacteũ & glaucum & Karopos subiungit capitulũ de pallido colore. Et etiã per pallidũ colorem cõprehendimus in ipsum pallidũ & subpallidum colorem ꝑm coniugationem spisse substantie. & tenuis: & mediocriter tenuis: quos sic debes colligere. Urina pallida vel subpallida vel succitrina. pallori vicina: i substantia per totũ spissa: significat cottidianã de flegmate naturali. ¶ Remissa est in calore propter flegmatis frigiditatem. Spissa vero ꝓpter humiditatem humoris flegmatici. ¶ Alia regula. Urina pallida vel subpallida in colore & in substãtia tenuis significat dominiũ colere aduste & melancolie innaturalis sine febre. ¶ Alia regula. Urina pallida in colore & subpallida in substãtia mediocriter tenuis significat cottidianã de flegmate accetoso indigesto: mediocri dico tendente ad digestionem. Omnisq̃ materia in sui digestione inspissat vrinam preter flegma vitreũ quod ex sua digestione eã attenuat. ¶ Periodica frigora. Idest circulares reuolutiones vel accessiones: quia a frigore proueniunt. ¶ Flegmate febrem. Idest cottidianã de flegmate naturali. ¶ Subtenuis. Idest remissa tenuitate vt notet diminutionẽ. ¶ Pallida cui spissum. Alia ponitur regula de pallido colore vel subpallido. Urina in colore pallida vel subpallida: in substantia mediocriter spissa sanum flegmaticum significat & cetera huiusmodi.

De colore pallido sequente albũ vel lacteũ vel glaucũ vel Karopos.

Si male dispositio precedat corpore glauca.
Lactea: vel Karopos: & pallida post videatur.
Signo pallorís vires natura resumit.
Et redit ad proprium vis digestiua tenorem.
In febre continua leuia: subpallida clara.
Pondus apostaseos in dextra parte futurum.

(c) 2007 Ministerio de Cultura

Indicat:affectu constante:vigore vigente.
Si fluor absentet ventris:aut viscera temptat.
Pallida spumosa pinguis liuens cinerosa.
Paucula:fit pestis ptisice non absona testis.
Si fluor accedit mors intrat vita recedit.
Crudor:r emfrasis:fluxus:consumptio:paucam.
Indicat vrinam:ratio contraria multam.

¶ Expositio.¶ Si male disposita ꝛc. Alia regula. precedente vrina alba in colore lactea glauca vel karopos:r vrina pallida in colore subsequatur fortificationem caloris naturalis significat.Et ꝙ ipsa natura corporis resumit vires suas.¶ In febre continua. Regula secūda. Urina pallida vel subpallida in colore:in substantia tenuis r clara in febre accuta apparens:cum bonis signis significat apostema futurum sub ypafra in parte dextra.Si autem talis vrina appareat malis concurrentibus signis:mortis periculum minaretur.¶ Si fluor absentet. Tertia regula.Urina pallida vel subpallida in colore:spumosa superius cum quadā liuiditate oleagina subcitrina:in quātitate pauca:solutione ventris circūscripta ptisim significat. Si vero tali vrina in ptisi existente superueniat fluxus mortale est ſm Ypocratem quinto amphorismorū. A ptisi habito diaria superueniens mortale est.¶ Crudor r emphrasis. In hoc loco assignat auctor quattuor causas paucitatis vrine:Et prima est cruditas materie. Secunda opilatio meatuum vt in stranguria. Tertia fluxus ventris. Quarta est ꝯsumptio substantialis humiditatis. Et cause istis contraria faciunt magnam vrine quātitatem.vt bona digeisto:meatuum apertio:Ventris constipatio:r caliditas temperata non consummens substantialem humiditatem. Omnia enim ista faciunt ad multiplicationem vrine.¶ Commentum.¶ Si male. Alia regula de pallido colore que assignatur ſm collationem pallide vrine ad glaucam vrinā Alba lactea vel karopos precedente.Sunt enim quedā iudicia simplicia quibus quādoq; iudicatur de vrina absolute ſm substantiam r colorem:non habendo respectum ad statum precedentem:vel ad considerationem aliarum circūstantiarum. Sunt etiam quedam iudicia electiua.quādo habetur respectus precedentis status:vel complexionis vel etatis:vel aliorum similium.Hic ponitur iudicium collationis:quia si corpore aliquo existente distemperato in frigiditate:vrina appareat lactea alba vel glauca: r post modicum tempus appareat pallida significat calorem naturalem resummere vires:vt fiat transitus de indigestione ad principiū digestionis.Et de frigiditate ad ꝯfortationem caloris naturalis. Naturalis enim calor resummit vires suas vel videtur resummere vires:vel significatur resummere eas.¶ In febre continua. In hoc capitulo:alia ratio vel regula assignat de pallido vel subpallido colore:quare sic collige. Urina pallida vel subpallida i colore:i substātia tenuis:r clara:in febre accuta

(c) 2007 Ministerio de Cultura

de flegmate vitreo aliis bonis signis concurrentibus significat apostema futurum sub diafragmate. ℞ vrina sit pallida:contingit propter frigiditatem materiei. ℞ autem sit tenuis ⁊ clara:contingit propter compactionem ⁊ cruditatem materie: ex quibus morbus prolixatur. Natura igitur prolixitate morbi aggrauata ⁊ stimulata non potest conuenientem ⁊ absolutam crisim eligere:vt purget materiam per fluxum sanguinis a naribus:vel per sudorem vel per fluxum ventris:vel per quãcũq; aliam purgationem competentem:facit ergo quod potest tãq; fatigata. Sed si debilis esset natura:nec adsint aliqua bona signa nuncia:vt si alba appareat:vel virtus esset debilis:tunc mortem minaretur. Sed quãdo sunt signa boni nũcia:sicut bonus appetitus:⁊ robur virtutis:⁊ fortitudo mentis:⁊ respiratio facilis:presumendum est q; in tali casu per talem vrinam quod debeat fieri determinatio per apostema sub diafra^e. Natura nãq; licet sit fatigata:⁊ materia sit cruda inquantum potest ad se. ⁊c. ¶ Deliberandum nititur. Transmittit ergo materiam de nobilioribus membris ad minus nobilia:de principalibus ad minus principalia scilicet ad dextrum ipocundrium:⁊ ad idem precipue quia propter presentiam epatis quod est membrum calidum ⁊ propter loci vacuitatem viget ibi virtus attractiua. ¶ Mondus apostaseos. Idest apostematicam collectionẽ de graui ⁊ ponderoso humore. ¶ In dextera pte. Idest in dextro ipocundrio sub diafra^e. Hec regula elicita est ab Ipocrate in pronosticis circa finem partis prime. Vbi dicit:accuta existente passione collectio si fuerit in ipocundriis ⁊c. ¶ Affectu constante. Idest bono appetitu cum aliis bonis signis. ¶ Constante vigore. Idest vigoroso permanente. ¶ Si fluor absentet. ⁊ ¶ Alia regula datur de pallido colore: per quem significatur ptisis. Regula sic colligenda est. Vrina pallida vel subpallida in colore spumosa superius cum quadã liuiditate oleagina:subcitrina:in quantitate pauca:solutione circũscripta:ptisim declarat. ℞ si in ptisi tali existente vrina:superueniat fluxus ventris: mortale est iuxta amphorismum Ipocratis qui ait in quinta particula amphorismor scilicet principium prope a ptisi habito diaria superueniens mortale est. ¶ Absentet. Quia talis fluxus ventris ex humorũ perturbatione ⁊ pauca humiditate redũdante ad epar posset apparere:⁊ ideo excludimus fluxum vẽtris ad certitudinem specificationis. ¶ Pallida. Naturali calore debilitato circa nutritiua:que spiritualibus compatiunt. ¶ Spumosa. Ex cõpressione:vel cõpassione pulmonis:in quo triplex est causa spumositatis.s.impetus motionis psentia siue violentia ebulitionis:pseutia ventositatis. ¶ Pinguis. Idest oleagine ⁊ magis in principio ex pinguedinis resolutione. ¶ Liuens. Ex infectione spirituũ ⁊ puluerulenta ⁊ spumosa materia q̃ per venã ꝯcauã redundans ad epar sanguinẽ inficit. ⁊ spiritũ ⁊ sanguinem corrũpit. ¶ Lineosa. Ex ptibus pulmonis resoluta:puluis enim est subcinerei coloris. ¶ Paucula. Ex ꝯsumptione humor. ¶ Pestis ptisice. Idest pestis que corpus depascit.

(c) 2007 Ministerio de Cultura

¶ Fluor. Idest fluxus vētris. ¶ Mors intrat. Idest multiplicata ꝯsumptione. ¶ Crudor. In ꝑdictis capᵗis frequent fuit posita doctrina de paucitate vrine. ⁊ ideo in hᵒ capᵗo causas paucitatis vrine auctor assignat que sunt quattuor. Prima causa. s. cruditas materie: vt in principio amphimerine. Scōa causa. ¶ Emfrasis. Idest opilatio meatuū: vt in strāguria litteriasis. Tertia cā est fluxus ventris: vt in disinteria in qua egestio multiplicat: ⁊ vrina paucificat. Quarta cā est ꝯsumptio membroꝝ. vt in ptisi. Humiditas nāq; que expelli debet in multiplicatione vrine: a violentia caloris depascit ⁊ anihilat: quod maxime est signū in febre accuta mortale. Ex ꝯdictis signis vrina multiplicat. s. ex digestione materiei: vt in solu ione amphimerine. tūc enim vrina alba ⁊ tenuis ⁊ multa debet occurrere. Item ex emphrasi remota: vel vigore nature: ⁊ medicaminibus diureticis multiplicat. Item ex ventris ꝯstipatione virtute attractiua vigente in epate: vt in habentibus calidū epar ⁊ siccū multa est vrina: ⁊ etiam in diabeticis. Similiter propter multā attractionem succositatis ex crapula vel ex refectione copiosa multiplicat vrina: ⁊ in potantibus diuretica: ⁊ ea cōmedentibus multiplicat vrina. Item multiplicat etiam vrina ex septem causis. ¶ Prima ex multiplicatione cibi: ⁊ negligentia exercitii. Secūda est multitudo humoꝝ non coctoꝝ: ex q̄bus multa resoluit vrina. Tertia est supfluitas cretica. Quarta est ꝯsumptio totius corpis. Unde corporis humiditate eliq̄ta a corpe multiplicat vrina: vt in ethica. Quinta est diabetes. Sexta est vsus diureticoꝝ. Septia est paucitas egestionū: ⁊ aliaꝝ supfluitatū. ¶ Pauca sik fit ex. 7. cauᵇ. Pria est paucitas ciboꝝ ⁊ nimiū exercitiū. 2ª opilatio meatuū. 3ª: accum humoꝝ cū vria vñ vesica pūgit: ⁊ se exonerare nitit. 4ª est mortificatio vesice: ⁊ expulsionis defect9: vñ vesica nō vz i attrahēdo neq; vz i emittēdo. 5ª est palepᵇ vesice: vt i senib9 vel pinguib9 ⁊ flamaticis dispositis ad palepsim. Aerui enim a multa humiditate remolliti: nō pñt vrinā ꝯtinere: donec colata sit. sz paulatim educit. 6ª est calor imoderat9: iteri9 i venis ꝯsūmens humiditatē corpis vt i accutis. 7ª est multitudo egestionū: ⁊ aliaꝝ supfluitatū: vt fluxus vētris ⁊ sudor nimius. ¶ Crudor. Idest cruditas materiei. ¶ Emphrasis. Idest opilatio. ¶ Fluxꝰ vētris. Idest solutio ex consumptione mēbroꝝ vt in ptisicis ⁊ hoc est quod dicit auctor.

De colore citrino.

Est multis tenui citrina referta figuris.
Emlegaticum iuuenem: vel quem niger afficit humor.
Condemnat triteo: duplici senis impedit annos.
Continua pueru: iuuenem cui fel dominatur.
Portendit sanum. proprio Karactere signat.
Talem constituit quartana planetica febris.
Autumno potius: ⁊ subrumalibus horis.
Thoracis: splenis: epatis delicta fatetur.
Pectoris offensam: se iunctis obsita granis.

(c) 2007 Ministerio de Cultura

Splenem:si multis radiis virgata corruscant.
Siccum demonstrat epar cum largo fusa liquore.
In febre continua sub morbi lumine:talis.
Prolixando malum fert detrimenta vigoris.
In medio:freneſim monstrat:sub fine duelli.
Besignat cretice firmari federa pacis.
Flegmatis ⁊ colere quem conficit vnio reddit.
Citrinam tenuem citri conterminus humor.
Plus tenuem crudus:tenuemq; minus resolutus.
Intensam cum febre magis sine febre remissam.

¶ Expositio. ¶ Est multis tenuis. Postq; determinatū est de colore palido:h agit auctor de colore citrino ⁊ subcitrino ſm copulationem cū tenui substantia:⁊ mediocri. vnde vrina in colore citrina vel subcitrina cū tenui substantia vel mediocri multa potest significare. Et hoc ſm diuersitatem etatū:complexionū ⁊ sexuū diuersa ⁊ diuersa habet sīgre. Unde vrina talis apparens in iuuene flagmatico vel mlico simpiicem significat tertianā. ¶ Duplici. Secunda rª eadem vrina apparens in sene tertianā duplicem significat. ¶ Continua puer. Tertia rª eadē vrina. ſ. citrina tenuis apparens in puero significat cōtinuā. puer intelligit h vsq; ad. 14. annos. ¶ Iuuenē cui semel. Quarta rª predicta vrina in iuuene colerico apparente cū pura ⁊ equali substantia:potes sanū colericum iudicare. ¶ Talē constituit. Quinta rª eadem vrina apparente ⁊ p̄cedente:⁊ p̄ci pue ī tempore autūpnali vel hiemali ⁊ sup̄ longo tempore quartanā erraticā iudicabis. vnde sciendū q; talis vrina apparet in die post accessionem. quia quāuis de mlia naturali debeat apparere discolorata:tamen quia febrilis calliditas acensa fuit in materia:colorem recipit:⁊ sic apparet citrina vel subcitrina. ¶ Toracis. Ista eadem vrina significat vitiū pectoris splenis ⁊ epatis:⁊ sic distingue. Pectoris:quia vrina fit citrina cū tenui substantia. Sed magis tenuis in superiori regione:⁊ maxime cū granis ⁊ ampullulis:apparente indicat super pectoris vitiū:⁊ strictura:ratio huius sufficienter traditur in cōmento. ¶ Splenis. Eadem etiā vrina citrina vel subcitrina in caloze:tenuis in substantia:⁊ multū clara:radiosa vel virgulata splenetica significat passionem. Ista etiam vrina potest significare emorroidā passionem. ¶ Sicut monstrat. Urina citrina ⁊ tenuis multa in quātitate cū macilentia corporis ac siccitate:⁊ ventris cōstipatione:tunc epar distemperatū in siccitate indicabit:ratio huius vero sufficienter traditur in cōmento. ¶ In febre. Alia rª vrina eadem citrina ⁊ tenuis:apparens in febre cōtinua ⁊ acuta. Et hoc in principio:significat materie cruditatem:⁊ sic morbi longitudinem. Et ideo timendū est merito:de virtute:ne deficiat. ¶ In medio. Talis etiā vrina si appareat in febre continua ⁊ accuta in medio. ſ. egritudinis ⁊ p̄cesserit vrina rubea:vel subrubea nec facta sit aliqua purgatio cretica supra freneſim ex raptu materie

(c) 2007 Ministerio de Cultura

supius ad cerebrū iudicabis. Sed si facta fuerit aliq̄ purga⁹ cretica ꝛ talis appareat tūc supra alleuiationē infirmi ꝛ eius ꝙualescentia ab egritudine iudicabis. ¶ Flātis ꝛ coleꝝ. ℜe^ vrina citrina cū tenui substātia colerā citrinā significat abūdare. ℜotandū est ꝙ colera citrina generat ex cōmixtione colere rubee ꝛ flātis naturalis. vñ ex albedine ipsius flātis rubedo colere remittitur ꝛ sic efficit color citrinus: ꝛ ex spissitudine ipsius flātis colere tenuitas remittit: ꝛ sic generat colera citrina vt dictū est ꝛ ex admixtione istius colere citrine in vrina reddit minus colorata ꝛ minus tenuis q̄ ex admixtione colere rubee naturalis. ¶ ℘lus tenuē. ℑsta colera citrina aut est digesta aut indigesta. Si digesta tūc reddit vrinā minus tenuē qꝛ sui digestione vrina aliqualit inspissat. Si ꝙo illa colera citrina sint indigesta tūc reddit vrinā magis tenuē qꝛ ꝓpter sui indigestionem nō resoluit aliquis humor grossus cū vrina qui ipsam vrinā posset inspissare vel reddere magis spissam. ¶ ℑntensam. Si illa colera citrina accedant ꝛ iflāment caliditate febrili tūc ipsa vrina magis intendit i colore. Si vero sine febre vrina remittitur. Et illa sufficiāt de illo colore citrino. ¶ Talem ꝓstituit. ℜota ꝙ si vrina citrina apparuerit in auptūno q̄n brūne cadūt talis pōt significare quartanā ꝛ hoc dico erraticā ꝛ dī planetica qꝛ tenet modū quorūdā planetaꝝ sicut martis mercurii iouis veneris ꝛ saturni. ¶ ℑn febre ꝓtinua. ℜota ꝙ talis vrina. ſ. citrina ꝛ tenuis apparens in principio ꝓtinue fe. significat lōgitudinē egritudinis q̄ terminabit ad mortē. Si aūt appareat in me⁹ siue in statu egritudinis significat raptū materiei ad frenesim faciendā. ℑn fine aūt egritudinis apparēs bonā determinationē ipsius egritudinis significat. ſ. sanitatē. ¶ Cōmentū. ¶ Est multis tenuis. ℑsolt pallidū colorem agit auctor de citrino vel subcitrino ꝑ mixtionē eius cū tenui substātia ꝛ etiā cū mediocritate tenui. Vrina citrina in colore tenuis in substātia per totū ad diuersa equiuocat ꝛ signa ꝑ diuersitatē cōplexionū sexuū ꝛ etatē aliud ꝛ aliud habet significare. Nā in iuuene flegmatico si talis appareat significat tertianam simplicē nō enim est accōmoda flegmatice cōplexioni cū in flegmatico sano debeat esse pallida vel subpallida cū pura ꝛ eq̄li substantia ꝛ mediocri. Qꝛ ergo appareat citrina ꝫ legē cōplexionis significat excessum caloris ꝛ colericā accēsionē. Nā si flegma accēderet vt faceret febrē substantiā inspissaret ꝛ colorē remitteret. Si mlia esset in ea q̄uis substātiam attenuaret colorē tn nō intenderet. Si ꝙo esset in ea sanguis substātiā inspissaret ꝛ talis color intensior esset. Sequit ḡ ꝙ talis vrina aliis circūstātiis circūscriptis in flegmatico corpe ꝛ i melācolico significat tertianā simplicē. ℑn sene aūt talis apparēs significat duplicē tertianā ꝛ maxime in flegmatico vel melācolico qꝛ tū ex etate tū ex cōplone magis distat ab eius natura. Et ideo distempantiā maiorē portēdit cū i sene flegmatico vel melācolico debeat esse alba vel lactea ꝓp defectū nātis caloris. Si ꝙo in puero talis appeat vsq; ad. 14. annos febrem in eo significat ꝓtinuā: licet enim in pueris debet esse colorata ꝛ spissa ex etate tn qꝛ meatus sunt angusti non pnt sic humores

(c) 2007 Ministerio de Cultura

emitti quoꝝ admixtione cū vrina fit coloratio ⁊ cuius inspissatio remanet ergo discolorata:q̄re paꝝ colerata in puero maius significat malū q̄ multū colorata in iuuene. Est etiā discolorata in pueris pp inordinatā dietā ciboꝝ ⁊ potuū susceptionē ⁊ pp gulositatē. Jtē vrina citrina ⁊ tenuis cum pura ⁊ eq̄li substantia sanū significat colericū. Eadē longo tpe ꝓcedente ⁊ maxime auptūno vel hyēme designat erraticā vel q̄rtanā ⁊ talis appareꝝ post diē accessionis. licet enim de melācolia naturali debeat esse discolorata. Tamen ex febrili distēperātia accensa materia occurrit citrina vel subcitrina. Jtē vrina citrina cū tenui substātia magis tenuis in supiori pte ⁊ ꝑcipue cū ampullis ⁊ grauis significat vitiū thoracis ⁊ pectoris strictura ⁊ quādā ꝑparationem ad ptisim. Phisicā seu theoricā sic collige. ſ. q̄ sit tenuis cum tali colore non ex caliditate: qꝛ calor intensior esset si se distempe rantia caliditatis ingereret. Non est tenuis ex frigiditate qꝛ intensio frigiditatis eā potius dealbaret humiditas non reddit eā tenuem quia potius inspissaret. Fit ḡ tenuis ex siccitate. vnde distempantia siccitatis insinuat in corpe: ⁊ maxime quia circa pectus ⁊ thoracē mēbra sunt sicca ⁊ ossuosa: ⁊ ideo adueniente distempantia sitī maxᵉ ledunt sicut ex ꝺriis iuuant. Q̄ aūt sit magis tenuis supius inde maior desiccatio circa thoracē ostendit. q̄ si ampulosa appareat ⁊ granulosa: thoracem ex angustia ⁊ siccitate magis affligi significat. Jtē citrina vel subcitrina in colore: in substantia tenuis limpida multū ⁊ clara. Si fuerit quasi virgulata ⁊ fenestrata splenetican passionem significat. vnde illa virgulatio fit: supius dictū est. Talis etiā vrina potest significare vitiū ꝺdilomatū: ⁊ emoroidaꝝ. Jtem vrina citrina ⁊ tenuis multa in q̄titate cum siti ⁊ macilencia corporis: ⁊ ꝺstipatione ventris significat distemperantiā epatis in siccitate. Epar nāq̄ siccum multum attrahit de succositate ab intestinis: vnde vrina multiplicabitur. dolor adest in dextro ipocūdrio: ⁊ videt pacienti q̄ quasi q̄dam flāma ad guttur suū ascendat ex calido ⁊ fumo supius respirante. Jtem vrina citrina ⁊ tenuis in fe. accuta in principio apparens: significat cruditatem materiei: ex cruditate ꝓlixitatem morbi. Et ex prolixitate defectū virtutis nūnatur. vnde timendū est ne natura deficiat in via. Si vero in meᵒ morbi ⁊ in statu talis vrina appareat p̄cedente rubea vel subrubea non facta aliqua purgatione cretica freneſim significat ex raptu materiei ad cerebrum. Sed si precedente cretica determinatione vrina citrina ⁊ tenuis appareat tunc alleuiationem pacientis significat: ⁊ ꝺualescentiā infirmi. ⁊ declinationem morbi. Littera plana est. ¶ Figuris. Jdest significationibus. ¶ Niger humor. Jdest melancolia. ¶ Triteo. Jdest tertiana simplici. ¶ Duplici. ſ. tertiana. ¶ Jmpedit. Jdest inuadit. ¶ Fel. Jdest colerā. ¶ Karactere. Jdest dispositione. ¶ Quartana. Jdest de mītia naturali post diem accessionis. ¶ Planetica. Jdest erratica. ¶ Autūpno ⁊c. In quibus frigidi humores impetum faciunt. ¶ Limine. Jdest in principio in meᵒ ⁊ in statu. ¶ Sub fine duelli. Jdest crisi celebrata. ¶ Flegmatis ⁊ colere. Alia regula pro

(c) 2007 Ministerio de Cultura

ponitur de vrina citrina cum tenui substantia. s. quia talis vrina significat coleram abundare citrinam que generat ex cōmixtione rubee colere ⁊ flegmatis naturalis: frigiditate ⁊ humiditate flegmatis remittitur calor colere ⁊ siccitas. Spissitudine flātis remittitur colere tenuitas. Albedo flegmatis ruborem colere remittit: ⁊ ita fit colera citrina: ex qua redditur vrina minus colerata ⁊ tenuis q̄ ex colera rubea naturali. Sed colera citrina. Alia est digesta alia est indigesta. Ex colera citrina indigesta vrina redditur subcitrina: ⁊ multum tenuis. Et hoc ideo quia cum sui indigestione repugnat nature expellenti non emittitur aliquis grossus humor cum vrina: cuius admixtione vrina possit inspissari. Ex colera citrina digesta fit vrina subcitrina ⁊ mediocriter tenuis quia cum colera citrina digesta non repugnet expulsioni tunc aliquis grossus humor cū vrina emittitur vnde a tenuitate immittitur. Si vero accendat colera citrina cum distemperantia febrili: tunc vrinam reddit magis intensam in citrinitate. Sine febre vero reddit eam remissiorem. Colera vitelina disponit vrinam remissiorem q̄ colera citrina: ⁊ minus tenuem: quia fit ex commixtione vitrei flegmatis ⁊ colere rubee. Que vero acci^a sequantur ex colera citrina ⁊ vel vitelina ex aliis humoribus in libro nostro de sinthomatibus dicetur. ¶ Humor citri conterminus. Idest qui assimulatur malo citrino in colore. Unio flegmatis ⁊ colere. Idest commixtio. ¶ Confecit. Idest constituit talem humorem. ¶ Reddit. Scilicet vrinam citrinam in colore ⁊ tenuem in substantia. sed distingue: quia. ¶ Crudus idest quando est indigestus reddit eam plus tenuem: quia magis resistit expulsioni. ¶ Resolutus idest digestus reddit eā minus tenuem. quia idem resoluitur ⁊ purgatur cū vrina ⁊ cum febre: quia tunc materia incendit sine febre: q̄ febrili accessione remota calor materie antecedēs lētescit.

De ruffo colore ⁊ subruffo.

In ruffum vergens puri color emulus auri.
Equalis: purus: medius: cui se liquor vnit.
Corpus eucratici validos denunciat actus.
In puero: iuuene: sene: flegmatico: muliere.
Ruffa manens tenuis notat hec incōmoda febris:
Continuam: triteum: duplicem. Sed tempore longo.
Epatis offensam: vel febrem quadriduanam.

¶ Expositio. ¶ In ruffum. Determinato de calore citrino ⁊ subcitrino: p̄nter agit h̄ de colore ruffo: ⁊ subruffo. s. in silitudinē auri puri. Re^a vrina ruffa vel subruffa in colore cū pura ⁊ eq̄li ⁊ mediocri substantia: corpus eucraticū significat idest in optimiate complexionis. ⁊ hoc habetur a Salī. in p^o de crisi. In ca^o de vrina: ratio huius est: q̄ cū corpus eucraticum sit in temperamento vrina existens in temperato habet ipsi attestari quia color ruffus medius est inter colores significantes excessum in fri-

(c) 2007 Ministerio de Cultura

giditate ꝛ exceſſum in calliditate. Et etiã ſubſtantia vrine media eſt inter tenuitatem ꝛ ſpiſſitudinem. ꝛ ita ſignificat ꝛpamentũ in ſiccitate ꝛ humiditate. Eſt iſta eſt ſententia tertiũ prioꝝ verſuũ. ¶ In puero. Alia regula de ruffo coloꝛe cũ ſubſtantia tenui: ꝛ habet tertia mẽbꝛa. ꝛ ſunt iſta: quotienſcũq; videbis talẽ vrinã ruffam vel ſubruffã in coloꝛe: ꝛ tenuem in ſubſtantia in puero: iudica fe. continuã: in iuuene iudica ſimplicem tertianã: in ſene ꝛ flegmatico ꝛ muliere iudica duplicem tertianã. ¶ Sed ꝛpe longo. Ideſt ſi talis vrina apparet longo ꝛpe p̃cedente: nec adſit fe. caleſactionem epatis iudicabis. Sed ſi ſit febꝛis tunc illa febꝛis eſt quartana ꝛ maxime in autũpno ꝛ hyẽme. ¶ Cõmentũ. ¶ In ruſſum vgens. Poſt citrinũ coloꝛem agit auctoꝛ de ruffo coloꝛe ꝛ ſubruffo ſm coniugationem tenuis ſubſtantie ꝛ ſpiſſe: vel mediocriter tenuis vel mediocriter ſpiſſe. Et primo oſtendit q̃ ſit vrina eucratici coꝛpis: ꝛ eucratici coloꝛis. vrina nãq; ruffa vel ſubruffa in coloꝛe puri ꝛ equali ꝛ mediocris in ſubſtantia: coꝛpus eucraticũ ſignificat. Deſignat nãq; tempantiã humoꝝ ꝛ equalitatem. Et talis coloꝛ fit ꝓpter ꝛpantiã caliditatis ꝛ frigiditatis. ꝛ talis ſubſtantia fit ꝓp ꝛpantiã ſiccitatis ꝛ humiditatis. Vel aliter ex calidis humoꝛibus vrina fit coloꝛata: ex frigidis diſcoloꝛata: ergo ex ꝛpantia eoꝝ ex equali cõuenientia nec coloꝛata nec diſcoloꝛata appaꝛet: ſed potius ruffa cũ quadã rutilancia ꝛ claritate: tãq; auꝝ eurizon qui coloꝛ equaliter diſtat ab extremis. Et ſicut eſt medius ita ꝛ mediocritatem deſignat. Ex ſiccis humoꝛibus vrina attenuatur. Et ex humidis inſpiſſatur ergo ex equali cõcuenien^ ꝛ cõcurſu eoꝝ fit vrina in ſubſtantia mediocris: vt magis vergat in tenuitatem q̃ in ſpiſſitudinem. Equalitas ſubẽ nullã ſignificat in coꝛ^e fieri ꝓturbationem. Nã quibus vrine diſtãtes ſunt hiis humoꝝ ĩ coꝛpoꝛe fit ꝓturbatio. Puritas ſubẽ quãdo. ſ. non eſt obſcura nec obumbꝛata nec feculenta ſignificat naturalis caloꝛis foꝛtitudinem valentis humoꝛem depuꝛare. Qꝛ ſi ruffa ſit in coloꝛe ꝛ mediocriter ſpiſſa cũ pura ꝛ equali ſubſtãtia ſanũ ſignificat ſanguineum ꝛ ꝛpantiã humoꝝ ſignificat. Sed inequalitatem humoꝝ qꝛ ſignificat dominiũ ſanguinis. ¶ Coloꝛ vrine vergens in ruſſum. Ideſt exꝛeſſe ruſſus vꝛemulus ruſſedini. ¶ Puri auri. Ideſt ſimilis puri auri ideſt eurizon. ꝛ dicitur eurizon ab eu qđ eſt bonũ ꝛ riſon qđ eſt auꝝ inde eurizon ideſt bonũ auꝝ: qꝛ auro bone radicis aſſimilat: nõ auro alezca vel aluea veniente qđ eſt pallidũ. ¶ Lui. Ideſt coloꝛi p̃dicto. ¶ Se vnit. Ideſt copulat ꝛ aſſociat. ¶ Liquoꝛ. Ideſt ſubſtantia. ¶ Equali. .ſ. ſine aliqua perturbatione ꝛ nõ eſt diſtans ſm omnes ſui partes. ¶ Purus Ab omni nebuloſitate. ¶ Medius. Ideſt mediocris inter extremitates. ¶ Talis inq̃. ſ. coloꝛ. ¶ Denunciat. Ideſt exꝛimit. ¶ Validos actus. Ideſt perfectã opationem virtutũ ex ꝛpãtia ꝛ equalitate humoꝝ coꝛpoꝛis p̃cedente: nõ cuiuſliber: ſed eucratici bene ꝛpati. ¶ In puero iuuene ꝛc. Alia ponit regula de ruffo coloꝛe cũ tenui ſubſtantia quia in puero ſignificat fe. continuã. ſignificat in iuuene. Triteum. Tertianam ſimplicem. ¶ Sed in ſene flegmatico ꝛ muliere ſignificat duplicem ter-

(c) 2007 Ministerio de Cultura

tianam. ¶ Tempore longo. Precedente febre circunscripta significat offensam epatis. i. calefactionē. ¶ Febrē quatriduanā. Idest quartanā notā significat. si diu talis vrina supradicta appareat cū febre: ⁊ hoc. s. maxime habet veritatē in autūpno ⁊ in hyēme. Rōs vero hoc accidentū cā breuitatis ptrāsimus: qz in cap. de colore citrino de hiis sufficienter explanauimus. ⁊c.

Alia regula de colore ruffo.

Principio cause dum sunt noua semina morbi.
Ruffa parum tenuis: cuius summam regionem
Nubes rara tenet: motu generata caloris.
De salso tipicam succendit flegmate febrem.
Sed triteum morbo iam procedente figurat.
Spissa parum iam non triteum: magis inductiosam.
Indicat ex salso: vel dulci flegmate febrem.
Flegmatis at salsi mordax exuberat humor.
Et sine febre furens enormes excitat actus.
Extremas pungens feruoris. acumine partes.
Si subruffa parum tenuis nec nubila fiat.
Et talem seruet constanti tempore formam.
Idropico talis portenditur exitialis.

¶ Expositio. ¶ Principio cause. Hic dat alia regula de colore ruffo cū substantia mediocriter tenui: ⁊ est. s. vrina ruffa in colore ⁊ mediocrit tenui in substantia in principio passionis nebulosa ⁊ vmbrosa ex motu caloris p resolutionem fumositatis significat febrem interpollatā de salso flegmate. Sed egritudine iam pcedente significat tertianā. vnde sciendum est qꝫ si a principio morbi vrina magis accedat ad spissitudinem ꝙꝫ ad subtilitatem: tunc sine dubio significat quotidianā solū interpollatā supra de flegmate salso vel dulci: de salso si accedat ad spissitudinem. De dulci si incipiat inspissari. Et ista est sententia. 7. versuum vsqꝫ ibi flegmatis at salsi. Alia regula. vrina ruffa in colore cū mediocri tenui substantia: nō superius obumbrata: cū impura ⁊ inequali substantia flegma salsum significat abundare sine febre. Debet tamen ista vrina in superiori parte esse magis spissa: vrina ista reddit i colore medio mediocri. s. subruffa qz p mediocri calore ipsius flegmatis salsi mediocris fit ebulicio: ⁊ sic mediocris color fit: non obūbrata qz non est ibi febris. inequalis est substantia: qz ex flegmate dz esse spissa ⁊ ex siccitate qz salsum debet esse tenuis: ⁊ sic ex vtraqꝫ redditur inequalis. s. superius: ⁊ tenuis inferius. Et ideo notandū est qꝫ ex isto flegmate salso ⁊ mordicante ⁊ abundante attrahit ad extremitates. s. manus ⁊ pedes: ⁊ hꝫ rōne mobilitatis istaꝝ partiū. Vnde vrina aliquotiens significat pruritū per totū corpus vniuersaliter: ⁊ aliquādo particulariter: si ergo per totam vrinā appareant resolutiones tunc per totū corpus vniuersaliter: scabies

(c) 2007 Ministerio de Cultura

iudicatur. Si vero in superiori parte vrine tunc in superioribus membris pruritus ⁊ scabies signi in media regione vrine: tunc iudiciū est nutritiuorum membroꝝ. Si vero appareant in infima regione tunc scabies ⁊ pruritus pedū tibiaꝝ ⁊ coxaꝝ significat. ¶ Si subruffa. si talis vrina subruffa i colore: paꝝ tenuis in substantia: sine nubulositate appareat per longū tps in idropico: tunc significat destructionem ⁊ mortem: sic dicetur in ꝓmento: ⁊ hoc ꝓ̄ueit ipocra. i ꝓnosticis: dicit enim omnis nāq; idrops ℞. ⁊ i theophilo. ¶ Commentū principio cause. Alia regula de ruffo colore cū substantia mediocriter tenui. ¶ Dum sunt noua semina morbi id in principio passionis dum passio adhuc est noua ⁊ tenera. ¶ Ruffa in colore. ¶ Parum tenuis. ℑdest a tenuitate remissa. ¶ Nubes rara. ℑdest nebulosa quadā vmbrositate motu caloris per resolutionem fumositatis generata. ¶ Tipicā. idest interpollatā. ¶ Triteū. idest tertianā. ¶ Morbo accedente. idest iam materia digesta. Sed si a principio appareat parum spissa. i. magis accedens ad spissitudinem q̄ ad tenuitatem iam non significat nisi quottidianam: ⁊ sublata est equiuocatio tertiane. ¶ Inducios am. idest interpollatā de salso flāte si accedat ad spissitudinem. ¶ Vel dulci. Si inspissari incipiat. ¶ Flegmatis at salsi. ℘onitur regula de ruffo colore cum mediocriter tenui substantia: quā sic collige. Vrina in colore subruffa: ⁊ in substantia mediocriter tenuis: ⁊ non superius obumbrata: cum impura ⁊ inequali substantia flegma salsum sine febre significat: abundare. Sed in superiori parte debet esse magis spissa: ⁊ ex equalitatibus flegmatis salsi vrina redditur in colore mediocris. ſ. subruffa: quia pro mediocri calore flegmatis mediocriter fit ebulitio: ⁊ pro mediocri ebulitione fit mediocris: ⁊ non est obumbrata: quia non est accensio febrilis caloris. inequalis est in substantia: quia ex flegmate debet inspissari: ⁊ ex siccitate attenuari ergo pro vtraq; redditur inequalis substantia. ſ. superius: ⁊ inferius tenuis. Spissa est vrina superius: quia cū ipsa vrina effundit aliquid spiritus ⁊ fumositatis: ⁊ qđ leue est de natura petit superiora: qđ ꝙ vrina est subtile per spiritus ascendit ⁊ perforat ab illis: qđ vero superius est natat per vrinam impellitur ergo ad superficiem materia: ⁊ inspissatur vrina. itē ex mediocri calore illius flātis aliqua fit ebulitio: ⁊ per eā alique partes resoluuntur ex humore: q̄ leuigate ⁊ inspissate: petunt superficiem. ¶ Mordax idest mordicans membra ⁊ pungens ꝓpter colericā infectionem. ¶ Enormes actus. i. pruritū ⁊ scabiem. ¶ Extremas partes. sicut manus ⁊ pedes ⁊ crura. Ad istas enim partes rōe mobilitatis potius attrahuntur ⁊ pelluntˇ superfluitates. Sed distingue. quia quādoq; vrina significat vniuersalem pruritū multū totius corporis quandoq; particularem: vt in supremis partibus. vel in infimis vel in mediis. Si ergo appareant resolutiones in suprema parte vrine tunc superiorū partium significatur pruritus: si in media nutritiuoꝝ. Si inferius coxarum crurū ⁊ pedum. Si autem per totam vrinā appareant resolutiones. totius corporis scabies ⁊ pruritus indicantur. ¶ Subruffa. idest parum tenuis: quia si

(c) 2007 Ministerio de Cultura

ne febre. ¶ Non nubila. ideſt non nubiloſa. ¶ Conſtanti tempore. vt propter perſeuerantiam malicia deſignetur. ¶ Idropico. ideſt leucofantico. ¶ Talis ideſt ruffa vel ſubruffa. ¶ Portenditur exicialis. ideſt funeſta ⁊ pernicioſa quia febrem ſignificat accendi in humoribus facientib⁹ idropiſim: qui cum multi ſit prius conſummit ſubtilis humiditas calore febrili ꝯ ipſi recipiant aliquā diminutionem. Omnis nāq; idrops in accuta egritudine malum vt dicit ipo. in pronoſticis. Infeſtatur enim paciens fe. grauedine ⁊ doloze ⁊ triplex funiculus difficile rumpitur: ⁊ ideo exicialis ideſt mozalis eſt in idropico talis vrina: quia ſignificat ſpeciem idropiſis incurabilem. ſ. aſchlitem ⁊ tipanitem. Item habetur apud theophilum dicentem vrina ruffa in idropico mala: quēadmodū aquoſa vtilis.

De ruffo coloze cum ſubſtantia mediocriter ſpiſſa.

Ruffa parum pinguis: retinens vmbzacula nubis.
Indicat accendi febzem. de flegmate dulci.
Infra ſubſiſtens: coloz: ⁊ ſubſtantia conſtet.
Flegmatis exceſſus dulcis ſine febze notatur.
Ruffa parum pinguis: tenuis vel liuida conſtans.
Vmbza quibus fiunt ſpiramina: flegmate dulci.
Vel falſo monſtrat: certa ratione grauari.
In muliere magis poztendit pzobza monere.
Si coloz eſt ruffus: pinguis ſubſtantia: febzem.
Signat continuā de flegmate vaſa tenentem.
Si ſit cauſa recens: ⁊ ſummum liuoz obumbzet.
Aut minoz innuitur: aut pleureſis inſinuatur.
Si vetus: aſchlites magis: aut empima notatur.
Debile reumata membzum turbante querela.
Diſponi poterit pinguis: ruffiq; colozis.
Si ſpumoſa magis fiat: cineriſq; colozis.
Emula: diſtincte liuens: ſubruffa remiſſa.
Ad loca pulmonis mozbus lateris peregriuat:
Pinguis: ruffa: parum liueus: oleagina: crinis.
Obſita ſit febzis etbice ligata fidelis.

¶ Expoſitio. ¶ Ruffa parum. Poſtq; determinatum eſt de ruffo coloze cum tenui ſubſtantia: ⁊ mediocriter tenui: hic datur regula de ruffo coloze cum ſubſtantia mediocriter ſpiſſa. Regula eſt iſta quandocunq; videbis vrinam in coloze ruffam: in ſubſtantia mediocriter ſpiſſam et ſuperius obumbzatā cū non pura ⁊ inequali ſubſtantia: iudica quottidianā de flāte dulci. ¶ Infra ſubſiſtēs. Si aūt coloz remittat ⁊ ſit ſubruffus ⁊ remaneat ſubſtātia mediocrit ſpiſſa: tunc ſignificat abūdātiā flātis dulcis ſine febze.

(c) 2007 Ministerio de Cultura

¶ Rubea pax ping. Alia reª quotienscũq; videbis vrinã ruffam in colore in substãtia mediocrit tenuẽ:vel spissam:t sit in supiori pte liuida lõgo tpe talis pseuerãs:significat flegma dulce vel salsum in spũalibꝰ abũdare.
¶ In muliere. Si talis vrina appareat in muliere hic colꝰ significat matricẽ ꝓgrauatã ex flãte salso vel dulci:qꝛ quidã meatus cões sunt viis vrinalibus t matrici. Et tũc apparẽt in vrina q̃dã resolutiones:q̃nq; albe: q̃nq; nigre squamose:t non distinguit liuiditas in vrina nisi cũ manus apposítione. pp hꝰ qꝛ ruffus colꝰ impedit t tũc cũ in matrice materia est contenta adest dolꝰ in dextro ipocũdrio cum inflatione quadã t extensione.
¶ Si colꝰ est ruffus. Alia reª de ruffo colore cũ substãtia ꝑ totũ spissa:t est ista:q̃ncũq; videbis vrinã ruffam vel subruffam in colore:t in substantia ꝑ totũ spissam:obũbratã t obscurã sine liuiditate:tunc iudica febrẽ ꝯtinuã de flegmate naturali intra vasa putrefacto ꝛc. ¶ Si sit cã recens.

Alia reª quotienscũq; videbis vrinã ruffam in colore:in substãtia ꝑ totum spissam:liuidã supius manu opposita sine resolutionibus furfureis tpe pauco ꝓcedentẽ:minorem emittriteũ iudicabis. Est aũt minoꝛ emittriteus ſm qꝺ vult auctoꝛ sequens petri musandini auctoritatẽ ex colera putrefacta ex̃ vasa ex flãte intra. Ex colera vrina debet colorari t ex flegmate discolorari ꝓ eoꝝ mixtione cũ vrina. Et ita ex vtroq; reducit ad mediũ colorẽ.s.ruffum vel subruffum. Liuida est ista vrina supius pp humoris corruptionẽ. Et qꝛ humoꝛ corruptus est paucus t etiã ruffedo vrine impedit nõ apparet liuiditas nisi opposita. Hec sunt acciª q̃ ꝯitant.s. frigiditas extremitatũ ad horã vespertinã:vñ licet colera dñiũ habeat a tertia hora dici:tamen pp flegma putrefactũ a motu ꝓpria retardata legẽ ipsius flegmatis sequitur:t hoc scriptũ est in cõmento. ¶ Aut pleuresis.

Alia reª. Vrina ruffa in colore:in substantia ꝑ totũ spissa:liuida supius t turbulenta:in recenti tpe significat pleuresim. Et est sciẽdũ q; pleuresis vt vult Hall'.in zº de crisi.4.sunt acciª sibi ppria. Vnum est dolꝰ lateris pungitiuus.secũdũ est fe.ꝯtinua.tertiũ est tussis indefficiens.q̃rtũ est difficultas inspirãdi. Que vꝰ sit dñia inter vrinã significantẽ minorẽ emittritcum:t vrinã significantẽ pleuresim satis habet in cõmento. ¶ Si vetus aschlites. Alia reª vrina ruffa t supius liuida longo tpe ꝓcedente significat idropisi aschlitẽ vel empima cũ disnia. ¶ Bebile. Vrina ruffa in colore in substãtia spissa supius liuida t granulosa significat materiã reumaticã ad mẽbra debilia descendẽtẽ t apostema facientẽ:pura sub axellis: t in inguinibus.t etiã in mẽbris generatiuis:in quibus pp plurimã neruositatem viget sensibilitas doloris:t omnis dolꝰ exacuit reuma:vt vult Hall'. ¶ Si spumosa. Alia reª. Vrina subruffa in colore a media regione supius.distincte liuens t q̃si subcinericia multũ spissa vel spumosa in pleurefi:ꝓcedente ruffa intensa significat ꝯuersionẽ pleuresis:in peripheumoniã. Fit aũt in vrina subruffa ꝑ translationẽ materici a loco sensibili ad locũ q̃si non sensibilem.s.membrũ flegmaticũ videlicet pulmonem. ¶ Pinguis ruffa pax. Alia regula. Vrina ruffa in colore:in substãtia

(c) 2007 Ministerio de Cultura

ſpiſſa:magis tamen ſuperius ꝙ infertus oppoſita manu in ſuperficie liuida ꝛ oleagina cum crinoidibus ꝛ reſolutionibus multo tempore ꝓcedente ſignificat tertianã ſpeciem ethice. ¶ Lommentũ. ¶ Ruffa parum. Expeditum eſt de ruffo coloꝛe cum tenui ſubſtãtia:vel mediocriter tenui. Nunc autem proponit regula de ruffo coloꝛe cum mediocriter ſpiſſa ſubſtantia quaſi incipiente inſpiſſari que ſic collige. Vrina ruffa in coloꝛe:mediocriter ſpiſſa in ſubſtãtia:ſuperius obumbꝛata:cum non pura ꝛ inequali ſubſtantia:ſignificat quottidianã de flegmate dulci. Si autem ſit ſubruffa manente eadem ſubſtantia ſignificat abundantiã flegmatis dulcis ſine febꝛe. Et diſtingue.ſ.ꝙ illud flegma dulce habet imutare vrinã duobus modis.ſ.ſubſtantia vel ſui admixtione:ꝛ tunc cum fit illud flegma albũ ꝛ ſpiſſum reddit eam.ſ.vrinã albã ꝛ ſpiſſam minus tamen albã quod flegma naturale:ꝛ magis ſpiſſam quã flegma ſalſum:cum maioꝛi humiditate partici per:quia qualitatibus ſanguineis eſt infectum. Item flegma dulce immutat vrinã ex qualitatibus ſuis:ꝛ reddet eam ruffam ꝛ ſubruffam ꝛ ſpiſſam ꝓ mediocꝛi caloꝛe ſuo:ex quo mediocris fit ebulitio:ꝛ ex mediocꝛi ebulitione contingit mediocꝛis coloꝛ. Eſt ſpiſſa ꝓpter humiditatem. Eſt inequalis ſubſtãtie:quia non eſt equaliter ſpiſſa per totum. Spiſſa ſignificat fieri perturbꝛationem ex qua perturbatione generant fumoſitates multe: ꝛ ventoſitas emiſſa cum vrina diuellit:ꝛ impellit humoꝛes per vrinã. ꝛ ꝑ idem fit inequalitas ſubſtãtie:cũ magis impellatur de humoꝛibus in vna parte ꝙ in alia. impuritas ſubſtãtie ſignificat defectũ caloꝛis naturalis nõ valentis deputare vrinã.q̃ ſunt acci^a dulcis flegmatis vel ſalſi in libꝛo noſtro de ſinthomatibus requiras. ¶ Parũ pinguis. ideſt mediocriter ſpiſſa:q̃ſi remiſſa accedens ad ſpiſſitudinẽ aut incipiens inſpiſſari. ¶ Infra ſubſiſtens. ideſt ruffa vel ſubruffa. ¶ Ruffa parũ tenuis. Alia ponit regula de ruffo coloꝛe cum mediocriter tenui ſubſtantia vel mediocriter ſpiſſa:q̃ ſic colligitur vrina ruffa in coloꝛe:in ſubſtantia mediocriter tenuis:vel ſpiſſa:longo tempoꝛe liuida ꝓſeuerans:in ſupioꝛi parte:flegma ſalſum vel dulce in ſpiritualibus exiſtẽs in pinguibus abũdare ſignificat. Si mediocriter tenuis ſit vrina:fit de dulci flegmate. Si mediocriter ſit ſpiſſa ꝛ adſit febris: fit de materia in ſpiritibus ꝓtenta. Sed flegma ſalſum vel dulce in ſpiritualibus exiſtens:ex caloꝛe eoꝝ ꝛ modo ebulitionis coꝛrumpit facile:ergo reddit eã per totã liuidã. Sed liuiditas illa ꝓpter coloꝛem vrine ruffe vel ſubruffe nõ eſt ꝓceptibilis niſi facta manus appoſitione:ꝛ tunc ꝺñt hec acci^a ꝓcomitari.ſ.tuſſis. ſtrictura pectoꝛis:ꝛ anguſtia reſpirandi. Si talis appareat in mulieꝛe hic coloꝛ ſignificat matricem ꝑgrauari a ſalſo flegmate vel dulci:habet nãq̃ matrix cõmunes meatus cum viis vrinalibus.ꝛ tunc adſunt q̃dam reſolutiones:que ſunt quãdoq̃ nigre ſquamoſe ꝛ non eſt diſtinguendũ de liuiditate niſi cum manus appoſitione. Et adſunt etiã hec acci^a cum materia in matrice ꝓtinetur.ſ.doloꝛ in dextro ipocũdrio cum extenſione ꝛ inflatione q̃dam. ¶ Conſtans. ideſt permanens diu talis. ¶ Quibus fiunt ſpiramina. ideſt mem-

(c) 2007 Ministerio de Cultura

Hic ponit aliud capitulū de puluereis resolutionibus q̄ q̄nq; cū vrina emictunt: ⁊ sub forma pulueris in fundo subsistunt. Inde colligit rā talis. Vrina in colore remissa cū puluereis resolutionibus in fundo residentibus in colore nigris vel liuidis significat emoroidas. Significat etiā attrices siue ydilomata. Talis etiā vrina significat vitium splenis ⁊ in mulieribus significat coitum ⁊ si talis diu appareat significat retentionē menstruorum. Emoroide sunt quinq; vene: que a chili vena p̄cedentes vsq; ad pudibundū circulum terminant. Iste ergo vene quādoq; replentur ⁊ aggrauantur ex malancolico sanguine qui maxime abūdat in chili vena que spine adiacet. Spina vero frigida est cum sit pars corporis posterior. vnde p̄pter frigiditatem illius p̄tis melancolicus sanguis in illis venis habet dominiū suum. Cum aūt predicte vene aggrauate sunt ⁊ super replete ex melancolico sanguine distenduntur ⁊ fortiter eo in loco tumescunt atq; inflantur ita q; in capitibus earū q̄dā apparent tumorositates varie. Unde sentit grauedo ⁊ ponderositas circa p̄tes inferiores ⁊ adest pigricia totius corporis ⁊ discoloratio faciei. Ille aūt vene quādoq; rumpunt ⁊ sanguis emictit in multa quātitate rumpunt aūt ille vene propter abundantiā sanguinis ⁊ p̄pter incontinentiā vel ex calore nimio p̄pter accuitatem ⁊ corrosionem vel ex frigiditate exteriori p̄pter cōpressionem. Unde hec passio maxime est in illis familiaris qui sup̄ marmora sedere consueuerunt. Est aūt emoroys nomen membri ⁊ passionis q̄ ille vene dicunt emoroide per quas venit hec passio que dicit emoroys. Unde egritudo ab illis venis orta emoroides dicunt. Dicit aūt emoroys ab emo quod est sanguis ⁊ roys quod est fluxus. Unde dicunt emoroides q̄si fluxus sanguinis. In emoroidibus vrina debet esse remissa in colore. Hā melancolico sanguine abundante in corpe debilitat naturalis calor. vnde digestio crudescit ⁊ ex digestionis cruditate discolorat vrina. Apparet aūt cū puluereis resolutionibus que resolute a melācolico sanguine nigro ⁊ terrestri per ꝓtinuos meatus deriuāte ad vesicā cū vrina emictant: ⁊ q̄ sint ponderose ⁊ terrestres subsident in fundo. Attrices sunt collectiones facte circa annum ex

(c) 2007 Ministerio de Cultura

melancolico sanguine in illis partibus turbato ⁊ viscositatem inducente. Fici sunt molles electiones circa annum distincte quibusdam granis in modum granorum ficus. Condilomata sunt dure ⁊ solide collectiones ⁊ rotunde circa annum in moduni glandium ⁊ dicuntur condilomata a condilō quod est rotundum. Unde apud maximianum reperitur digitis in condilon replicatis idest in rotundum. In attricosis igitur ⁊ ficosis ⁊ condilomaticis vrina apparet similis priori ⁊ propter eandem causam disponitur fm colorem talem. Et resolutiones tales ex vitio splenis post data medicaminam maxime propter dissolutionem partium. Apparet eadem vrina remissa cū resolutionibus puluereis. Similiter in retentione menstruorum. Nam sanguine melancolico per menstrua retento resoluuntur quedā partes liuide ab ipso sanguine ⁊ quasi squamose que quidem cum vrina emictuntur. ¶ Linereis. idest puluereis. ¶ Infima membra. sicut renes ⁊ lumbos ⁊ inferiores partes que ratione compassionis molestantur vt dictum est.

De ipostasi.

Informat sedimen color ⁊ substantia tempus.
Forma. locus. color est albus. substantia gumsis.
Continuata suis conū sua forma figurat.
Inferior fundus locus est constantia tempus.
Album continuum residens constans pineatum.
Si sedimen fiat bona fit digestio virtus.
Fortis nature triplici viget actio motu.
Albificat mundat cumulat condensat ⁊ vnit.
Ventosum calor extenuat sorbetq; vaporem.
Virtus que bona sunt retinet que praua repellit.
Nec natura suos secat aut interpolat actus.
Viis claret signis ostensio certa salutis.
Lucreta fit febris breuis est discussio morbi.

¶ Expositio. In isto loco determinat de ipostasi. Est igitur ipostasis superfluitas tertie digestionis effusa in vrina. Ipostasis in tertia digestione: diuiditur a nutrimento membrorum ⁊ emictitur cum vrina. Unde hic ponitur descriptio ipostasis laudabilis ⁊ sunt quinq; condiciones ipsius. s. color qui est albus: substantia que debet esse continua sine interruptione ⁊ diuisione: locus qui est fundus vrinalis pus ipostasis. s. q̄ multos dies perseuerat in sua bonitate. forma quia debet esse ad modum forme piramidalis vel pinealis vt incipiat a lato ⁊ circunquaq; tendat in acutum. Et de istarum differentiarum qualitate singulariter determinatur in commento valde bene. ¶ Album continuum. ¶ In isto versiculo continentur quinque differentie ipostasis naturalis. s. q̄ sit alba in

(c) 2007 Ministerio de Cultura

colore:continua in substantia: residens in fundo ꝺm locum:constans quã-
tum ad tempus.pineatum ꝙtum ad formam. Et si tale sedimen cum istis
conditionibus appareat in vrina significatur ꝙ digestio est bona ⁊ virtus
fortis ⁊ ꝙ actio nature triplici viget motu. Unde notandum est ꝙ triplex
est motus nature.s.alterativus:localis ⁊ essentialis ꝫ declarantur in fine
commenti. ¶ Commentum. ¶ Informat. Aliud capitulum proponit
de ipostasi:vbi videndum est quid sit ipostasis ⁊ eius ꝓprietas. Est enim
ipostasis superfluitas tertie digestionis cum vrina effusa. Omnis ergo di
gestio superfluitatem habet suã. Prima digestio habet pro sua superflui-
tate egestionem ⁊ ventositatem. Secunda digestio habet vrinam. Tertia
digestio habet ipostasim ⁊ sudorem. Ipostasis in tertia digestione diuidit
a nutrimento membrorum:vnde cum in omnibus membris fiat digestio:
⁊ omnia membra nutriant a quolibet nutrimento diuidit ipostasis. Sed
non tota ipostasis que a nutrimento diuiditur cum vrina purgat. Nam
viarum longitudine ⁊ meatuum strictura non potest tota ad vesicam pro-
uenire: pars enim quedam a calore corporis consummitur. Alia per
sudorem mundificatur. Alia pars extenuatur ⁊ per fumum ⁊ vaporem
expirat: illa portio sola que vasis coheret ⁊ propinquior est viis vri-
nalibus: ad vesicam descendit. Cum enim vasis cohereat rarefactis
viis pororum ex caliditate ingreditur vasa ⁊ per meatus continuos de-
riuatur ad epar: ab epate vero per capillares venas descendit ad ve-
sicam ⁊ cum vrina emictitur. In vrinis autem sanorum non appa-
ret ipostasis quia fortitudine caloris ⁊ virture membrorum superflui-
tas illa consummitur. Membra etiam in sanis melius nutriuntur et
parue sunt superfluitates membrorum ex nutrimento. vnde pauca vel
nulla est ipostasis. Quattuor sunt ipostasis differentie.s.color. substan-
tia: locus ⁊ tempus. Ysaac in libro vrinarum aliam.s. quintam diffe-
rentiam apponit que est forma ⁊ nos Ysaac sequentes illam differen-
tiam quintam apponimus. Naturalis color ipostasis est albus: omnis
nãq; ipostasis naturalis debet esse alba. Consimilia nãq; membra humani
corporis omnia:sunt alba vniuersaliter quãuis etiam caro videatur esse
rubea. Sed non est ille color carnis:sed potius sanguinis dispersi per po
ros ipsius carnis. vnde si caro coquat ⁊ exprimat sicut faciunt hiberniен-
ses albificat:⁊ ad propriũ colorem reuertitur. Nutrimentum ergo non in
corporat membris nisi prius dealbetur. Est autem nutricio conuersio rei
nutrientis in naturã rei nutriende:ergo nutrimentũ est albũ cũ membra
sint alba. Et ipostasis est decisa a tali materia:ergo in colore debet esse al-
ba:omnis nãq; supfluitas debet esse emula idest similis ⁊ imitatiua eius a
quo decidit:ideoq; nulla ipostasis est laudabilis nisi sit alba:hec enim signi
ficat perfectã assimilationem nutrimenti ꝺm naturã membroꝝ ⁊ fortitudi-
nem naturalis caloris indigestione prevalentis. Rubea enim ipostasis
minus bona est: significat enim longitudinem egritudinis ⁊ cruditatem
materiei. vnde virtus digestiua non ita prevalet in tertia digestione in

(c) 2007 Ministerio de Cultura

faciendo digestionē nutrimenti: significat tamen similitudinem eucritā. i. bene terminabilem qz fit de sanguine puro z sincero: q̄ humoz amicus est nature z maxime familiaris. Subrussa ipostasis peioz est rubea qz fit de sanguine aquoso. vnde minat ex cruditate sanguinis maiorem prolixitatē egritudinis. Liuida ipostasis vitupabilis est: qz significat mortificationē. Viridis vel nigra pessima est qz significat adustionē z mortē. Et hec de colore ipostasis sufficiant. Substantia ipostasis est continua: qz debet esse sine diuulsione z interruptione suaz ptiū: p qđ significat tertiā digestionem materiei esse pfectā que nō habeat aliquā ventositatē que sui p̄sentia possit diuellere continuitatē ipostasis. Diuulsio aūt ipostasis fit ex ventositate tertie digestionis. Et hec de substantia ipostasis sufficiant. Locus ipostasis ꝓprius z naturalis est fundus. Debet nāq; esse ipostasis subsistens in fundo vrinalis. z talis subsidentia significat secundā digestionem nō fuisse turbatā nec impeditā aliqua ventositate. Nā si secunda digestio fuisset vētosa illa emissa cū vrina precelleret. ipostasim vel in media parte vrine vel in superiori. Si maioz esset ventositas. Et sunt tres differentie ipostasis ſm locū. Nā si ipostasis fuerit subsidens in fundo z non impulsa vocatur sedimen. Si aūt sit impulsa in media regione vrine vocat eneorima q̄si dependens. Qz si fuerit impulsa vsq; ad supficiem vrine ex maiori ipulsu vētositatis vocat nephilis idest nubes: ex methafora nubium. Et hec de loco ipostasis sufficiant. ¶ Tempus ipostasis est pmanentia in talibus differētiis p multos dies: talis aūt pmanentia est equalitas siue tps p qđ significatur maxime fortitudo nature: q̄ quidem in bene opando non deficiat: sed suū opus continuare sufficit. Nā si in prima die appareat ipostasis cū bonis differentiis: z in secunda appareat cū malis: ex tali incōstantia significatur nature debilitas que nō pōt in bono ope pseuerare. Et nota q̄ equalitas in bona ipostasi est optima. Sed equalitas in mala ipostasi est pessima. Inequalitas g̃ in malo bona est. Sed inequalitas in bono mala est. Et hec de tpe ipostasis sufficiant. ¶ Forma ipostasis debet esse cōnoides idest in modū formie pinealis vt incipiat a lato z ꝓpendiculariter circūquaq; tēdat in accutū quasi in modū piramidis vel in modū pinee. Talem vero formā vocat Ysaac pineatā quasi tendentem in accumen in modū pinee. Talis g̃ forma significat digestionem perfectā vnde graues partes ipostasis i fundo subsistent z constituūt eius basim. Mediocres aūt q̄ nō sunt adeo pondero se mediū occupāt. Leuiores vero q̄ sunt ignee z aeree supius rendūt. littera per se patet. ¶ Suis gumfis. idest suis compaginibus vt habeat ptiū coherentiā. ¶ Lonū. i. a lato incipit z tendit in accutū in modū galle. ¶ Locus. est fundus eius idem in inferiori parte cōsistens. ¶ Lonstātia. i. eius pmanentia p multos dies. ¶ Albū continuū. Hic ponitur descriptio bone ipostasis z quid habeat significare ostendit. ¶ Albū. in colore. ¶ Continuū. quātū ad substantiā. ¶ Residens. quātū ad locum. ¶ Constantia. quantū ad tps. ¶ Pineatū. non ad pini. sed ad pinee formā refertur. ¶ Bona digestio. non qz alba: albedo enim nō sufficit ad

(c) 2007 Ministerio de Cultura

insinuandū pfectā digestionem: posset nāq; album ꝛ impulsum ꝛ diuulsum apparere. Sed bona digestio significat ex eo qđ est albū cū aliis sequentibus differentiis. ¶ Virtus digestionis viget triplici motu. Triplex est modus nature in tertia digestione. s. alteratiuus: qui fit in dealbatione nutrimenti. localis qui fit in ꝯglobatione ꝛ ptiū transpositione. ꝛ essentialis: q̄ fit p alias dñias qꝫ subnotant vel ꝯiūgant. ¶ Albificat. Ecce alteratiuus motus. ¶ Mundat: ꝯdensat ꝛ vnit. Ecce localis ꝛ essentialis. ¶ Ventosum calor. quod significat per ꝯtinuitatem idest per ꝯsistentiam ipostasis repellit per vaporem. ¶ Nec non. quod significatur per continuitatem ꝛ consistentiam ipostasis.

De sedimine qđ deficit in differentiis bonis.

Ledit ꝛ incrudat sedimen quodcūq; priorum.
Bissonus ꝛ varius faciens discrimina motus.
Seruatis reliquis si pendeat: aut petat altum.
Flamine ventoso digestio lesa probatur.
Saluo iure loci seruata lege coloris.
Vis ventosa mouet sedimen compage soluta.

¶ Expositio. Supius posuit auctor quinq; dñias seminis laudabilis. Hic determinat de ipostasi recedente a laudabili ꝛ dicit. ꝙ sedimen quodcūq; deficiens in aliqua predictaꝝ quinq; differentiaꝝ in quātū deficit: in tāntū deficit a laudabili sedimine. verbi gratia. Sedimen in colore albū ⁊c. deficiens fm locum existens nebula vel nephilis deficit ꝛ recedit a laudabili ipostasi. per hoc enim significat ventositas. secunde digestionis: ꝛ ideo ratione ventositatis impellentis petit supius ꝛ efficitur nebula vel nephilis. Et ideo notandum ꝙ ipostasis fm tria loca: que occupat in vrina: tres accipit denominationes. Si igit occupat fundū dī sedimen. Si mediū dī nebula: vel eneorima idest q̄si dependens ꝛ si supius fit impulsa rōne maioris ventositatis fortius impellentis nephilis appellat. Et sic ipostasis inquātum elongat a naturali efficit innaturalis. ¶ Saluo iure loci. Si ipostasis seruet locū ꝛ colorem. s. ꝙ sit alba fm colorem ꝛ in fundo fm locū ꝛ habeat substantiā diuulsam ꝛ non ꝯtinuā est innaturalis ipostasis ꝛ vituperabilis ꝛ significat tertiā digestionem turbatam fuisse ex ventositate. ¶ Commentū. ¶ Ledit ꝛ Specificauit auctor bonū ꝛ legitimum sedimen cū suis differentiis ppriis fm locū: colorem: substantiā: tps ꝛ formā. Hunc ostendit ꝙ si sedimen peccet in aliq̄ istaꝝ dñiaꝝ vel fm aliquas est inlaudabile ꝛ preter naturā. Si enim seruato colore ꝛ ꝯtinuitate non mutetur locus ꝛ fiat eneorima vel nephilis illa vituperabilis est: qr significat secundā digestionem nimia ventositate esse impeditā. Si vero seruet locus ꝛ color: vt sit albus: ꝛ subsidens: ꝛ substantia ꝓmutetur vt incontinua sit ꝛ indiuulsa: vituperabilis est: qr significat tertie digestionis perturba-

(c) 2007 Ministerio de Cultura

tionem fieri ex ventositate: vt ventositas incidens: sedimini cōpaginē ꝛ ꝯtinuitatem remoueat. ¶ Quodcūq; ꝓioꝝ. idest q̄cūq; mutatio facta a ꝓioribus differentiis. ¶ Faciens discrimina motus. idest faciens sedimen differre a laudabili sedimine. ¶ Motus dissonus ꝛ varius. ꝓpter mutationē factā in ꝰrio talis motus siue talis ꝑturbatio ledit ꝛ icrudat sedimen: idest vitiosum ꝛ infame ostendit. ¶ Seruatis reliq̄s. idest colore ꝛ substātia. ¶ Si pendeat. idest fiat encorima. ¶ Aut petat altum. vt fiat nephilis. ¶ Saluo iure. idest ꝑmanente substātia ꝛ albedine ꝓcue-rāte generata in ȝ^ digestione. ¶ Vis ventosa. generata in ȝ^ digestione. ¶ Bouet. idest diuellit ꝛ ꝯtinuitatē interruptā significat: ꝛ ne ꝑ hūc motū intelligat impulsionem ꝛ non disgregationem subiungit. ¶ Cōpage soluta. idest discontinuata.

Determinat de sedimine rubeo ꝛ subrubeo.

Subrubeum quoniam de sanguine constat aquoso.
Est peius rubeo. quāuis vicinius albo.
Designat rubeum: q̄ longa sit cucurita febris.
Cum sit causa mali nature filius humor.
Leuis ꝛ excoctus resolubilis ac moderatus.

¶ Expositio. ¶ Cōparat auctor sedimen in colore rubeū ad subrubeū dicēs q̄ sedimen subrubeū est vitupabilius rubeo sedimine cuius ratio q̄ sedimen subrubeum habet fieri ex sanguine aquoso ꝛ aliq̄liter indigesto ꝛ crudo ideo significat cruditatem materie ꝛ ꝑ ꝯs longitudinem morbi ꝛ ꝑ ꝯs ex morbi longitudine minat defectū virtutis. ¶ Quāuis vicinius. licet fm colorem appropinquet magis sedimen subrubeū ad albū q̄ ipsum rubeū in digestione: tamen magis est elongatū a bono vt dī in commento. ¶ Designat. determinat de sedimine rubeo ꝛ dicit q̄ inter oēs species sediminis: post sedimen laudabile melius est sedimen rubeū: q̄ tale fit ex sanguine bono ꝛ bene digesto qui aptus est faciliter conuerti in substantiā membroꝝ in ȝ^ digestione: ꝛ ita significat egritudo bene terminabilis ꝛ salubris: sed ꝛ̄ longa: rationes patent in cōmento. ¶ Cōmentū. ¶ Subrubeū. Subiūgit de sedimine subrubeo q̄d vī ꝯ naturā q̄ sedimen aliq̄d sit subrubeū vel alterius coloris q̄ albi maxime cum sit superfluitas ȝ^ digestionis decisa a nutrimento membroꝝ. Nā membra alba sunt ꝛ nutrimentum ipsum album est. Et q̄d ab ipso nutrimento decidit debet esse albū q̄ nullū sedimen debet esse alterius coloris q̄ albi: quid est ḡ q̄d auctores dicunt q̄d aliq̄d sedimen est rubeū vel subrubeum. Rndemus si sedimen est superfluitas ȝ^ digestionis ꝓcedimus sedimen esse albū. Sed q̄nq; nomine sediminis quadā vaga ꝛ cōmuni significatione intelligimus id q̄d in fundo vrine residet siue sit humor crudus siue sanguis siue putredo siue sanies vel globositas arene ꝛ fm talem intelligentiā aliq̄d sedimen dī esse

(c) 2007 Ministerio de Cultura

rubeum vel subrubeum. Subrubeum sedimen dr esse malum: qz signifi-
catur factum esse ex crudo z aquoso sanguine. Unde ptinuatur plixitas
egritudinis ppter materiei cruditatem. Sed tñ non minatur periculum:
qz fit de sanguinea materia que temperata est respectu aliaz. Sed mirum
est qđ auctor dicit. Subrubeũ peius est rubeo. Nam albũ fm se maxime
est bonum. rubeũ vero magis elongat ab albo qꝫ subrubeũ. Et subrubeũ
mediũ est inter rubeum z album. nec potest fieri transitus de rubeo in al-
bum: nisi per subrubeũ ex mediata digestione ergo cum subrubeum pri-
mius sit albo qꝫ rubeum minus malũ est qꝫ rubeũ licet dicat auctor ipsum
esse pejorem rubeo. Ad hoc dicimus qꝫ subrubeũ sedimen a natura deco-
ctione magis elongat ab albo qꝫ rubeũ. Non enim fit subrubeũ mediante
digestione albei vel rubei. Sed potius ex crudo z aquoso sanguine qui p
pter cruditatem suã non potuit pfecte excoqui: z rubificari: neqꝫ etiã sibi
omnino sanguineã speciem adaptari. Rubeũ aũt sedimen ppinquius est
z affinius albo: quoniã sanguis qui tantũ precessit decoctus est: ex qua de
coctione facta potest defacili membris assimilari. ¶ Quãuis vicinius al-
bo. Istam vicinitatem intellige fm colorem tantum: z non fm digestio-
nis mediationem. ¶ Designat rubeũ. Determinat de rubeo sedimine
qꝫ post albũ inter species sediminis laudabilius est z puertibilius signifi-
cat: tñ longã egritudinem ppter abundantiã materiei z ppter cruditatem.
¶ Eucritã. idest bene determinabilem ppter sui temperantiã. Fit enim
de sanguine puro z sincero qui membris est amicabilis. Nã membra dul-
cia sunt z sanguis est dulcis z de tali sanguine membra nutriunt. ¶ Eu-
critam. idest bene digestibilem ab eu qđ est bonũ z crasis vnde discrita
contrarium significat. ¶ Filius nature. propter amicabilitatem quã ha-
bet cum membris: z est descriptio sanguinis. ¶ Leuis. quia muliebres
habet qualitates z substantiã mollem z feruentem. ¶ Excoctus. idest
digestus quod indicat mediocritas substantie. Nam si esset crudus exi-
ret aquosus: si adustus grossus ergo quia bene est coctus z legitime dige
stus ideo mediocris. ¶ Resolubilis. idest aptus resolui z digeri in ter-
tia digestione z hoc propter abilitateni suarum qualitatum. Est enim ca-
lidus z humidus que qualitates fauent digestioni. ¶ Moderatas.
Hoc potest referri ad temperantiam qualitatum vel ad temperantiam
quantitatis: de qualitatibus constat. Sed moderantia quantitatis neces-
saria est. Est autem hec moderantia z proportio in mundificatione quã-
titatis: vt in duplo magis sit de sanguine in humano corpe qꝫ de flegma-
te. z in duplo plus de flegmate qꝫ de colera. z in duplo plus de colera qꝫ
de melancolia z hoc manifestum potest esse diligenter intuenti.

De sedimine nigro sequitur.

Natura funestat opus culmẽqꝫ vigoris.
Altius euertit sedimen nigre speciei.

(c) 2007 Ministerio de Cultura

Quod summum tenet aut medium minus est vicioſum.
Hoc tamen offenditur in pluribus illud in vno.
Plus numero peccat nephilis nigra non ideo plus.
Plus peccat ſedimen nigrum ſed non numero plus.
Defectum numeri cauſe violencia penſat.
Aggrauat ꝛ cumulat mala circunſtantia morbum.

¶ Expoſitio. Determinat hic auctor de ſedimine nigro. Et dicit ꝙ inter omnes ſpecies ſediminis deterius ꝛ vituperabilius eſt ſedimen nigrū: ꝙ ſignificat mortificationem ꝛ euerſionem caloris vel vigoris. Sediminis nigri tres ſunt ſpecies ſm tria loca que occupat in vrina videlicet fundum aut mediū aut ſuperius. ¶ Qđ ſummū. Dicit hic ꝙ ſedimen nigrum qđ appareat in medio vrine vel in ſuperiori parte vrine non ſignificat tantum malū: quātū ſedimen in fundo exiſtens: qđ quidē fit in fundo exiſtens eſt in vltimo inlaudabile ꝛ malū eſt. ¶ Hoc tamen. Hic dicit ꝙ ſedimen nigrū exiſtens in medio vrine: vel in ſuperiori parte in pluribus differentiis peccat: ꝙ in colore: cū ſit nigrū: in loco cū ſit altū. Sedimen nigrū in fundo ſolūmodo peccat in vna differentia. ſ. in colore ſolū. In loco vero nō: ꝙ tenet locū debitū ꝛ legitimum ſediminis naturalis. Sermo auctoris cōtinet falſitatem. Ex hoc qđ dicit ſedimen nigrū in fundo ſolū peccat in vno: ꝙ ſm veritatē peccat in multis. ſ. in loco. in ſubſtantia ꝛ in colore. In loco: quia ſi eſſet in medio vrine non tantū eſſet malū. Peccat ergo ſm locū. Et ipſe dicit ꝙ legitimū locū tenet qđ eſt falſum. Peccat in ſubſtantia magis q̄ ſuſpenſum vl̄ altū. Illud ſedimen nigrū qđ eſt in fundo ꝙ eſt ſubſtātie ſpiſſe ꝛ terreſtris que nullomodo potuit ſubtiliari a calore ꝛ ideo magis peccat in ſubſtantia. Egidius vero iſtud non conſideranit. Peccat etiā in colore vt dictū eſt. Non ergo peccat ſolū in vno nigrum ſedimen in fundo. Sed peccat in multis: ꝛ ſic concluditur: ꝙ inter omnes ſpecies ſediminis deterius eſt ſedimen nigrū ꝛ adhuc magis qđ eſt in fundo nigrū. Et iſta ſufficiant de conſiderationibus vrinaꝝ. ¶ Cōmentū. ¶ Nature. In iſto vltimo capitulo proponit de nigro ſedimine qđ deteſtabilius eſt omnibus aliis ſpeciebus ſediminū: ꝙ ſignificat mortificationem: ꝙ nigrū ſedimen ſi occupat fundū peius eſt quā. Eneorima nigrū vt patet. Sed eneorima nigrū peccat in pluribus. ſ. in colore ꝙ eſt nigrū in loco ꝙ eſt elevatū. Solutio licet eneorima nigrū peccet in pluribus ꝛ ſedimen nigrū peccet in paucioribus: tñ maius peccatū eſt i ſedimine nigro q̄ ſit peccatū nigri eneorimatis quāuis peccet in pluribus. Quātitas. n. qñq̄ vincit numerꝝ in malicia. Nigrū ḡ ſedimen peius eſt: ꝙ ſignificat cām mortis magis abundare. Unde ſedimen tale ex abundātia ſue malicici ꝛ terreſtreitate deorſum deprimit. Illud vo qđ ſignificat cām mortis: minus abundare ſurſum tendit. Vel aliter pōt intelligi nigrū ſedimen ſignificat calorem naturalē penitus eſſe extinctū vñ ab ipſo nulla pōt fieri reſolutio: ꝛ ꝙ nulla reſolutio fit nulla generat ventoſitas in corpe: ꝛ ꝙ nulla generat ventoſitas: nulla pōt eſſe

(c) 2007 Ministerio de Cultura

causa q̃ possit sedimen impelli in ptem supiorem: qđ est pp vltimatã exmictionem caloris naturalis. Et cũ ex defectu resolutionis nulla generet vẽtositas mortale est ⁊ summũ piculũ. Eneorima vero nigrũ ⁊ si ostendat naturalis caloris extinctionem: tñ qr est impulsio facta ex ventositate significat aliquantulũ vigorẽ caloris naturalis: cx cuius resolutione ventositas processit q̃ sedimen impulit lr̃a plana est. ¶ Non ideo plus. idest in quãtitate. ¶ Culmenq; vigoris. idest altitudinẽ vel formã piramidalem. Cũ enim calor sit fortis suũ subiectũ eleuat sicut videmus: q̃ iuuenes incedũt recti pp caloris multitudinẽ ⁊ fortitudinẽ. Senes aũt inclinati pp eius defectũ: ⁊ calor huiusmodi reddit virtutẽ vigorosam. ¶ Vigoris. i. virtutis. ¶ Alcius. idest pfundius qr in radice sua ⁊ i centro suo. ¶ Qr summũ.

Causa huius iã declarat cũ h̃ sedimen nigrũ suspensum ⁊ altũ plura indicat peccata q̃ sedimen nigrũ residens qm̃ indicat ventositatẽ quã nõ facit sedimen residens. Sed vr̃ q̃ voluerit innuere q̃ nigrum sedimen in fundo sit i loco suo naturali. Sed nos dicimus prius q̃ ille locus est ꝓprius ⁊ naturalis. Ypostasis naturalis ꝛc. Sed naturale ⁊ innaturale eundem locum naturaliter nõ habebunt: ꝓper hoc sane vel satis intelligit rationis oppositio. hoc modo: sedimen natans aut suspensum qđ dicit eneorima peccat in loco ex ventositate q̃ debilitat calorem naturalẽ ⁊ spargit ⁊ soluit eius cõtinuitatẽ. Unde peccat in duobus. Sedimen vero residens tantũ in vno. Sed certe si velis subtiliter pscrutari veritatẽ rei sermo auctoris est simpliciter falsus quoniã sedimen residens maiorem defectũ caloris naturalis significat q̃ suspensum. Significat enim suspensum peccatũ in substantia. Diuellitur enim substantia in eo. Sed sedimen in fundo: non. Et dico q̃ sedimen nigrũ residens plus peccat in substantia q̃ suspensum quoniã nullo modo subtiliatur a calore. Suspensum autem subtiliatur aliquo mõ. Sed hic solũ ad extrema respexit ⁊ ventositatem discontinuantem considerauit in suspenso: quia in alio neutrũ inuenit. Et ideo plura peccata posuit in suspenso q̃ in residente cũ ⁊ hoc sit propter ventositatem suspensum ⁊ aliud naturã: seu ipostasis proprietatem habet. ⁊ sic poteris aliquomodo auctorem defendere quoniã stuporem facit audientibus in suo modo loquendi. ¶ In vno residens. talis aut in vno loco. Vel dic ꝑm eũ q̃ si peccat in loco cum sit valde graue q̃ hoc probat. ¶ Nephilis ꝛc. Plura peccata in numero significat tamen suum vitium in quãtitate: ⁊ ꝑm veritatem nõ est tantum quantũ sediminis residentis. Residuũ sermonis est intellectum. Et sic est finis ad laudem dei ⁊ beate marie virginis omniumq; celicolarum. Amen.

(c) 2007 Ministerio de Cultura

¶ Ultimũ capitulũ ponitur quo Egidius opus suũ completum sigillat.

Hunc mea completo respira musa labore.
n Stringe rotam:cursum cohibe:compesce fluenta.
Claude musandini torrentes fluminis vndas.
Non vltra equinoci gazas prelata salerni.
Sparge nec vrsonis apices:nec dogmata mauri.
Sobria claude larem metuens liuoris ocellum.
Ne tecum moueat contraria secta duellum.
Biscolus t mordax vehemens clamosus inanis.
Quem sterili lolio pascit farragine cruda.
Inflat t infatuat:mons pessulanicus errans.
Ne probis fontem laceret formeq; nitorem.
Obfuscet maculis:vereor.clara basia figat.
Lenoni populo faciem.nec casta reueles.
Fimbria monstretur:quam non est tangere dignus.

¶ Expositio.¶ Hunc mea. Completo opere suo:t posita doctrina sua de vrina t vrine significationibus t eius contentis stilũ sui operis narrando more metrice scribentium musam suam inuocans:primo finem suo operi assignans ipsum sigillat t claudit. Secundo autenticat t approbat hũc libellum auctoritate aliorum proborum virorum:quorum sententiam imitatus est.Tertio reprobat t vituperat medicos de pessulano monte et eorum sequaces:propter eorum errores.secunda ibi.Claude musandini. tertia ibi discolus t mordax.Et hec tertia pars diuiditur in tres partes. primo redarguit illos medicos.scdo reconciliatur cum magistris montis pessulani ne maledicat de ea.tertio vilipendit vulgares t idiotas t ignorãtes vel scolares garrulos ibi.secunda ne probis ibi.tertia lenoni populo¶ Hunc mea. litteralis expositio. mea musa .i.doctrina.¶ Respira. idest finem imponas.¶ Completo labore.i.finito libro.¶ Stringe rotam. idest siste mobile ingeniũ Egidii qui est capax omniũ sicut figura circularis rote.¶ Cursum cohibe. idest finias studiũ:i quo nulla est quies sicut in cursu.¶ Compesce fluenta. idest canones t regulas traditas in hoc libro. Nota q; merito assimilat scientiã flumini:qr sicut flumẽ cõtinue labitur t mutat:ita scientia a doctoribus tradita in suis opinionibus cõtinue seu quotidie diuersificat t innouat.¶ Claude vndas torrẽtis fluminis musandini. idest inundationes documentoꝝ illius viri qui dictus est petrus musandinus:quem imitatus est egidius.¶ Nõ plata vltra gazas salerni equinoci. idest tu musa nõ extensa vltra thesauꝝ scientie pbi medici de salerno:qui vir dicebat magister salernus.vnde salernus equinoce dicitur de viro isto t de ciuitate in q̃ erat iste vir.¶ Sparge nec vrsonis apices nec dogmata mauri. idest nõ excedas terminos scie magistri vrsonis t magistri mauri q̃ etiã de vrinis tractauere.¶ Sobria. idest tu doctrina

(c) 2007 Ministerio de Cultura

mea. ¶ Claude lare. ideſt ſine impone. ¶ Cetues liuoris ocellu. ideſt paruu oculu: qz de conſuetudine inuidentiu alteri eſt ſubclaudere z puificare oculu: quo intuent bona alioz: vt fingant q̃ſi ſe nõ videre talia bona. ¶ Liuoris. ideſt inuidie illoz de monte peſſulano. ¶ Contraria ſecta. Ideſt inuidoz de monte peſſulano qui egidio inuidebãt de tã p̃claro ope. ¶ Buellu. ideſt bellu. ¶ Bons peſſulanicus errans. ideſt ſupbia medicoz errantiu de monte peſſulano. ¶ Biſcolus. ideſt diuerſaz z falſaru opinionu. ¶ Bozdax. ſtimulans. ¶ Uehemens. potens ad maledicendu. ¶ Clamoſus. ideſt ſophiſta clamatoz. ¶ Inanis. ideſt vacuus ſcientia. ¶ Inflat z infatuat. ſupbire facit medicu z enunciare v̄ba paru p̃fecta. ¶ Que. .ſ. medicu. ¶ Paſcit ſterili lolio. ideſt iuriſt z mala doctrina q̃ lolio aſſiſari põt: qđ alias ſegettes detur pat: z comedentibus multa inducit nocumenta. ¶ Ne laceret. ideſt medicus peſſulanicus. ¶ Fontem ſcie tue. o mea muſa. ¶ Probris. ideſt maledictis vel probis ideſt medicis de ſalerno qui p̃bi z boni medici ſunt. ¶ Formecꝫ nitorem. ideſt ſplẽdorẽ tue pulchritudis. ¶ Baculis. ideſt maledictis vereor. timeo. ¶ Clara baſia fiãt. .ſ. cum ſapientibus magiſtris z doctoribꝰ: vel figat. i. medicus peſſulanus. ¶ Nec reueles. ideſt nec oñdas. ¶ Faciem. ideſt libru. ¶ Nec caſta fimbria monſtret. ideſt tua ſecreta z pudibunda q̃ ſub veſtibus z fimbria velant nõ monſtrent. ¶ Lenoni populo. ideſt reportatoꝛi maloz verboz. ¶ Quã. ſ. fimbriã. i. ſecreta tua pudenda. ¶ Non eſt dignus tãgere. .ſ. populus leno z inuidus propter ſuã groſſiciem.

Sequitur de modo iudicandi vrinas.

Ste eſt modus iudicãdi vrinas: vnde ſic eſt p̃cedendu. ꝑ° de colore. z° de ſubſtãtia. ʒ° de ꝯentis. Eſt q̃ hic modus talis: qz ꝑ° ſcire debes cuius eſt vrina. ſ. viri vel mulieris. Itẽ vtrũ iuuenis vl̃ ſenex: ſcu cuiuſcũq; etatis. Itẽ ſi eſt diu q̃ patit vel nõ ꝫ eſt ſi egritudo de nouo orta ſit vel antiq̃. Deinde ſequit iudiciu p̃ hunc modu. Urina iſta colorata eſt: colore nimiu citrino. z ideo atteſtat colere rubee. Turbata eſt et obumbrata ex materia putrefacta eꝫ vaſa: z ideo triteo ſimplici vel duplici laborat ex colera putrefacta eꝫ vaſa: ille vel illa: cuius eſt hec vrina. Et ꝫ dico quantu eſt de colore z ſba. Circulus eſt groſſus z niger: z ſignificat dolorẽ capitis in illo vel in illa cuius eſt vrina. Item ſunt grana in circulo: z oſtendunt reumatiſmu. vñ debet cõqueri de dolore capitis ex reumate ille vel illa. Sunt ibi alia grana q̃ diſtant lineali ſub circulo z tarde redeũt ad circulu: z oñdunt fluxu humoꝛ a capite ad pectus deſcendentiu in illo vel i illa cuius eſt vrina. vñ debet ꝯqueri de dolore pectoris z grauedine: z p cõ paſſionẽ de dolore ſtomaci ille vel illa cuius eſt vrina. Itẽ eſt ibi nubes cũ granis: z oñdunt ſiccitatẽ pectoris in illo vel i illa ⁊c. Itẽ furfuree reſolutiones z ſquamoſe vt petaloides z crinoides q̃ ſũt ſicut quarta ps grani p totu corpꝰ vrine: z oñdũt vlcm diſſolutionẽ illiꝰ cuius eſt vrina. Itẽ eſt ibi

(c) 2007 Ministerio de Cultura

quoddã ꝓtentum atbomosum nigrũ:ꝛ ſignificat dolozem ſub aliquo ipo-
cundrio.ſ.dextro vel ſiniſtro:vnde debet ꝓquerí de doloze ipocundrioꝝ.
Jtem eſt ibi quoddã cõtentum ſpermaticũ ꝛ trũboſum qđ habet pilũ ele-
uatũ:ꝛ ſignificat dolozem iunctuꝝ illius cuius eſt vzina.ħ non ſunt alie
reſolutiones nec alia ꝓtenta:niſi iſta que dicta ſunt:niſi quadã que ſunt in
fundo ſub fozma cineris:quoꝝ quedã vergunt in flauedinem:ꝛ quedã in
nigredinem:ꝛ habent adherentiã manifeſtã:ꝛ oſtendũt in mulieribus re-
tentionem menſtruſtꝝ:vnde debet ꝓqueri de retentione mẽſtruoꝝ illa ꝛc.
Hec eadem oſtendũt in viris opillationem viaꝝ epatis ꝛ ſplenis vnde de
bet ꝓquerí de doloze ſplenis ꝛ epatis.Jtem ſunt alia contenta que ſunt ni
gra opillatiua que quãdoqꝫ apparẽt cum quibuſdã reſolutionibus ſqua-
moſis in fundo vzine ꝛ oſtendunt multã repletionem inteſtinoꝝ cum ꝓſti-
patione ventris illius cuius eſt vzina.Et qꝛ ſapienti pauca ſufficiunt ideo
hec ad pꝛeſens ſufficiant:qꝛ idem modus ꝛ idem curſus ſeruatur in oĩbus
aliis contentis in quibuſcũqꝫ vzinis appareant.

De contentis vzinarum coloze ꝛ ſubſtantia.

¶ Coloꝛ ꝛ ſubſtãtia vzine ſupꝛa mozbũ ſignificat. Cõtentũ ſignificat in
quo membꝛo materia mozbi ꝓtinet. Jtem ꝓtentũ ſpermaticũ longum in
fozma pili in radice trumboſum ideſt groſſum atteſtari habet ſupꝛa dolo-
rem membꝛoꝝ iunctuꝛaliũ ideſt arthetica ſignificat. Jtẽ ꝓtentum in fun-
do vzinalis groſſum albũ ꝛ trũboſum ꝛ q̃ſi maſſa carnoſa ſignificat diſſolu
tionem a renibus:ſiue deſcenſionem:ꝛ dicit incurabilis egritudo renũ.ſ.i
ſubſtantia renũ qꝛ vzina tranſiens per renes cũ ſit mozdicatiua vel incen-
ſiua magis diſſoluit q̃ poſſit ꝓſolidare medicamina vnde incurabilis eſt.
Jtem nebula in ſupficie apparens ſignificat dolozem ſpiritualium:vnde
ſignificat qꝫ magnus doloꝛ eſt in pulmone vel corde vel diafragmate. Jtẽ
grana ſub circulo ſignificant repletionem ſtomaci. Jtem in fundo grana
reſidentia ꝛ nigra ſignificant repletionem ſtomaci. Jtem in fundo grana
reſidentia ꝛ nigra ſignificant repletionem inteſtinoꝝ:ꝛ qꝫ feces ſunt putre
facte ĩ ĩteſtinis. Jtem ſquamoſa nigra cũ ꝓtentis nigris ſignificant conſti
pationem. Jtem ſquamoſe reſolutiones ꝛ pingues ſignificant ſupꝛa ethi
cam ſecũde ſpeciei.Circulus groſſus ꝛ aquoſus ꝛ granuloſus apparens
cũ vzina diſcolozata ſcotomiam vel vertiginem cerebꝛi oſtendit. Viridis
coloꝛ apparens cum vzina ſignificante febꝛem ꝓtinuã freneſim oſtendit.
Jtem omnis ampulla groſſa ꝛ viſcoſa valde late apparens cum vzina re
miſſa:dolozem renũ oſtendit.Cum vzina vero intenſa ꝛ pauca cruditatẽ
vzine oſtendit. Jtem omne granũ in circulo cũ ſpuma interciſa reumatiſ-
mũ oſtendit.Stans vero linealiter ſub circulo fluxum humoꝝ ad pectus
vel ipocundꝛia oſtendit. Si ex obliquo ſub medio circuli fuerit putrefa-
ctionem humoꝝ in ſtomacho oſtendit.Sed ſi cũ nubea aerea fuerit:calo-
rem pectoꝛis deſignat.Spuma apparẽs in circulo cũ vzina tincta ꝛ ꝓfuſa

(c) 2007 Ministerio de Cultura

excessum caloris innaturalis in mediis membris cũ putrefactione humor ostendit. Si viscosa ⁊ ampullosa fuerit longitudinem egritudinis significat. Si crocei coloris fuerit calefactionem epatis significat. Si residet in fundo cũ spermaticis resolutionibus trumbosis vlceratiõe vesice significat. Item omnis pinguedo apparens in toto corpore vrine pncipiũ ethice significat. Residens vero in fundo vrine liquefactiõe renũ significat. Item humor residens in fundo cũ cõtentis cinerosis spermaticis grauedinem intestinor ostendit. Apparens sursum cũ granulis offensam pectoris ostendit. Item si sanguis apparet in toto corpore vrine vene ruptura in epate ostendit. Si paucus cũ aliqua pinguedine in renibus ostendit ruptura. Sed si paucus ⁊ trumbosus cũ spermaticis resolutionibus trũbosis ruptura vene in vesica ostendit. Si arenosus cinerosus residens i fundo nefresim ostendit. Si cũ substantia oleagina ethicã ostendit. Si vo fuerit cũ vrina radiosa mundificationem splenis ⁊ epatis ostendit. Si vero cũ vrina liuente per totũ habente spumã ampullosam ⁊ albã leucofantiã ostẽdit. Si cũ vrina significante febrem dissolutiõe corporis ostendit. Si vo appareat cũ vrina concussa habente circulũ granulosum sciaticã ostendit. Si vero appareat cũ vrina significante flegma salsum scabiẽ ostendit. Itẽ pilus apparens in toto corpore vrine: si vrina sit remissa macredinẽ totius corporis ostendit. Si vero apparet in regione cõtinuata ipsi circulo strictura pectoris significat. Item longus pilus residens in fundo grauedinẽ renũ ostendit. Itẽ si furfur resideat in fundo cũ squamis latis scabiẽ. vesice ostendit. Si in toto corpe vrine significantis febrẽ: grauedinẽ ad motũ significat. Si cũ vrina oleagina ⁊ liuente secundã speciẽ ethice oñdit. Si sanies ⁊ ampla ⁊ lata resideat in fundo scabiẽ vesice oñdit. Si vero fuerint parue resolutiones admixte notis spermaticis sepatis cõstipationẽ vẽtris ostendit. Si vero in toto corpe vrine significantis febrẽ pigritiã ad motũ ostendit. Si cũ vrina aliquantulũ oleagina: primã speciẽ ethice oñdit. Itẽ si athomi albi residẽt in fundo ⁊ cũ vrina radiosa aut diaphana leprã oñdit. Si cũ vrina granulosa artethicã significat. Si niger fuerit athomus apparens in medio corporis vrine apostemationẽ membri oñdit. Item si contentũ spermaticũ coagulatũ in modũ bombicis resideat in fundo: mulierem cõcepisse significat. Itẽ si pila fuerint lata: ⁊ in modũ lane ⁊ cũ circulo granuloso paralepsim ostendit. Item si fuerit rotundũ in radice cũ quodam pilo sibi admixto artethicã ostendit. Itẽ si contentũ spermaticũ fuerit cũ quadã nigredine stranguriã significat. Itẽ si fuerint plura ⁊ lactea in toto corpore vrine pollutionem aut coitũ precessisse significat. Itẽ si contenta cinerosa apparent in vrina separata vergentia ad albedinem quadã a nigredine: intestinor repletionẽ ostendit. Itẽ si ex toto nigra fuerit ⁊ grossa ⁊ separata retentionẽ emoroidar ostendit. Si ex toto nigra habentia adherentiã retentionẽ menstruor ostendit. Si vero cũ vrina grossa confusa precipitationem matricis ostendit. Item si q̃dã alba quedã nigra habẽtia adherentiã cum vrina radiosa: opillationẽ splenis ⁊ epatis ostendit. Item

(c) 2007 Ministerio de Cultura

ipostasis residens in fundo cum omnibus suis differentiis completam digestionem significat.

Docet vnde causantur colores.

Queritur de sufficientia colorum. dicendum est q colores causantur ab humoribus. Sed omnis humor aut est simplex aut compositus: ergo causatur color aut ex simplici aut ex composito. Si ex simplici: sic habemus ex vnoquoq humore vnum colorem. Unde a sanguine colorem rubeum obfuscū. A colera colorem nimiū citrinum. A melācolia glaucū. A flegmate album. Item possunt humores cōmisceri: r quorundam humoꝝ conmixtio est possibilis: r quorundā impossibilis. Possibilis est vt sanguinis r colere. Sanguinis r flegmatis. Flegmatis r melācolie. Melancolie r colere. Impossibilis commixtio est: vt flegmatis r colere: tamen admiscentur cū sunt in locis vicinis: sicut flegma in ore stomaci r colera i fundo. Est etiam impossibilis commixtio sanguinis r milie. Si autem flegma admisceatur cū melancolia: aut illa commixtio erit equalis aut inequalis. Si equalis erit color karopos. Si inequalis. r flegma erit superabundans: erit color lacteus. Si milia. erit color glaucus. Item si fiat commixtio colere r flegmatis. Aut erit equalis aut inequalis. Si equalis: erit color citrinus. Si ineqlis r flegma supabūdat: erit color pallidus r subpallidus. Si colera supabundat erit color subcitrinus. Si aūt obiiciat q qñ colera supabundat debet esse intensior q qñ cōmixtio est equalis. Rñdendū est q nō dicitur color citrinus ex illa equali cōmixtione: sed ratione tempantie: quoniam caliditatem r siccitatē colere temperat flegma: r color citrinus est temperantior omnibus coloribus. Et propter hoc de tali commixtione est color citrinus non ratione intensionis r remissionis: sed ratione temperātie. Si fiat commixtio colere r sanguinis. Aut erit equalis aut inequalis. Si fit equalis: erit color ruffus. Si inequalis r colera supabundat: erit color subruffus. Si sanguis superabundat erit color rubeus. Itē potest fieri commixtio colere aduste r sanguinis adusti. Et illa commixtio Aut erit equalis aut inequalis. Si equalis: erit color inopos. Si inequalis r sanguis superabundauerit: tunc erit color rubicundus. Sed si colera superabundat sic erit color subrubicundus. Item colōr chianos ex cōmixtione omnium humoꝝ corruptoꝝ generatur. Color autem viridis r liuidis causantur ex albo r nigro. Si niger vincat album erit color viridis. Si albus vincat nigrū erit color liuidus. Et hec est sufficientia omniū colorum. Sed si queratur quare nō fit color ex aliis humoribus qui possunt commisceri dicendū est q non conueniunt nisi in qualitatibus passiuis r color causatur rātummodo ab actiuis. Et sic est finis ad laudem omnipotentis dei r sue genitricis omniūq celicolarum. Amen.

(c) 2007 Ministerio de Cultura

Venantius mutius de camerino. Alexandro de bartholaciis de mon
te vlmi. salutem plurimã dicit. Suscepi nuper amicoꝝ optime Alexander
ac patrie tue honor ⁊ decus communi iuuenũ medicine studentũ vtilitate
dictus opuscula duo corrigenda pulcherrima quidem maximeq; cognitu
necessaria: quoꝝ alterum de pulsibus: alteꝝ de vrinis inscriptũ est. Hanc
emendationẽ meã cum alicuius docti peritiq; iudicio subiicere vellem: tu
mihi occurristi hac dignus censura. Noui enim iampridem ingenii tui acu
men: atq; summam cum in aliis rebus omnibus: tum in hac medendi arte
diligentiam atq; peritiam. Huc accedit noster amor ac mutua benuolen-
tia. qua effectum est vt tuum potius q̃ alicuius alterius examen subirem.
Probe nãq; scio te (. vt verum amicum decet.) ab omni simulatione atq;
adulatione alienum esse: ac precipue in hac re: que si recte perfecta fuerit:
nõ dubito quin ⁊ vtilima ⁊ gratissima studiosis iuuenibus sit futura. Qua
re perlege queso hec duo opuscula atq; castigationes meas diligenter per
pende. nec non vt tibi videbitur: corrige: quo audactius ea impressoribus
transcribenda tradere possimus. Vale.

Quattuor sunt membra principalia: quibus humani
corporis machina firmis basibus ⁊ fundamentis ro
borata consistit. s. cerebrum. cor. epar ⁊ testiculi. Di-
cuntur autem principalia non q̃ ad cuiusq; horũ in-
tercmptionem sequatur intcremptio. ⁊ destructio
animalis. Ablatis enim testiculis ab humano corpo
re: quãuis deformetur corpus: ⁊ infemineam dege-
neret naturam: non ideo interimitur: nec statim substantie denegat. Sed
ideo principalia dicũtur: qz toti corpori dominant ⁊ principant: fm dispo-
sitionẽ ⁊ fm moderationẽ virtutũ. Scõm dispositionẽ principant: qz si in
vnũ concurrant crases principioꝝ pfecte: fm eas totũ corpus disponetur.
Scõm virtutũ moderationem: qz in cerebro ꝑncipat virtus motiua ⁊ sen
sibilis: ⁊ principaliter in corde fundat virtus vegetatiua ⁊ spiritualis. In
epate principat siue dominat virtus augmentatiua ⁊ nutribilis: in testicu-
lis luxuriat ⁊ iocundatur propagatiua ⁊ generabilis. Hay quattuor virtu
tum cõmunior ⁊ vtilior ⁊ latius patens ceteris est nutribilis ⁊ natura ꝑ.
Hã ante anime infusionem suos motus in corpore experitur. Cum enim
corpus humanum sit fluxibile ⁊ tributarium dissolutionis: necessario defi-
ceret: nisi virtus nutribilis deperdita restauraret: ⁊ toto tempore vnionis
anime ad corpus operatur ⁊ vniuersam existentiam committatur. Unde
iugis ⁊ insepabilis comes ⁊ socia nature: ⁊ magis ītrinseca ⁊ fidelis è. Uñ
cum virtus nutribilis non possit operari sine fundamento cui innitur.
Et epar sit eius principale subiectum vel fundamentum conuenit epar
prius esse formatum ceteris membris. Et corporis edificium ab epate tan
quam a fundamento primario consurgit. ideo epar prima radix corporis
iudicatur. Virtus vegetabilis et si sit dignior quia corpus ad altiorem

(c) 2007 Ministerio de Cultura

locū vel gradū prouehit:7 ipsum vegetabili splendore illustrat:tñ natura posterior est.nec est corpori coequalis. Et si illud operet ante infusionem anime exilr tamen 7 semiplene actionem suā exequitur. Ante infusionem anime viuit corpus non anima nec animatione: sed vegetatione sicut arbores spiritu viriditatis vegetant:toto vero tpe mutationis anime 7 corporis spiritualis virtus aduegetat vel negociat super membrum in quo fundata est:7 virtus illa dignitate vel eminentia est in corde. Sed natura 7 tempore formationis posterius. Virtus motiua 7 sensibilis excellentior est precedentibus prelatione dignitatis. Soli enim militat aīe. Item ab anima procedit:sed est tempore 7 natura posterior. Nam ante anime infusionem virtus hec est impedita. Nec valet operari:propterea enim ex infusione anime contrahit. Sicut autem virtus sensibilis posterior est:7 tē poris ratione:7 nature conditione. Sic 7 membrum quod est huius virtutis fundamentum. postea est formatum. Quarta virtus que propagatiua est 7 generabilis ceteris virtutibus indignior est:natura 7 tempore posterior indignior:quia non est substantialis corpori:nec adeo necessaria:nec ad nature spectat essentiā:sicut cetere virtutes:sine quibus 7 earum etatibus non potest continuari essentia:7 potest dici prior ex natura humane complexionis 7 compositionis. posterior tempore 7 natura. quia talis virtus ad digerendum non mouet in corpore ante infusionem anime nec post infusionem ipsius nisi in tēpore pubertatis ossibus medulla repletis:augmentatis humoribus:confortato calore naturali ampliatis meatibus causa coitus.etatis feruore concurrentibus. Tunc quidem hec virtus excellenter 7 egregie ad sue operationis ministrationem vel ministerīū ex causarum humiditate prouocatur. Hec autem operatio est effrenis sicut aliarum virtutum. Cum enim effrenato cursu hec virtus aliquanto tempore suam continuat actionem: eneruatur corpus 7 tabescit 7 in defectum declinat corpus. Vnde certum est q̄ hec virtutis operatio non est ita substātialis nature 7 necessaria:cum ex sua continua actione corporis pariat defectum 7 animale corpus iugiter 7 indesinenter expirat:inspirat 7 respirat 7 anima vegetabili illustratum continue membra digerunt:appetunt: retinent:7 vt ab aliquibus superfluis corpus mundent:continue mouent. Sunt itaq; huius virtutis hii effectus magis effrenes 7 magis violenti 7 nequaq̄ virtutis generalis effectus:cuius operatio in multis suspendit: in quibus ad petram continentie paruuli allidūtur. In aliis vero propter frigidam testiculorum crasim talis actio impeditur:quia ex causis ad coitum concurrentibus priuantur. inde est:q̄ hec virtus nature non conuenit:nisi propter propagationem vt rerū genera per multiplicationem particularium ne intereant conseruantur. Homo.n.non continue durat:oportet ergo:vt permaneat successiue virtuti propagatiue suū membrum simile 7 ꝯforme:principalibus ceteris indignius:7 posterius tempore sibi formā speciem vendicauit. Cum itaq; cor 7 epar tanto principis preiudicio p̄ferant:ideo fm crases istorum membrorum teste Halī.in tegni:Totum

(c) 2007 Ministerio de Cultura

corpus disponetur ⁊ non a cerebro non a testiculis asserit Gallienus totū corpus suam trahere dispositionem. sed cordi tantum ⁊ epati hoc debetur inde est ꝙ veterum phoꝝ studiosa intentio ad horum membrorum naturas ⁊ habitudines inuestigandas fuit maxime laborari. sed non potuerūt melius perpendi ⁊ expressius inuestigari q̄ iudicio pulsuum ⁊ discretione vrinarum. Videtur. n. fideli testimonio dispositionem epatis ⁊ membroꝝ sibi communicantiū dilucida. Pulsus vero cordis habitudinem: vite tenorem: spirituum assistentiā declarat. De doctrina vrinarum varii ⁊ multiplices tractatus reperiuntur propter quorum ꝯfusionem libellum noue editionis componentes sub volumine breuitatis ꝯstruximus: vt scholarium nostroꝝ eruditionem consuleremus ⁊ communi vtilitati inseruiremus: qui liber incorrectus ⁊ incastigatus a nobis est elapsus. Subito. n. in lucem prodiit: ⁊ non expectans tempus edictionis legitimū factus est abortiuus: vt non de facili posset reuocari cum iam in manus plurium venerit scriptura mala attritus: ⁊ dedignatus abscondi: est in labiis singulorum qui q̄uis cum palam liuoris morsibus obtrectēt: ex eo tamen suam locupletant paupertatem ⁊ penuriā: ⁊ sui intellectus reficiunt aridit atem. Doctrinam pulsuū pauci aut nulli dederunt perfectam: vel non diminutam dederunt scientiam. Hal. vero ex multa prolixitate voluminum ⁊ librorum varietate: ⁊ verborum prolixitate confusionem induxit: ⁊ veritatem turbauit. Omnis. n. confusio nouerca est veritatis Eustachius in pātegni de doctrina pulsuum intendens multas varietates ⁊ differentias ꝓponit: que per sui multiplicitatem vix possunt comprehendi loquelis rationis humane. Philaretus autem sub tanto breuitatis volumine predictorum confusionem studuit coarctare qui caribdim confusionis volens effugere in syllam obscure breuitatis: que obscuritas est inimica doctrine. vnde liber Philareti iudicio meo a ꝯsortio horum librorum: ⁊ artis dignus est prophanari. Verūtamen nos meliorem eligentes semitā breuitatem ⁊ confusionem abhorrentes de pulsuū differentiis componentes libellum ex vtroq̄ ꝯtemperamentū facimus vt mediocritate seruata scholarium nostrorum qui doctrine nostre edulio cibantur intelligentie seruiamus. Scribimus aūt ꝑm artificiū metrice positionis siue rationis vt verba nexibus pedū ligata sub sigillo memorie fidelius claudantur ⁊ certior doctrina operetur. Ab huius operis vestibulo planeticos ⁊ falsos discursores monachos qui norma religionis abutentes pelle monachali remota de huius artis mysterio presumimus vt prophanari. Talibus. n. huius operis secreta nollumus propalari: nec margarite spargende sunt porcis: nec phie mysteria diuulganda sunt imperitis. Omnes ergo tales sic submouemus: vt que capę intellectu nequeunt ad ea legenda videant indigni. Que vero in aliquoꝝ librorꝝ principiis inuestigari solent: in huius operis etiā principio inuestiganda occurrunt. s. que sit auctoris intentio: que causa intentionis: que vtilitas. ad quā partem phie expectet: qui modus agendi: que libri diuisio: qui libri ordo tractandi: qui titulus. In-

(c) 2007 Ministerio de Cultura

tentio auctoris est in hoc opere doctrinam tradere de pulsibus compendiose ostendendo immutationem pulsuum ⁊ causas immutationum ⁊ genera ⁊ differentias. Causa intentionis est communis omnium.s. vtilitas ⁊ latinitatis indigentia de doctrina pulsuum. Vtilitas est presentium humani corporis dispositionum cognitio:⁊ futurarum precognitio:⁊ preteritarum rememoratio:⁊ hoc tam in sanis q̄ in egris ⁊ in neutris. Liber iste pro maiori parte pertinet ad philosophiam ⁊ mediante philosophia ad naturalem scientiam.s.ad physicam. Modus agendi est diffinitiuus ⁊ diuisiuus. Diffinitiuus:quia omnia genera pulsuum diffinit ⁊ significationes differentiarum determinat:q̄ ad diffinitiuam pertinet doctrinam. Diuisiuus:quia omnia genera pulsuum in diuersa partitur ⁊ cause immutationum in diuersas species trina sectione distribuitur. Diuiditur ergo in tres portiones liber iste.in prima agit generaliter de decē generibus pulsuum diffiniendo ⁊ de quinq̄ considerationibus ſm quas differentie pulsus discernuntur. Secundo de speciebus generum ⁊ de circunstantiis ⁊ causis ex quibus pulsus nominatur. Tertio asserit principaliter de significationibus pulsuum. vnaquęq; tamen partitio suum habet ordinem tractandi sibi specialem ⁊ proprium:quod ex littera erit manifestum. Titulum erubesco exponere:quia:Nascitur in viuis liuor post fata quiescit: Cum suus ex merito quēq; tuetur honor. Sed ne huius libri auctoritas in laudem detractoris infanda tituli mutatione conuertatur:ne alius grana que non seminauit colligere presumat.demisso vultu ⁊ verenda fronte titulum supponimus:vt detractor falsigraffius nostram monetam ingenii ⁊ laboris:alia imagine ⁊ adulterina:effigiare non possit. Tunc ergo sit titulus talis.

FINIS.

(c) 2007 Ministerio de Cultura

¶ Incipit liber magistri Egidii de pulsibus metrice compositus.

Agenii vires modicis conatibus impar.
Materies onerosa premit perplexa figuris.
Ardua difficilis nodosa imperuia paruis:
Ardua mollimur nulli tentata priorum.
Qui tanti prerupta maris transire volentes.
Non freti ratis officio vel remigis vsu.
Sed pedibus metricis ⁊ sicco calce vadamus.
Artificis tractum fidis in concina recusat.
Verbaq; iunctura non articulata decenti.
Nexibus arctari metrice compaginis horrent.
Quanto res grauior quanto minus apta resolui.
Ad veniam tanto procliuior esse meretur.
Ipsa rei grauitas siquid peccauerit auctor.
Offensam culpe leuat absoluitq; reatum.

¶ Incipit commentum magistri Gentilis de Fulgineo super tractatu pulsuum magistri Egidii.

Agenii vires. Auctor more recte scribentis operi suo prescribit proemium in quo leges: ⁊ debita proemii decenter exoluit. Captat enim beniuolentiam auditorum cum offendat vix oratione metrica tractari posse. Tractatus vtilis est valde ad doctrinam. ¶ Materies. Attentionem excitat vbi arduitatem materie plurimitatēq; insinuat. In vtroq; vero docilitatem venatur quod ex littera perpendimus. ¶ Materia est de pulsuum diuersitate. ¶ Onerosa. idest grauis ⁊ difficultatis molle comprimens ingenium tractandi. ¶ Premit. Vires ingenii humiles ⁊ debiles respectu difficultatis. ¶ Perplexa. idest intricata ⁊ inuoluta ad naturam reducit. ¶ Figuris. idest variis ꝓriis dictis in mutationibus ⁊ significationibus pulsuū quibus ipsa mareria figurat. ¶ Ardua difficilis. Hec oīa inculcāt difficultatem operis: ⁊ hic excitat attentionem. ¶ Nulli tentata. idest nulli precessor nostror ausi sunt aggredi tanti plurimitatem opis: ⁊ arduitatem pedibus metricis innodare ¶ Qui tāti ꝑrupta. idest materie ꝓfunditatem que mari cōparat propter ꝓfusionem. Non freti ratis. idest ꝓsaice oꝫonis. Prosaica oꝫo assimulat rati ⁊ metrica pedū vadationi. Materia pulsus est ꝓfunda ⁊ cōparat mari ꝑ quādā methaphorā. sicut enim nauta in mari in naui firmissima existens ꝓfundū maris securius penetrat q̄ si pedes ire ꝑsumeret. Sic aius mare tractātis tā ꝓfuse materie remigio ꝓsaice oꝫonis melius ⁊ securius ptransit q̄ si inde pedibus metrice oꝫonis eandem materiā aggrederetur transmeare. ¶ Fidis inconcinia. Alia methaphora per quā difficultas operis datur vel ostenditur.

(c) 2007 Ministerio de Cultura

tracta est a cithara ꝛ fidicula. que si cordas habeat dissonas ꝛ incontinuas: nec plectro artificis bene preparatas siue temperatas: ad tactum nullam reddit consonantiã. Sic etiã hec materia tantã habet verboꝝ inconsonantiã ꝛ incõtinuitatem ꝙ ex eis metrice orationis resultare sonoritas vix poterit. ¶ Quanto res grauior. Ideo hoc petit veniam si aliquid peccauerit in tractando excusans se a difficultate materie.

De ꝓpone cordis ꝛ forma ꝛ cõpositione ꝛ de officio eiusdem.

Cor vite sedes vitalis fida caloris.
Mansio: nature basis vnica sol microcosmi.
Viuifici thalamus: tronus ꝛ penetrale vigoris.
In quo fonticulus scaturit qui fomite puro.
Membra regit vegitat auget disponit adurit.
Hinc stabiles numeros ꝛ physica vincla requiras.
Ex quibus humane constant fundamina vite.
Ex sementinis hanc incolit insita causis.
Et sibi germanam reddit vis ignea sedem.
Unde datur membro species cognata calori.
In conum consurgit apex: terrestria fundant.
Edificantq; basim sursum leniora feruntur.

¶ Cor vite. Finito proemio aggreditur propositũ principale vt tractet de materia pulsuũ sed antecq; aggrediat suã materiã ꝛ pulsuum distinctionem q̃dã preambula p̃mittit ꝛ antecessoria ad principale: quibus lector ad intelligentiam sequentiũ promptior expeditioni accedat. Primo itaq; disserit de complexione cordis ꝛ de forma ꝛ compositione ꝛ officio eius qõ a complexione ꝛ forma trahit originẽ. Et notandꝙ supremus artifex disposuit p̃uide cuncta. ꝛ cor quasi quẽadmodũ solem in medio microcosmi locauit ipsumq; valde calidũ ignitũ rotundũ concauũ ꝛ cõuexũ stabiliuit faciendum qꝛ est fundamentũ calidi naturalis ꝛ vitalis: spiritus domiciliũ: cuius beneficio totũ corpus calefit ꝛ vegetatur. Omne enim calidũ teste Philarato velociter mobile de natura. Cor enim necessario oportuit mobilitati acquiescere vt per eius motũ vitalis spiritus infunderetur in membris cuius infusio vniuersum corpus habet vegetare ꝛ viuificare. rotundũ est sed tamen nõ expresse sed ꝑmanet in modũ coni dispositũ: qꝛ rotũda forma amica est ꝛ consentanea motionis. Sentit nãq; Phs: ꝙ omne rotundũ de natura sui est mobile vel volubile. Item forma rotunda pfectior est ꝛ incorruptibilitati magis vicinatur ꝓpter carentiã angulorꝝ. Dicit. n. Constantinus in libro oculorꝝ: ꝙ forma rotunda in laterib⁹ est elisa circũquaq; declinis non habens angulos in quibus contineat superfluitas prestitura lesionem que si haberet angulos in quibus macula supfluitatis adheret: cor esset trigonũ vel alterius forme: ꝛ in angulis rubigo adherens cãm disso-

(c) 2007 Ministerio de Cultura

lutionis prestaret. cor est conuexum ⁊ concauũ: vt intra sue concauitatis cellulas sanguinem cũ spiritu naturali sibi ab epate missum acciperet ⁊ vicellulas sanguinem cũ spiritu naturali sibi ab epate missum acciperet ⁊ vitalem spiritũ in se liberius contineret: ⁊ vt etiã aerem a pulmone spiratum promptius attraheret ⁊ ad temperandũ calidũ innate estuationis. nam si esset intus solidũ ⁊ expers conuexitatis mediarũ partiũ interpositione impediretur constrictio ex qua consurgit dilatatio. Interdicta vero dilatatione ⁊ constrictione nulla vitalis spiritus per arterias exsufflatio fieret: ⁊ ita a naturali officio intra cor necessario deficeret. ¶ Cor vite. idest fedes vniuersalis viuificationis domicilium. ¶ Fida mansio. idest fidelis habitatio. ¶ Vitalis caloris. idest spiritus a quo omnia membra calefiunt. ¶ Basis vnica. idest fundamentũ. sicut enim fundamentum est id quo edificium innititur: ita tota microcosmi machina corde tãq̃ firma basi ⁊ precipua roboratur. ¶ Vnica. nõ sola sed principalis. Sunt equidem alie bases microcosmi: sed hec est precellentior vt a principio. i. proemio docuimus vbi quattuor principaliũ membrorũ multa discussimus. ¶ Sol microcosmi. Sicut enim in maiori mundo qui dicitur macrocosmus solis beneficio omnia irradiantur illustrant calefiunt ⁊ confortantur: ⁊ augmentanda augmentantur: terre nascentia ad conceptionem ⁊ partũ vocantur. quãdo vero absentatur a nobis ad oppositã regionem: ⁊ ad antarticũ delegatur cardinem: ⁊ quãdo nubes sua oppositione nobis suũ furant aspectum: inferiora suo fraudantur beneficio ⁊ aer tristis ⁊ caliginosus damnat ob absentiã caliditatis. Simili modo a sole nostri corporis: idest cordis oia membra calefiunt vegetantur ad nutrimentũ ⁊ ad reparationem deperditarum partiũ inuitantur. Et si nubes fumositatis ipsum obtenebraret: vel alia causa repentina immutter: ad eclipsim ꝓperat corpus humanũ: ⁊ luce vegetationis priuat. ¶ Viuifici thalamus. In thalamo luxuriant ⁊ iocundant homines: lasciuiunt ⁊ recreant tristes ⁊ inopportunos ⁊ supstitiosos absentant. Similiter in thalamo cordis in q̃ celebrant animo nuptie et nature viuificis spiritibus mediis tãq̃ seruis ⁊ vernaculis ministrãtibus nature anime mr̃imonio gaudens ex oblectamento tpantie hilarescit ⁊ confortat nubere: melancoliã ⁊ rancorem eliminat. ⁊ sanguine puro ⁊ sincero sue recreationis adipem sortit. Ideoq̃ iure cor thalamus vitalis spiritus ⁊ vigoris dicitur. ¶ Tronus. q̃ sicut in trono principant reges: sic i cor de regnat ⁊ suũ imperiũ tenet calor naturalis. ¶ Penetrale. Secretior pars domus est. ⁊ cor est corporis humani pars secretior ad quã tanq̃ ad magis clausam aliis partibus extinctis vis mortificationis tardius erumpit vnde mors describit extinctio caloris naturalis in corde. sic enim non põt vita debellari: nisi eius turris principalis obseruetur. Cetera mẽbra quasi mapalia ⁊ appendentia castro: quibus abruptis principatus vite nõ derogat. ¶ In quo. .s. corde. ¶ Scaturit. idest ebullit ⁊ estuat. Riuorum ⁊ aquaꝝ est de terra scaturire: que de terra extra impetuose saliunt ⁊ erumpunt. Aqua nãq̃ feculenta limi viscositatis ligata nõ scaturit. Calor quidem in corde scaturit ad similitudinem aque salientis. Ecce q̃ fonticu-

(c) 2007 Ministerio de Cultura

lus.i.vitalis ſpiritus cum ſanguine mũdo defecato:fons iugiter manans: ſaliens in corporis vitam:nec arescere potest nisi cum violentia siccauerit mortis:qui.s.fonticulus membra regit tãq̃ presens ꝛ patronus corporis ꝛ cor ea substentat. ¶ Vegetat. idest viuificat sua infusione vel natura mediante per membra. ¶ Auget. quia vigore vitalis spiritus ꝛ animalis naturali mediante corpus nutritur ꝛ augetur. Cum enim mortificatũ est corpus:ꝛ a vitali spiritu destituũ non nutritur. Qualiter vero in anime infusione nutriatur corpus:ꝛ ante infusionem spiritus vitalis ꝛ animalis montipedensibus soluendũ relinquamus:vt inde modicũ exerceantur. ¶ Disponit. idest totum corpus sue complexioni assimulat ꝛ confortat: vt totum totaliter acceptũ.nã ossa nõ possunt primo mutari a sua crasi:cũ sint frigida ꝛ sicca:sed ptes toti corpori cões:qõ plenius ī tegni debet dici. ¶ Adaurat. idest euentat ꝛ refrigerat ꝛ attracti aeris mulcedritate contemperat.aliter enim totũ corpus a vehementia estuationis candescceret: nisi aer attractus a corde ꝛ aspiratus a pulmone flabello sue euentationis ipsum demulceret. ¶ Hinc. idest ab ipso corde tãq̃ a fundamento nature. ¶ Tu requiras. o phice rimator. ¶ Stabiles numeros ꝛ phica vincula. idest ꝓpositiones firmas que in numeris attendunt:ꝛ phicales modos ꝛ inuisibiles gũphos quibus aia est corpori irretita. Est.n.certa mensura ꝛ certa ꝓportionum meta in qua qualitas cordis in toto corpore ꝛ in quolibet alioꝝ membroꝝ calor debet excedere:que si infra illam metã subsistit magis q̃ natura possit substinere:vel suam metã trãsgrediatur:vita destruitur. ¶ Phisica vincula. idest vitalis spiritus naturalis ꝛ animalis:quibus mediãtibus anima ꝯiungitur corpori.illi naq̃ spiritus licet in discretis locis habeant generari:tamen in corde robur:ꝛ inde confortationem recipiũt.ex caliditate etiã cordis ꝛ naturali spiritu virture caloris depurato in corde vitalis spiritus reperitur ꝛ animalis. ¶ Ex sementinis. dixerat cor esse solem corporis:ꝛ fundamentũ caloris naturalis:nũc assignat quare ita sit. ¶ Quia vis ignea. idest naturalis calor ꝯractus ex primis componentibus que cause sementine sunt ꝛ originales:hãc sedem cordis inhabitat.ꝛ quodã federe germanitatis eam sedem deuotius amplectitur:licet enim in qualibet pte corporis sit calor tãq̃ regitiuus totius corporis cor tamen sibi quasi firmam ꝛ stabilem appropriat mansionem. ¶ Unde datur. Probat ex forma cordis:cor esse naturalis caloris habitaculum habet siquidem formã pineatã ꝛ cono similem in imo grossum ꝛ rotundum quedã latitudine orbiculari diffusam:superius vero tendentem in accutũ:que forma rei accõmodata ex virture igneitatis ignis naturali motu suo tendit ad altũ vel in accutũ. Ex grossioribus ergo ptibus ꝛ aquosioribus plus grossicici ꝛ terrestreitatis habentibus:fit in imo cordis ampliatio aquose partes impedite a terrestribus:non sequuntur motum intime ꝯstrictionis. Ex alterutra ergo partium contradictione eius pars inferior grossa quadam orbiculatione rotundatur. Ignee ergo partes ꝛ aere sursum rapte impetu caloris raptu ꝓprie leuitatis ascendentes:

(c) 2007 Ministerio de Cultura

tendentes in accutum cordis summitatem in modum coni vel piramidis constituunt. sed obiicit quare cor in humano corpore sic dispositum est: qꝑ fm dispositionem cordis cor in summitate grossum est: ꝛ inferius accutū. Unde fm dispositionem istā ratio predicta infringitur. Ad hoc dicimus qꝑ fm grecos homo dicit antropos: quasi sursum conuersus: ꝛ assimilatur arbori inuerse. sicut enim arbor inuersa habet radicem ꝓstitutā sursum: ꝛ a radice ramos procedentes inferius: sic homo cerebrum que est radix totius corporis habet superius ortum. cetera vero membra a cerebro tāq̄ꝫ a radice mediantibus neruis progredientia habet constituta deorsum: ita fm dispositionis huius ordinem cor in superiori parte obtusius est. inferiori vero respectu huius ordinis accutius est: sed naturali ordine positionis inspecto: cum omnis radix debeat supponi ꝛ rami eleuari erit fm hunc nature ordinē cor in summo accutū ꝛ in imo grossum ꝛ obtusum. ¶ Basim. idest fundamentum substātie cordis: quod ex terrestribus partibus in imo residentibus compositum est.

De motu cordis.

Effreno rapitur motu: nunc surgit in arsim.
Nunc aduersa thesis ipsum premit emula centri.
Continuo motu res feruida posset aduri.
Deficeret: traheretq̄ sui dispendia motus.
Sed pulmo madidus: crudiq̄ humoris alumnus.
Multis distinctus cameris fouet ignea cordis.
Blando concepti spiraminis ore flabello.

¶ Effreno. Postquā egit auctor de complexione ꝛ forma cordis ꝛ officio: ostendit hic motum eius. Ad hoc sciendum qꝑ sunt tres motus in humano corpore. Primus nature tantum: Secundus anime. Tertius anime ꝛ nature simul. Motus nature effrenis est ꝛ necessarius irrationabilis ꝛ violentus ex quo incepit: desinere nescit: donec compleatur. Unde reprehendimus errorem quorundam qui asserebant motum cordis fieri per quosdam neruos descendentes a cerebro: ad lacertos pectoris: quos lacertos ipsi nerui mouent. Lacerti moti mouent thoracem: ꝛ secū trahūt pulmonē: pulmo motus cōmouet cor: q2 abaula mee speculationis arbitror esse in sufflādū. Motus enim cordis vt ait Balk. naturalis est: nec est in nr̄a potestate: vt possit differri: vt motus anime. Motus anime voluntarius est ꝛ ratio subiacet voluntati: ꝛ ratione moderat: ꝛ administrat per neruos ꝛ spiritū animalem: qui aie neruaculus ꝛ p̄ambulus est. Hunc motum possumus differre ꝛ retardare ꝑut volumus: sicut motū manus vel pedis vel alterius membri. Tertius motus qui medius est: pulmonis ꝛ thoracis: est ibi ꝑtim naturalis. Unde rx toto non potest differri necessitate inducente legem motionis: partim voluntarius est. vnde ad tempus

(c) 2007 Ministerio de Cultura

differri potest ꝛ voluntas arbitriũ sequitur:quãdo flatum suspendimus: ꝛ ab inspiratione cessamus. In eo.n. ꝙ differri potest ꝓcedit ab anima ꝛ est voluntarius in eo ꝙ ex toto differri non potest.sed necessitate respirandi in actũ reduci cogit:a natura ꝓcedit:ꝛ est vtis. Non est itaq; ꝓportionalis motus cordis motui pulmonis:motus enim cordis prius duplicatur vel triplicat q̃ motus pulmonis vel thoracis ꝓplcatur semel:motus thoracis est ꝓportionalis motui pulmonis. Et motus cordis non rñdet motui pulmonis. vez est si dexterã manum sup lcua mamilla applices vel si pulsuũ in arteriis discernis naturã:ꝓpies triplicem motũ prius cordis. q̃ semel pfici motũ pulmonis. Sed motui arteriaz proportionalis est motus cordis. Moto nãq; corde mouetur arteria tota. sicut moto baculo in manu: mouet manus ꝛ etiã baculus in sũmitate in medio ꝛ in principio:videtur enim alicui arteriã moueri sed posterius q̃ cor cum non moueatur nisi ex motu cordis. Spiritus enim vitalis qui cor dilatat ꝛ arterias non potest esse simul in corde ꝛ in arteriis:sed tractu tpis a corde in arterias diffunditur. Unde motui cordis dilatatio arteriaz successiua esse videt.qđ soluant montipedenses. Motus itaq; cordis qui ꝑm assignatam rationem effrenis est ꝛ necessarius duplex est. Alius est simplex alius compositus. Simplex qui tantum consistit in dilatatione vel tantum in constrictione. Qui ex dilatatione ꝛ constrictione consistit compositus est ꝛ ꝯstat ex contrariis motibus. Diastoles dilatatio ꝛ arsis sunt idem. Sistoles vero constrictio ꝛ thesis sunt idem. Et est diastoles motus cordis ad extrema. Sistoles est circunstantiũ partium reductio ad centrum. Impetus ergo cordis ꝛ vehemẽtia spiritus in ꝑlectis operatur dilatationem:ꝛ tantum durat dilatationis motus q̃tum permittit impetus caloris ꝛ vehementia siue violentia spiritus impellentis. Diastolem itaq; operat caliditas inducens ebulitionem ꝛ spiritus impellens cessante itaq; aut languente violentia impulsionis remittit motus dilatationis. Et tunc ex terrestri substantia cordis propter vehementiam partium extremaz ꝛ grauitatem eaz fit compressio cordis ꝛ ex tremarũ partium adinuicem reductio. Motionis vero cordis varie ꝛ differentes sunt cause:que a nobis quattuor esse dicuntur. Calida cordis complexio. Forma eius ꝛ compositio cum terrestri substantia ꝛ spiritus cum fumosa superfluitate innatus. Quarta causa potest dici siue esse spiritualis virtus que a tribus precedentibus procedit. Sed qualiter ex spiritu impellente tãq; ministro:ꝛ calore tãq; artifice fiat dilatatio plenius ostendemus. Sanguis per concauã venã ab epate cum naturali spiritu per dexterã cordis auriculã ingrediens cordi ministratur:in cuius concauitate sanguis receptus locum calidissimum inueniens incipit ebulire ꝛ ebuliens resoluitur ꝛ rarificat in fumũ ꝛ spiritum. Differt autem fumus a spiritu. Spiritus enim subtilior est:fumus autem grossior. Et est spiritus inter ignem ꝛ aerem medius igne obtusior ꝛ aere subtilior. Fumus est inter aquã ꝛ aerem medius:aere grossior ꝛ aqua subtilior. Fumus itaq; ꝛ spiritus generati in corde per viam rarefactionis

(c) 2007 Ministerio de Cultura

ampliozem locum occupant ꝛ cozdis ꝯcauitatem replent ꝛ diſtendunt. in-
de fit cozdis dilatatio. Q; autem cozpus rarefactum maiozem locū occu-
pet ꝓbari poteſt auctozitate ratione ꝛ exemplo. Dicit enim Ariſ. ex vno
pugillo aq̄ multos fieri pugillos aeris: ꝫ idē ſimilit ex aliis. Primū argu
mentū pōt adduci. Si caſtanea integra ignito cineri apponat calox ignis
humiditatem caſtanee in fumū reſoluit: fumus reſolutus multo maiox eſt
q̄titate quā habuit maſſa ex qua generat: vnde maiozem locum occupat:
ꝛ locū inter cozticem ꝛ caſtaneā replet ꝛ diſtendit. Et cum intus nequeat
contineri quia inititur ad vapozationem ex quadā violentia ſurſum mo-
uetur: ꝛ ſecum caſtaneam depoztat: nec eam repzimi pmittit: donec erupto
coztice euapozet. Similiter fit cozdis dilatatio: ex fumo ꝛ ſpiritu amplio-
rem locū q̄ ſanguis occupantibus. Sed ꝯſtrictio cozdis ex ſola eius pon-
derositate efficit: ſicut ad depzeſſionem caſtanee ſola eius grauitas ſuffice-
re videt. Cum enim motus cozdis ſm diaſtolem ꝛ ſiſtolem triplex ſit cau-
ſa: calida complexio: compoſitio: ſpiritus cum fumo innato. ſciendū q̄ vir-
tus operatiua que eſt quarta cauſa procedit ab hiis tribus: que ſic deſcri-
bitur. Virtus motiua eſt motus cozdis ꝛ arteriaꝝ ⁊c. Obiicitur de com-
pzeſſione cozdis videtur q̄ non ſit operatio virtutis. Nam quādo incipit
compzeſſio: virtus operari deſinit nec iam aliquem motū exercet. Item
nec virtus poteſt operari niſi aliquo ſpiritu mediāte: ſed in compzeſſione
non mouet ſpiritus: nec per ipſum compzeſſio fit: ſed potius ex coheren-
tia partiū cozdis: qui cū ſit grauis. ſubſtātie virtus ſue grauitaꝫ deozſum
depzimit. Non ergo operatiua virtus eſt motio cozdis ꝛ arteriaꝝ ſm dia-
ſtolem ꝛ ſiſtolem ſed ſm diaſtolem tantū quod obuiat auctozi. Hoc argu-
mentū ſoluendū relinquamus hiis qui in talibus negociātur vt habeant
materiā litigandi. Hiis explanatis litterā exponamus. ¶ Effreno. ideſt
violento ꝛ neceſſario ꝛ naturali intellige de compoſito motu qui ptes ap-
plicat: cum ſubdit. ¶ Nunc. ideſt quandoq̄ ſurgi. ¶ In arſim. ideſt in
diaſtolem ex calozе ebulitionem facientе ꝛ ex ſpiritu impellente. ¶ Nūc.
ideſt aliquādo cōpleta dilatatione: ceſſante impulſione ſpiritus. ¶ The-
ſis. ideſt ſiſtole. ¶ Aduerſa. quia ꝺrius motus diaſtoles. ¶ Premit
ipſum. .ſ. cozex coherentia ꝛ grauitate ptiū. ¶ Theſis. dico. ¶ Emu-
la. ideſt familiaris ꝛ amica. ¶ Centri. ideſt ꝙuexitatis cozdis. ¶ Con-
tinuo. dixerat cozex effreni ꝛ violento raptu motū. vnde cum ſit calidū ꝛ in
deſinenti ꝛ in frenato motu agitet: poſſet inflāmari: ꝛ incādeſcere: maxime
cū ſit calidū ꝛ ignitū. Et ibi phicalis methodus q̄ ſolida corpora maxime
ſint calida ex motu calefiūt nec tantū calida: imo etiā que frigida ſunt: ꝛ ter
reſtria. In q̄drigis ꝛ molendinis circa axem vbi voluitur rota ex impetu
effrenate volutionis ignē accendi videmus. Qđ ſi fuerit in corde humani
corpis deficeret ꝛ diſcrimen diſſolutionis ꝛcurreret: qđ ne fiat natura pro-
uida ꝛ diſcreta ꝛ in cūctis ſuis opationibus ſedula: diſpenſatrix pulmonē
ꝯſtituit: tāq̄ famulū ꝛ camerariū cordis: qui ventilabro ꝯcepte aereitatis
ꝯtempat cordis feruorem: ꝛ igneā eius faciem flabello blāde cucntationis

(c) 2007 Ministerio de Cultura

emulctet. ¶ Sed pulmo madidus. quia est flegmatis receptaculũ: ꝛ multa eliquatione humectat. ¶ Crudiq; cruoris. i. flegmatis q; est crudus humor: ꝛ primus indigestor: vt dicit Aristoteles ꝛ Ysaac i libro vrinay: spumositatem sanguinis sibi attrahit pulmo ab epate vt inde flegma faciat: et calidũ suũ contempet. ¶ Multis cameris. idest cassulis ꝛ spongiositatibus quibus incameratus est: vt intra sue camerositatis ventriculos maior etiã quãtitas valeat cõtineri: ꝛ fidelius ꝛ diutius rẽtineri. nã si plana esset sibi conexitas exps spongiositatis aer intus cõceptus statim exiret nec stabilem haberet mansionem: sed ex quo est calor cameris concauis intricatus diutius commorat: cuius diuturna cõmemoratio cordi necessaria est plurimum ad tempamentũ ꝛ refrigeriũ inspirationis. i. aeris inspirati.

De causis motus cordis.

Cordis forma crasis fumus vis spiritualis.
Vernula virtutis tribuens spiramina membris.
Sunt arsis cause thesis ex sola grauitate.
Perficitur: dum deprimitur substantia per se.
Hunc regit ꝛ celebrat natur e regula motum.
Cuius vis anime membris infusa vigorem.
Suscitat ꝛ reliquos virtutis temperat vsus.

¶ Cordis forma. Que sunt cause motus cordis: dicit quarta distinctio que suã lucẽ ex p̃cedentibus vendicauit. ¶ Forma. quãtum ad eius rotunditatem: que forma mobilitati congrua est. nã omne rotundũ est mobile de natura. ¶ Crasis. idest calida eius cõplo. omne nãq; calidũ de natura velocit mobile: sicut omne frigidũ tarde mobile. ¶ Fumus. ex sanguine resoluto generatus: per partiũ rarefactionem: vnde ampliorem locũ occupans inflat cor ꝛ dilatat. ¶ Vis spiritualis. idest existens in ipso corde. ¶ Vernula virtutis. Spiritus vitalis minister opationem secũ defert: ꝛ virtutem spiritualem. ¶ Tribuens spiramina. idest spiramina vegetationis toti corpori infundens. Hec oia p̃dicta cause sunt. ¶ Arsis. idest diastoles. ¶ Sed thesis. que est extremaꝫ partiũ reductio ad centrum. ¶ Perficitur. ex sola grauitate ꝛ coherentia ꝛ terrestreitate substancie. ¶ Cum deprimitur. i. in motu proprie granitatis: nulla spiritus impulsione ad hoc operante. ¶ Hunc regit ꝛ celebrat. Dixerat auctor motum cordis esse effrenem ꝛ necessariũ: quia fit a natura tantũ. Inde videtur alicui q; soli nature attribuendus esset motus cordis: ꝛ q; omnino a virtute anime alienus. ideo ostendit q; q̃uis fiat a natura principaliter: tñ vigorem sue formationis sortitur ab anima. sed probat q; motus cordis tñ ex anima procedit. Dicit Constantinus in pantegni: q; virtus quedã attinet nature tantũ: ꝛ dicitur naturalis. Alia est q̃ corpus viuificat ꝛ cor dilatat ꝛ arterias: ꝛ itez cõstringit q̃ ad animã attinet: ꝛ dicitur spũalis. Tertia

(c) 2007 Ministerio de Cultura

est q̄ sensum ꝛ voluntariū motū perficit. s. animalis. ꝛ ex hoc videtur quia virtus spiritualis q̄ cordis motū opatur: tantū ꝓcedit ab anima. Ad hꝰ dic Constantinus cū dicit virtutem spiritualem ad animā pertinere: non ideo dicit: qz vitā ꝛ primordiū sue essentie summat ab anima: sed qz ex infusione anime suā pfectius exequit actionem. Ante enim infusionem anime inerat tm̄ ſm habitus. sed anima infusa est ſm actū. vnde ex infusione aie omnes virtutes corporis in suis explendis actionibus fortiores existunt.

De descriptione pulsus.

Innatum recreet vt mulcebris aura calorem.
Et procul absentent fumose vmbracula nubis.
Spiritus vt digno reparari fomite possit.
Exarsi atq̄ thesi conflatur motio cordis.
Que pulsum faciat ꝛ vite consona fiat.
In pulsu resonant tenor: ꝛ concordia vite:
Sinzugie vitalis amor modulamina cordis.
Intima temperies: animi secreta voluntas.
Augma: paroxissmus: status ꝛ peryodicus error.
Horborum cretici motus: quid fata minentur.
Quid possit lachesis: quicquid parat exitialis.
Antropos: ense necis dum fila sororia rumpit.
Urine fraudes aperit discretio pulsus.
Certificatq̄ fidem: pulsus confirmat ꝛ vnit.
Judicii genus in speciem censura reducit.
At pulsu dubio medici mens pendula mutat.

¶ Innatum. Quid sit motus cordis: ꝛ quibus causis concurrentibus fiat: ꝛ quid operet motū cordis: aut anima: aut natura dixit: qz aut ex motu cordis: aut ex causis motū cordis opantibus ꝓcedit pulsus: ideo insinuative ponit descriptionem pulsus. Cū tota huius opis doctrina de pulsib9 constituat: ex ratione ꝓpositi tenent pulsus assignare descriptionem. describitur a Pho sic: Pulsus est motio cordis ꝛ arteriaꝝ ⁊c. hec autem diffinitio itelligenda est ꝑ causam: nō ꝑ essentiā suā: sicut sunt multe diffinitiones huius artis. Pulsus. n. non est illa motio que est in corde cū ipsa sit singularis: ꝛ pulsus sit in arteriis a corde remotis. motus tamen cordis causa est illius motionis que est in arteriis: ꝛ q̄ est pulsus. sicut. n. ex motu arboris sequitur motus frondiū ꝛ fructuū: nec tm̄ vnus est sed alius: licet ab altero fiat. sic ꝛ in pulsu: mouetur. n. cor ꝛ dilatatur. ex cuius motu vitalis spiritꝰ impellit: ꝛ impulsus arterias mouet: quaꝝ motus est pulsus. vnde pulsum sic possumus diffinire: Pulsus est motio ex diuersis motibus cōposita in mēbro cōcauo ꝛ arterioso facta a motu cordis ꝛ quarūdā arteriaꝝ procedens a virtute operante spiritu mediante. Potest etiam dici ꝙ diffinitio

(c) 2007 Ministerio de Cultura

physicalis est per essentiã vt pulsus sit motio composita ex motu cordis ⁊ motu arteriaꝝ. Ex diuersis nãq; motibus potest conflari vna motio cõposita. hec itaq; motio cordis erat motio que est pulsus ⁊ motio arteriarum. Similiter erat pars eiusdem. Ille ergo qui tangit pulsum sentit ptes: non ergo sentit motũ cordis. sed istud ppendit ex motus arteriaꝝ cognitione. Litteram expone taliter. ¶ Motio talis. que pulsum facit est composita ex motu arteriaꝝ ⁊ cordis. ¶ Conflatur. idest componit. ¶ Ex arsi ⁊ thesi. idest dilatatione ⁊ sistole. i. motio cordis ⁊ arteriarũ composita ꝺm diastolem ⁊ sistolem consideratur sequitur. ¶ Vt mulcebris. Hic assignat vtilitatem pulsus. vnde hec clausula non est de diffinitione sed ad vtilitatis expressionem annexa est sicut in diffinitione physicali adiungit hec clausula ad infrigidationem caloris innati. Est autem vtilitas pulsus vt suo motu calefiat corpus ⁊ ex aere inspirato a pulmone spiritus vitalis reparetur. illius. n. attracti aeris pars euaporat per poros corporis: quedã a calore consummit quedã a cordis constrictione in pulmone expirat: quedam retenta subtiliatur: ⁊ depuratur: ⁊ ex ea vitali spiritui annexa ⁊ adiuncta vitalis spiritus reparatur. ⁊ hoc est. ¶ Vt mulcebris aura. idest aer inspiratus. ¶ Recreet. idest emulceat ⁊ contemperet. ¶ Innatũ calorem. idest naturalem qui aliter estuaret ⁊ incenderet. Nota duplex est calor innatus vnus contractus ex primis componentibus ⁊ est principalis qui in mortuo subiecto a substãtia non recedit: qui iugis est ⁊ comes perpetuus assequa subiecti quem violentia mortificationis non potest subuertere. Caro. n. leouina q̃uis sit mortificata tamen colerica est ⁊ calida in quarto. ⁊ in corpore suscepta dissoluit ⁊ febrem ꝓuocat. vnde hec non est nisi ex calore innato. Est ⁊ alius calor innatus contractus ex influentibus ⁊ infusione spirituũ ⁊ humorum: ⁊ est actu tantũ: qui substantiam relinquit. ⁊ iste ex aere recreatur: ⁊ distemperatur: ⁊ nõ alius. ¶ Umbracula fumose. idest superfluitates q̃ recepte in corpore obnubilarent ⁊ obumbrarent vitalem spiritũ. ¶ Absentent. idest exsufflentur a corde ad pulmonem: ⁊ a pulmone exterius emittant. Hic potest queri quãdo sufflamẽ suspendimus quo aera cor attrahit: in quo superfluitates expellit. Dicitur q̃ in spiramine fit attractio aeris. qui aer per tracheã arteriam ad pulmonem transmittitur: ⁊ in pulmonis cauernulis suscipitur: nec ad cor aer ille totus transmittitur duplici de causa: tum quia cor totius aeris attracti ad pulmonẽ capax non esset: cuius pulmo est capax tãq; macer membrũ: tum q̃ eius partem in se continet: vt licet aer ab exterioribus nõ attrahatur: cũ cor inueniat aerem in pulmone quem posset attrahere. ⁊ q̃uis pulmo repletus sit aere: ⁊ cor habeat in se sufficientem aerem quo possit foui: vnde videtur q̃ longo tempore possit teneri aer nullo mediato suffragio ab aere exteriori: tñ hoc fieri nõ potest: quia cor semper in cõstrictione que successiua est dilatationi fumosas superfluitates emittit: q̃ transmisse ad pulmonem si non possent exsufflari nec in corde cõtineri itez̃ ad cor reuolute ⁊ reciprocate vitalem spiritum ingrossarent: qui naturaliter debet esse subtilis. vnde ingrossato ni-

(c) 2007 Ministerio de Cultura

mis spiritu:nimia dilatatio cordis fit ꝛ extrema gaudiū redire prohibent.
Si.n.est nimia subtiliatio spirituū quibusdā est causa mortificationis. vñ
nutriti in aere grosso:si transirent ad regionem calidā in qua defecatus est
aer cito morerent:qz spiritus vitalis nimis subtiliat:ꝛ preter naturā debi-
litatur.nec potest cordis grossiciem ad plenū dilatare:indeꝙ syncopizāt:ꝛ
syncopizantes suffocantur.inde est ꝙ pisces nutriti ex grosso aere aque ab
aque extracti ad ipsum aerem qui subtilior est moriunt.sed quidā tardius
vt anguille:quidā citius vt allecia:quidā medio tempore vt lucii ꝛ barbelli.
Et quare hoc fiat inuestigent socii:Similiter dico nimia spiritus vitalis
ingrossatio ꝑter naturā facit incurrere mortem.vnde homines de Lybia
si transirent ad aerem spissum non diu viuerent:nec nos in aerem eoꝝ diu
possemus viuere:ꝓpter eandem causam:quia spiritus vitalis ex inspissa-
tione vel inspiratione q̄ preter naturā suscipitur:corrumpitur ꝛ ideo īspis-
sato ꝛ implente latera cordis spiritu:cor immoderate dilatatur:qđ cum me
tā sue dilatationis excedit impedita cōstrictione:facit ad interemptionem
animalis.Sunt.n.due cause mortificationis immoderata.s.dilatatio ꝛ con
strictio.sicut.n.corpus animalis dilatationem nisi debitā habeat.viuere nō
potest:ꝛ consequatur constrictio ꝛ constrictioni succedat dilatatio:sic ex im
pedimento vel immoderantia dilatationis ꝛ constrictionis periculū morti
ficationis incurritur. Et vt viuat humanū corpus non sufficit inspiratio
nisi respiret.hec autem fiunt ꝑm vicissitudinem dilatationis ꝛ cōstrictionis
cordis.inde est ꝙ ex risu ꝛ nimio gaudio multi propter nimiā dilatationē
syncopizant:ꝛ syncopi perseuerante moriuntur. Buni.n.pro immoderata
dilatatione fumose superfluitates impedita constrictione nō exsufflantur:
sed in corde retinentur:retente inspissant vitalem spiritum:qui debet esse
subtilis:qui inspissatus preter modum extinguitur:sicut ignis ethereus
igniens aerem quando motus ignis cōmunis ad grossiorem descendit ae-
rem.dū.n.ingrossatur natura subtilis egreditur ꝛ extinguitur. Similiter
ignis in stupa accensus in ore ioculatoris tenetur quia ex flatu ꝛ anhelitu
ingrossatur ꝛ anteꝙ egredi possit extinguitur.Simili ratione ignis existē
te aere nimis humido ꝛ pluuioso vix potest ardere:qz ex aere pluuioso in-
spissatur.Etiā ex gaudio fit syncopis alia ratione:quia impedita exsuffla-
tione vitalis spiritus non potest reparari animal:quo deficiente cessat sen-
sus ꝛ voluntarius motus animalis. Naturalis etiā calor in corde ex fumo
sis superfluitatibus retentis anihilatur:sicut ex gaudio fit syncopis ꝛ mor
tificatio quādoꝙ propter immoderantiā dilatationis.ita ex tristicia ꝛ ter-
rore plurimo accidit propter immoderantiā constrictionis. Cū.n.latera-
les partes cordis immoderate constringunt excluſa vacuitate.ideo in cor
de nullus aer recipitur:nec fit respiratio aeris:q̄ est necessaria ad tempan-
dum feruorem cordis ꝛ vitalem spiritum recupandū. Hec vero omnia va
riantur intenduntur aut remittunt ꝑm differentias cordis.quoddā.n.cor
molle est ꝛ teneꝝ ꝛ lapsam habet substantiā tale cor gaudio superueniente
ex obedientia suaꝝ partium amplius dilatatur:ꝛ vehementius. Et hoīes

(c) 2007 Ministerio de Cultura

talis cordis facilius syncopizant: & fortius. Et si constituant in balneo aereo carente respiraculis syncopi cito piclitant. habẽtes vero durũ cor & terrestre & compactũ ex gaudio syncopizant tardius: q̃ duricies cordis resistit dilatationi immoderate. Sed ex tristicia adueniente citius syncopizant & fortius: quia duricies partiũ & grauitas iuuat excessum constrictionis. huiusmodi habentes cor durum valde si ingrediantur fornacem vbi est aer subtilissimus propter conflationem metallorum vehementer syncopim incurrunt ex defectu dilatationis: quia vitalis spiritus in duro corde debet esse grossus. & a subtilissimo aere valde subtiliatus non potest latera cordis ad modum debite dilatationis propellere. Inde ꝯuenit ꝙ pueri citius syncopizent ꝙ viri. ¶ In pulsu resonant. Insinuata pulsus diffinitione: oportet vtilitatem pulsus declarare. s. declaratio consistentie & habitudinis corporis temperati vel eius distemperantie: vel discretio passionũ & affectionũ anime delucidatio temporum: & accutarum egritudinum: distinctio futuraꝝ crisium vel ad bonum vel ad malum cognitio vite & mortis: abradicatio fraudum: & delusionũ vrine certificatio. que omnia ex sententia littere melius clarebunt. ¶ Tenor. idest subtilitas vite & integritas & eius ꝯcors ꝯtinuitas ſm naturalem legem corporis ipsius. ¶ Resonant in pulsu. idest manifestantur per pulsum. sicut. n. per sonum declaratur claritas metalli: & cymbali bonitas vel malicia. sic per pulsum q̃si per quendã sonum: quia in ipso pulsantur arterie ex motu spiritus impellentis declaratur distemperãtia vel temperantia humani corporis: & non solum per pulsum ea cognoscuntur. ¶ Sed amor. idest pax & consideratio vniuersalis. ¶ Sinzugie. idest vite humane: que per quãdam sinzugiam & proportionalem concordiã quattuor elementoꝝ in corpore consistit. per vitalem sinzugiã potest intelligere admirabilem compaginem: & matrimonialem cõplexionem vel copulã inter corpus & animã. ¶ Bodulamina. idest temperamenta non solum cordis: sed interioꝝ membroꝝ: que corde bene se habente fortiora & temperantiora sunt: sicut eo male se habente languent & fatiscunt. ¶ Secreta voluntas. idest passiones & affectiones anime: sicut gaudium ira tristicia animositas timiditas auaricia liberalitas: quoniam immutant pulsum: & etiam per pulsum declarant: quãuis distinctio talium sit difficilis. In gaudio enim quia cor mediocriter dilatatur propter temperamentum affectionis: & quia sanguis: temperatus est humor: qui in gaudio mouetur: cor paulatim & temperate ab interioribus ad exteriora diffunditur. vnde pulsus temperato processu in magnitudine augmentatur: & mediocriter inter fortem & debilem & velocem & tardum sibi vendicat. Non. n. multa refrigeratio necessaria est propter caloris temperamentũ. In ira quia calor impetuose ab interioribus ad exteriora diffunditur: & colera estuosa est: quia in ira mouetur: ideo ex ira repente pulsus in magnitudinem surgit: & impetuositate colere paucatus neglecta fornidine velocitatem & frequentiã assumit. vnde si talis efficiatur pulsus preter naturã corporis: sine febris irritamento: sine cor-

(c) 2007 Ministerio de Cultura

poris exercitio:colligi potest:quia talis ex ira fiat. Et iram significat maxime cum ira sit feruor cordis ꝛc. In quo ex desiderio vindicandi:cū vindicta fiat per exteriora:extra calor prorumpit furiosus. Hic vero pulsus qui fit ex ira fit fortis magnus frequens ꝛ velox:tamen inter molliciem ꝛ duriciem fit mediocris. In tristicia ꝛ timore pulsus parui ꝛ debiles fiunt: quia calor ab exterioribus ad interiora reducitur: ꝛ ex motu melancolie que dominiū habet in timore pigritatur calor naturalis ꝛ sanguis:ꝛ confortato motu melancolie ꝛ sedes ꝛ segnis ꝛ quasi congelatus efficit:vnde pulsus paruus debilis ꝛ occultus tam in timore magno q̄ in tristicia propter motum subitum terroris:ꝛ tristicie liuorem. Sed si timor aliquantulum durat ꝛ moretur quousq; virtus debilitetur:ꝛ spiritus torpeat ꝛ pigritet:fit pulsus vermiculosus:deinde formiculosus. In terroꝛe vero cū calor naturalis subito intra propellitur:virtus modo quasi timida fugit: modo quasi se defensura reuertitur ex duplicitate talis motus fit pulsus velox tremens ꝛ inordinatus. Si ergo timor perseueret pulsus pulsui tristi similis redditur.sed si tardauerit quousq; debilitetur:fit pulsus vermiculosus. Ex magnitudine ꝛ audacia naturali contracta.ꝛ ex humida ꝛ feruenti natura cordis fiunt pulsus magni ꝛ fortes. Et ex pusillanimitate ꝛ timiditate fiunt pulsus parui debiles. Ex liberalitate ꝛ largitate magis aperti ꝛ temperati.ex auaricia contrarium. ¶ Augmia. Non solum passiones anime per pulsum innotescunt. Sed quatuor tempora egritudinis accute:ꝛ qualitate paroxismorum:ꝛ quantitates paryodorum. In principio egritudinis accute fiunt pulsus magni ꝛ veloces: minus tamen q̄ in augmento propter cruditatem humoris. Et quia calor ex multa materia oppressus eam non sufficit ad plenum resolvere in augmento egritudinis calore iam adulto materia amplius solui incipiente ꝛ inualescente calore pulsus maiores ꝛ fortiores occurrunt. In statu pulsus ad magnitudinem ꝛ velocitatem pulsuum accedunt propter accumen caloris. In declinatione tepescente calore minorantur pulsus ꝛ tardi fiunt. q̄ autem declinatio fiat:sic cognosces. Si precesserit crisis: vel si etiam sine omni crisi materia est consumpta: quia sepe contingit eam febrili calore consumi sine alia purgatione: ꝛ tunc eger incipit esse compos sui: tunc est declinatio morbi:ꝛ tales pulsus boni sunt. Si vero nihil horum precesserit: ꝛ eger sit mente stupidus ꝛ debilis.ꝛ sensibilitatis diminutio: tales pulsus pessimi sunt: quia ex defectu morbi non fiunt: sed nature:vnde dicit Philaretus: Rari pulsus semp sunt difficiles. ¶ Augma. idest augmentū egritudinis. In augmento intelli ge principium. ¶ Paroxismus. idest exacerbatio egritudinis proprie cum sit in accutis:quia oxi dicuntur:idest accute:ideo paroxismos habent. pulsus instantiam paroxismorum indicant: quia tunc fastidiosus magis ꝛ vehemẽtior erit. ¶ Status. idest status paryodi. ¶ Et paryodicus error. idest accessio interpollata quantum ad interpollatas: que per circulares et paryodicos motus resoluuntur. Pulsus interpollatam

(c) 2007 Ministerio de Cultura

febrem significat quia continet suam velocitatem ⁊ frequentiam. Sed ceteris temporibus lacessit:⁊ ceteris temporibus inualescit.habet se tantū ad significandum interpollatam. ¶ Morborum cretici motus. idest determinationes accutarum que crises dicuntur. ¶ Quid minentur fata.

Tria sunt fata.i.tres parce cloto lachesis ⁊ antropos. Cloto est motio de non esse ad esse:⁊ est generatio.lachesis est productio ꝑm ꝓtinuitatē existendi.Atropos est corruptio.i.egressio a substantiali statu siue conuersio de esse ad non esse.tota vis vel facultas parcax in pulsu exultat.¶ Urine fraudes. Hic ponit vltima vtilitas considerationis pulsus:quia natura iudiciū ꝑ ipsuz certificatur:⁊ per ipsum fraudes vrine ⁊ veritas apit. Urina nāq; considerata fallit medicum:nisi eius iudicium per pulsum certificetur. Nam si pulsus vrine consentit:tunc est iudicium vrine bonum. Si autem dissedeat malum est.Cum.n.proportio adsit signorum vnit iudiciū.i.ad vnitatem iudicii reducit.¶ Genus in speciem. Urina quādoq; apparet rubea ⁊ turbulenta in colore ⁊ substantia:⁊ distemperantiā significat corporis.s.calorem:⁊ ideo egritudinem significat in genere:sed quia talis potest apparere ex multis causis:sicut ex febre vel apostemate vel ex ruptura vene vel epatis calefactione:vel ex inordinato exercitio: sanguine plus iusto fluente:q̄uis significent egritudinem in genere tamen non determinate ⁊ diffinite significant eam. Sed adhibita significatione pulsus:⁊ ꝯsideratione genus specificat:determinat ⁊ declarat q̄ sit egritudo in specie vtrū febris vel alia.⁊ si febris vtrū continua vel interpollata.

¶ Incipit principale propositū de decem generibus pulsuum.

Quinq; modis ꝓbat artificis solertia pulsus.
q Ex quibus elicit numerus generum duplicatus.
Ex forma motus tria:magnū:forte:citatum.
Molle parit plenum:calidum:substantia membri.
Ex quibus ⁊ primis series senaria surgit.
Spissum constituit mora:que discriminat arses.
Qui pede dactilio passim declinat ab alto.
Et qui deficiens surgit:vireſq; resumit.
Ex collatiua thesium ratione notatur.
Tāq; precipuis adiuncta nouissima primis.
In quibus est motus discors:vel consonus vnus.
Ordo:vel aduersus numeri ratione notatus.

¶ Exercitis quibusdā antecessoriis ⁊ preparatoriis necessariis ad subsequens.s.de officio cordis ⁊ forma ⁊ complexione de intentione ⁊ causis intentionis.de diffinitione pulsus:de vtilitate considerationis pulsus.his inquā diligenter pertractis aggreditur auctor principale propositum vt instruat doctrinā de pulsuū generibus.Sūt itaq; genera pulsuū diuersa:

(c) 2007 Ministerio de Cultura

ꝛ diuerse pulsuũ differentie ſm diuersas differentias meꝫ ꝯsiderationes. ꝛ sunt decem genera pulsuũ: ꝛ quinq; ꝯsiderationes. A quinq;.n. ꝯsiderationibus decem genera pulsuũ oriunt. Prima ꝯsideratio meꝫ attenditur circa proprietatem motionis arterie. nã motio arterie est talis: que est magna: parua: mediocris: vel fortis: debilis: vel mediocris: vel velox: tarda: vel mediocris. Ab hac prima ꝯsideratione que circa proprietatem vertit tria genera pulsuũ attenduntur ꝛ nascuntur. Primũ genus pulsuum est magnus paruus ꝛ mediocris: vt sub vno genere ꝯtraria colliganus quorum eadem est disciplina. Secundũ genus fortis debilis ꝛ mediocris: que similiter sub vno genere reputantur. Tertium genus est quod ab eadem consideratione trahit originem. ſ. velox tardus ꝛ mediocris. Primũ genus pulsuũ diuiditur in longum curtum ꝛ mediocre: latum strictum ꝛ mediocre: apertum occultum ꝛ mediocre: quoꝝ omniũ significationes cause ꝛ diffinitiones patebunt ex littera vel ex littere consideratione. Secunda consideratio vertitur ſm consistentiã organi. i. arterie que est organum ꝛ instrumentũ pulsus est. aut arteria huius consistentie: quia ipsa est dura mollis ꝛ mediocris: vel plena vacua ꝛ mediocris: calida frigida ꝛ mediocris. hec proprie pertinent ad arteriam. pulsus nãq; proprie non dicitur calidus mollis: nisi gratia arterie: que talis sentitur. Ab hac ꝯsideratione sumuntur tria pulsuũ genera: durus mollis ꝛ mediocris: plenus vacuus ꝛ mediocris: calidus frigidus mediocris. Tertia consideratio pulsus sumitur a diastole ꝛ sistole: idest ſm spacium quod attenditur inter dilatationem ꝛ ꝯstrictionem: licet. n. constrictio non occurrat sensui tamen per spacium ꝛ morã que est inter dilatationes constrictionis mora perpenditur: que si sit magna: fit pulsus paruus: ꝛ rarus. Si parua sit frequens. Ab hac itaq; ꝯsideratione elicitur septimũ genus. ſ. rarus frequens ꝛ mediocris. Dicit Constantinus in pantegni q; septimũ genus ex parte quietis est: ꝛ adducit auctoritatem Gal'. dicentis: Pulsus in dilatatione ꝛ ꝯstrictione quietes habet duas. vnã cum pulsus in dilatatione sua extrema digitoꝝ percutit. ꝛ hanc exteriorem vocat quietem. ꝛ hanc sensibiliter inuenimus. Quies secunda est cum pulsus in constrictione ad centrũ suũ redit. ꝛ hec quies non est sensibilis: quia non facile sensu cognoscit vel percipitur: sed ꝯstrictionis mora ex dilatatione cognoscitur. Quarta consideratio versatur circa collationem aperte more: ꝛ occultã proportionem eaꝝ. Si. n. plures sint aperte more q; occulte pulsus est incidens. i. propter maiorationem sui in notitiam sensus nostri cadens. Si autem sint plures occulte q; aperte dicitur pulsus decidens. i. a notitia nostri sensus cadens. Et hꝰ est octauũ genus quod nascitur a quarta consideratione. ſ. incidens ꝛ decidens. Et nota ad hoc q; incidentia ꝛ decidentia pulsuũ determinet. non oportet octo vel nouem motiones considerare: sed vsq; ad centesimã percussionem in consideratione progrediendũ est vt collationes morarũ ad moras: occultarum ad apertas fortium ad debiles melius perpendatur: non. n. si vna motio foris sequitur ꝛ alia debilis sequitur ꝛ iterum tertia

(c) 2007 Ministerio de Cultura

fortis ⁊ quarta debilis iudicandus est ꝑp hꝰ pulsus decidens: qꝛ ꝑ^ fortis ⁊ z^ debilis. ℔ã eadem rõne cũ z^ sit debilis: ⁊ tertia fortis sequtur: erit pulsus incidens: qꝛ debilis tendit ad fortẽ. ⁊ sic posset ꝓbari qꝫ idẽ pulsus esset incidens ⁊ decidens. Ad hꝰ dicimus qꝫ in ea cõsistentia in qua vꝛ pulsus permanere diutius: talem cũ iudices. Ꝺ sic cognosces: si pulsus in decem percussionibus sentitur ⁊ in vndecima deficit: vnde ab vndecimo computes si in quarto ab vndecimo deficit dicit decidens: ⁊ talis tendens in defectũ per quosdam gradus magis ⁊ deficiendo mortem significat. Si vero deficeret in octauo postea in vndecimo ab ea decidit: ⁊ postea tardius decidet: donec deficiat: talis incidens est. ⁊ significat naturã ꝑus afflictã: morbo iam partim supato resurgere ⁊ conualescere. Quinta cõsideratio attendit ſm ꝓmutationem vel consistentiã predictaꝝ considerationũ: ⁊ ab hac consideratione duo extrema genera. ſ. nonũ ⁊ decimũ procedunt: q nõ principalia sunt genera: sed principalibus annexa ⁊ adiuncta. nõ. n. principaliter attendunt sed alicui adiacent: vt equale ⁊ inequale. ecce nonũ. Ordinatum ⁊ inordinatum. ecce decimum. Si pulsus sit: assidue fortis: dicitur equalis. Si aliquid admiscetur debile cũ forti inequalis dicit. Sed de his plenius dicetur in sequentibus. ℔ota qꝫ hec pulsuũ genera non sunt opposita. Circa vnũ ⁊ eundem pulsum tria vel quattuor habent esse genera quandoqꝫ ⁊ consistere. aliquãdo. n. pulsus magnus potest esse mollis velox fortis spissus equalis ordinatus plenus. Sed q̃dã sunt opposita: vt magnus ꝑuus: nec sunt diuersa genera sed diuerse differentie vnius generis: ⁊ ideo se nõ compatiuntur. Sunt autem diuersa genera nõ contraria. Sed ꝓ cõtrarietate causaꝝ se non sustinent: vt magnus debilis. abundantia nãqꝫ spiritus facit magnũ. defectus eius ⁊ caloris facit debilem. Similiter forte ꝑuũ velox debile spissum paruũ tardũ velox rarum. Et vt generaliter dicam nulla possunt cõmisceri in quibus contrarietas causaꝝ nõ intercidat. Ꝺcce genera pulsuum ſm diuersas rationes dicunt. ſ. ſm motũ: ſm organũ: ſm plures motiones. ℔ota qꝫ hoc nomẽ generale pulsus predicari potest de quolibet inferiori: quia de magno forti veloci raro incidenti equali ordinato molli pleno calido. non tamen in eadem significatione. Ꝺicitur nãqꝫ hoc nomen pulsus quattuor modis. ℙrimo modo accipitur ꝓ motione que occurrit digito. Et in hoc sensu tria genera distinguuntur: magnus velox validus. Secundomodo dicitur pulsus res pulsata sicut organũ ⁊ ſm hãc significationem duo distinguuntur genera pulsuum. ſ. molle plenũ. hec aũt ad organũ pertinent. Arteria enim mollis datur vacua plena ꝓprie: extranee vero dicuntur de motione q̃ est pulsus. motio siquidem mollis dura plena vacua in collatione dicitur que ⁊ si dicantur de pulsu predicatio redundat in proprietatem organi. Calidũ ⁊ frigidum ⁊ qꝺ est tertium genus pulsuum ad rem pulsatã dicitur pertinere: ⁊ potest patere vt illa tria genera pulsuũ distinguantur prout res pulsata dicitur arteria. ⁊ enim ꝓprie dici potest calidum vel frigidũ. Sed quidã considerantes qꝫ non est calida vel frigida de se: sed potius ex frigiditate vel mortificatione spiritus

(c) 2007 Ministerio de Cultura

vitalis impellentis eam dicunt calidū vel frigidum pulsum dici pro re pul
sante. ⁊ hec est tertia significatio pulsus vt pro re pulsante accipiatur. hoc
modo posset fieri nisi esset qđ dicit ℙhilaretus ꝙ nonū genus attenditur
ſm caliditatem q̄ redditur per totū corpus arterie in quo considerat quā-
titas suppositę materie: per tactum: totum est de accidente per qđ insinuat
auctor: ꝙ pulsus calidus ad rem pulsatam pertinet non ad rem pulsantem.
nā si dicat ꝙ pulsus dicitur calidus propter calidū spiritū nō propter sub-
stātiā vel qualitatem arterie. Similiter pulsus mollis plenus vacuus nō
debet dici vt redundet p̄dicatio in substantiā organi sed in qualitatem hu-
moris arteriā infundentis. Sentitur nāq; arteria mollis dura plena pro-
pter humorem suppositū: quia flegmaticus: multus aquosus arteriā mollē
vel plenā efficit. sed siccus durā ⁊ vacuā reddit. Sed ℙhilaretus testat: ꝙ
ſm consistentiā organi attenditur plenū molle durum vel vacuū vel ſm fi
guram. Si ergo plenū molle durum vacuū pertinent ad consistentiā ⁊ fi-
gurā organi: similiter calidum ⁊ frigidū. Quis. n. neget arteriam calidam
esse sua qualitate vel figura. Ipsa enim calida vel frigida sua qualitate tāq̄
causa formali: ⁊ est calida vel frigida ratione spiritus: ⁊ qualitate spiritus
tāq̄ efficiente vel materiali. vnde Constantinus in pantegni. Calor arte-
rie est ex materia intra cōtenta. i. spiritu ⁊ sanguine. Quarto modo dicitur
pulsus collectio pluriū pulsuum ſm ꝙ quattuor genera distinguūtur: rar:
frequens: incidens: decidens: eq̄le: inequale: ordinatū inordinatū. ¶ So-
lertia. idest prudentia. ¶ Artificis. idest medici. ¶ ℙrobat. examinat
⁊ diiudicat. ℙulsus. generaliter intellige: non pro motione: non pro re
pulsante: non pro re pulsata: non pro pluriū collectione. ⁊ quo modo pro-
bat ostendit. ¶ Quinq̄ modis. i. quinq̄ cōsiderationibus discretis. ¶ Ex
quibus. idest considerationibus. ¶ Elicitur. idest procedit. ¶ Nume-
rus. idest decem genera pulsuum que in dupla proportione se habent ad
quinq̄ considerationes. Nunc prosequitur quo modo. ¶ Ex forma. .i.
proprietate motionis arterie circa quam vertitur prima consideratio.
¶ Nascuntur tria. .s. genera ⁊ ostendit que. s. ¶ Magnum. Illud est
primū quod ostenditur ſm quantitatem triū dimensionū teste Constanti
no ⁊ ℙhilareto. ¶ Magnū. sub magno audit paruū ⁊ mediocre. ecce
primū genus. ¶ Forte. sub quo debile mediū. ecce ſm. ¶ Forte. ℙo
nit tertiū ℙhilaretus ⁊ Constantinus etiam considerat ſm tenorem vir-
tutis: sub q̄ considerat debile ⁊ mediocre. ¶ Citatū. idest velox: sub quo
tardus ⁊ mediocris. Tertiū genus est citatum ⁊ attenditur tempore ⁊ qua
litate motionis. ℙhilaretus ponit quātitatē motionis. Similiter ⁊ Con-
stantinus tempus. ¶ Substantia membri. idest constantia vel consisten
tia organi ⁊ figura sine qualitas substantie: circa qnā versatur secunda cōsi
deratio. ¶ ℙarit. .i. ex se concludit vel producit. ¶ Molle. idest sub
quo dux mediocre continetur. Istud est quartū genus ſm Constantinū.
Sed ℙhilaretus ponit octauum. ¶ ℙlenum. per qđ vacuum intelli-
Officium commune durum: curatio morbi.
Actio communis vix consumatur ab vno.

¶ Quia forte medicus propter mortem egri preminentem desperaret ⁊ de vita sua timeret credens sibi ab amicis suis imputari: ideo auctor ipsum cōsolatur: ⁊ amicos eius corroborat ⁊ firmat: ostendens ꝙ non sit timendum. ⁊ cum prenunciauerit mortem egri potius sibi copulabit gloriam ⁊ honorem: q̄ pudoris ambitionem: ⁊ loco prophete inter homines reputabitur: quia morituri solis pronosticis.

De pulsu caprizante.

Descensu saltum geminat caprinus ab vno.

(c) 2007 Ministerio de Cultura

More caput saliens:que bis prius aera pulsat.
Q; semel in terram querat defigere cursum.
Cedit in hac specie progressio prima secunde.
Si species talis genesi dictante resultat.
Hoc signo vasis substantia dura rebellis.
Aure vitalis vis imbecilla notatur.
Sensus hebes serrino preceps turbatio mentis.
Q; multis resoluta modis vt verba moueret.
Mentis conceptum mutilata voce resoluit.
Si caprinus erit sine lege vel ordine pulsus.
In causa est mixtura mali:diuersa diera.
Bissona materies:resolutio multa vaporis.

¶ In hoc capitulo diffinit auctor quid sit pulsus caprizans ⁊ eius significationem exponit. Est enim caprizans qui incipiens a velocitate ante digitorum percussionem videtur cadere ⁊ post mouetur incompleta dilatatione ad similitudinem caprioli caprizans dicitur. Cum enim capriolus incipiat esse velox in saltu quasi saltum videtur facere in aerem ⁊ post in complendo cursu:⁊ complendo saltu est velocissimus. Talis vero pulsus antequā regrediatur in centrum duas habet dilatationes primam minorem secundam maiorem sicut etiam facit capra saliens in aere que prius extollit vna vice pedes:deinde alia vice iterum se extollit antequā in terra ponat vestigium. Caprizans itaq; pulsus:alius est ꝺm naturam:alius preter naturam:que autem sunt significationes naturales:⁊ que non naturales:auctor in hoc capitulo exprimit.

De martellino pulsu.

Cum ferit incudem bis malleus:⁊ resilire.
Cogitur obiecti massa suadente metalli.
Et sit diuiduus:in se tamen vnicus ictus.
Sic resilit duro membri concussa rigore.
Et digitos species sic martellina retendit.
Nec redit in centrum donec geminauerit ictum.
Ex quo natiuo signatur spiritus ignens.
Cor siccum:discors mentis presumptio:fastus.
In febre continua martellino dominante.
Caumate febrili cordis depascitur humor.

¶ Sequitur de martellino:quia a martello dicitur. Sicut enim percussio martelli supra incudem insequentes cadit percussiones plures propter percussionem martelli ex duricie incudis. sic etiam martellinus pulsus in dilatatione sua antequā ad centrum regrediatur ex percussione spiritus:

(c) 2007 Ministerio de Cultura

ꝛ organi duricie bis digitos percutere videtur: ꝛ fiunt quasi dilatationes due. sed precedens est maior: secunda minor. Sed in caprizante sequens ascensio maior est precedente. Martellinus pulsus ex duricie substantie organi contingit. ꝛ hoc propter superabundantiam spiritus quo spiritu mouetur arteria. ꝛ pre duricie ipsius spiritus repercussus rursus mouetur: ꝛ facit secundam ascensionem. vnde dicit Philaretus q martellinus siue bis pulsans currente violenter spiritu in secundam venit percussionem: vt in incude venit malleus. Et est differentia inter caprizantem ꝛ martellinum: quia in caprizante non repercutitur spiritus: vt in martellino: sed ante digitorum percussionem quasi cadere videtur: ꝛ post incompleta dilatatione vehementer citatur. Martellinus itaq pulsus si sit ſm naturam significat contumaciam cordis: ꝛ pertinaciam mentis ex siccitate ꝛ superbia ex abundantia spiritus. Si autem fiat preter naturam significat successionem cordis ꝛ humoris defectionem: sicut in accutis contingit.

De ramoso pulsu.

Finditur in ramos ramosus ꝛ organa motu.
Quadrifido feriens digitos percurrit: in imo.
Biscolor in pulsu: sicut confusa resistit.
Vox cbitare fidibus vno simul ordine tactis.
Hec species crassis imperio suadente figurat.
Mobile propositum: cordis mutabile votum.
Si talis cogente mali symbomate fiat.
Morbi materies sit dissona: causa repugnans.
Militat: ex equo virtus symboma retundit.
Vita reformatur: nutrix natura resurgit.
Expirante mali nebula redit aura salutis.

¶ Hic ponit ramosi pulsus diffinitionem: ꝛ significationes eius ostendit. Est itaq ramosus pulsus qui primis digitis tangentis apparet alio modo ꝛ reliquis digitis apparet inequalis: vt si appareat vni digitoꝝ velox alii tardus vni spissus: alii ramosus: vni fortis: alteri debilis: vni inciduus ꝛ apertus: alteri deciduus ꝛ occultus. Et attenditur ſm quantitatem motus: aut motionis virtutis: ꝛ ſm motionis numerū. Non enim potest variari iste pulsus ſm magnitudinem. Impossibile enim est q sub vno digito in eadem parte organi sit magnus: ꝛ in alio digito vel in alio in paruū mutetur in eadem pcussione: aut in eadem pcussione fiat paruus ꝛ etiā magnus. Magn9. n. ex necessitate q̄tuor digitos trāsit. Similiter ramosus nō pōt attendi ſm varietatē latitudinis aut stricture: caliditatis aut frigiditatis: duricie aut molliciei: vacuitatis aut plenitudinis. Nuq̄. n. in cadē pcussione pōt attendi pulsus in diuersis digitis: ramosus: latus: ꝛ strictus:

(c) 2007 Ministerio de Cultura

calidus ꝛ frigidus:mollis in quibusdam:durus in aliis:vacuus in vno ple
nus in alio.ꝛ similiter paruus ꝛ magnus ꝑm velocitatem tarditatem:debi-
litatem ꝛ fortitudinem:raritatem ꝛ frequentiã potest considerari. ¶ Ra-
mosus alius ꝑm naturam alius ꝓter naturam. Secundũ naturam factus
cordis mutabilitatem significat. ℙ Preter naturã factus in acutis febribus
humoꝝ significat contrarietatem:nature conualescentiã ex parte signifi-
cat:ꝛ ex parte vite laborem:ꝛ finem morbi declarat. ℙ Pulsus ramosus ꝑm
ℙ hilaretum habet fieri ex aliqua superfluitate in concauitate arterie cõ-
tenta que aduenienti spiritui resistit. vnde tota arteria propter resistentiã
superfluitatis aduenientis spiritus:non potest totaliter dilatari. Sed mo
tus cordis ꝛ motus spiritus transfertur deorsum ꝛ sinistrorsum:ac si essent
diuersificati. ℙ His determinatis littera clarescit per se ꝑm diuersitates eas-
dem teste Constantino in pantegni. Caudam soricinam ꝛ pulsum inclina-
tum licet inuenire. Cauda soricina in diuersis digitis inuenitur:cum pul-
sus ab vno digito attingenti brachium est grossus:sub digito secundo est
minor:sub tertio est paruus:sub quarto est minimus. Similiter hec cauda
in forti ꝛ debili veloci ꝛ tardo potest itelligi. Sed hec cauda soricina differt
ab alia de qua superius cum ipso auctore pertractauimus. Inclinatus aũt
pulsus attenditur ꝑm diuersitatem percussionum sub quattuor digitis:vt
si sub duobus digitis mediis grossus:ꝛ sub duobus extremis subtilis:aut
in mediis apertus:in extremis occultus. apparet autem sursum extremi-
tas:deorsum inclinari ex defectu virtutis substantiam organi ex parte bra
chii leuare nequeuntis:causa arterie grauitatis in extremitate intra manũ
ex defectione sola est virtutis illic vix peruenientis. Inclinatus similiter
de forti ꝛ veloci ꝛ tardo est intelligendum. Et ille inclinatus pulsus ꝛ cau-
da soricina predicta. Sub ramoso pulsu comprehendi possunt. ℙ Nã ramosi
pulsus possunt esse multe species. Sub eadem etiam specie continetur ser-
rinus:de quo dicetur in sequentibus. Qui autem sub vno digito mouetur
sub tribus est quietus:aut sub duobus primis mouetur:sub aliis quiescit:
aut sub vno fortis:sub altero debilis:sub tertio debilior:sub quarto debilis-
simus ita ꝙ non sentitur. Et hoc est ꝙ pulsus dictus cauda soricina posset
intelligi:quando gradatim debilitando procedit de primo digito ad secun-
dum:de secundo ad tertium:de tertio ad quartum. Sed hic non gradatim
procedit in debilitate per quartum digitũ vt si ab vno moueatur:sub aliis
quiescat:aut sub duobus primis moueatur:sub aliis non:dicendus est ser-
rinus. dicitur autem a serra:quia serre dentibus assimilatur.

De fluctuante pulsu.

Vasa procellosus enormi concutit ictu.
Fluctuat:exundat:fremit:estuat:ꝛ digitales.
Ventriculos sibi compressos lateraliter ambit.
Pars ꝛ sursum:pars ꝛ retro:ꝛ ante mouetur.

(c) 2007 Ministerio de Cultura

Inde probes subitum mentis cordisq; tumultum.
Sanguinis vndantis turbato in corpore motum.

¶ In hoc capitulo agit de procelloso pulsu siue estuoso. Et constantiam quã Philaretus fluctuationem appellat prosequitur: & ostendit quid sit fluctuans pulsus: & quid habeat significare. Estuosus pulsus est cum organi pars auriculari digito superposito superior ante mouetur: sub altero digito inferius: & tardius: pars autem organi dextrorsum & sinistrorsum sentitur moueri: quedam pars late: quedam pars stricte: vt videmus in tempestate maris. Fluctuans igitur pulsus habet fieri ex abundantia aquosi humoris infundentis corpus arterie magis q̄ debeat. vnde spiritus in arteriis generatus aquosum humorem in arteriis existentem mouet magis in vno loco arterie q̄ in alio. & ideo quasi quedam inundationes siue p flatus per pulsum sensui subiacent. & ideo pulsus fluctuans dicitur: talis pulsus solet reperi in quadã specie hydroposis que anasarca dicit: idest equalis resolutio carnium. Significat pulsus iste quandoq; mentis pturbationem: aut iram subitã: aut tristiciam: aut humoris subitam perturbationem.

De spasmoso pulsu.

Spasmosus vacuus tensi quoq; more rigescit.
Funiculi: physicis famulatur: & extenuatis.
Corporis humorem depascit: sorbet inanis.
Plenior occurrit species spasmosa replentur.
Organa: reumaticus neruis infunditur humor.
Lenia motiuo viduantur membra vigore.

¶ Hic exequitur de spasmoso pulsu qui aliter physicus appellatur: & eius significationes exponit tam physici q̄ spasmosi. de repletione prouenientis. Spasmosus itaq; & physicus habet fieri carne consumpta & desiccata p calorem febrilem: vnde non habet arterias: nisi collocetur ad modum corde tense & tenditur. vnde digitis compressa transfertur a dextra & sinistra. vnde videtur spasmosus & ramosus idem esse. sed differũt propter causas differentes: quia in ramoso corpus arterie diffindit: sed ĩ spasmoso neruus tenditur: & multum duriciei sentitur. vnde dicitur spasmosus propter tensionem nerui vel arterie: vel quia spasmum futurum significat. In ramoso autem non fit talis tensio quemadmodũ in spasmoso. Spasmosus itaq; significat desiccationem corporis: & consumptionem humorum: indurationem arteriarum & nimiam desiccationem. Et significat spasmum de inanitione. Est autem quidam spasmosus de repletione humorum: vnde arteria sentitur multum turgida.

De formicante & vermiculoso pulsu.

(c) 2007 Ministerio de Cultura

Sunt gemini pulsus formicans vermiculosus.
Estiuis potius in febribus:z per acutis.
Mortis precones fidi:referantq; sepulcra.
In febre formicans:pulsu vermiculante verendus.
Non redit ad melius.sed vitam morte soporat.
Sepius has species excepto caumate febris.
(Non vrgente necis discrimine.)syncopis infert.

Hic agit auctor commixtim de duabus speciebus inordinati pulsus.s. vermiculoso z formicãte.vermiculosus more estuantis mouet:sed estuans maior est z fortior.vermiculosus minor z debilior:tamen velocior z spissior est:quia huius causa virtus est defecta:z dicitur vermiculosus:qr sentitur sub digitis vt vermium motus.Et formiculosus mouetur sicut vermiculosus.Sed formiculosus minor est z defectior:z spissior. Cum enim eius virtus omnino est ablata z defecta dicitur formiculosus:quia sicut formice sub digito sentiunt:sicut itaq; formica minorem habet motum q̃ vermis.sic z formicans pulsus minor est:z defectum significat:plusq̃ vermiculosus: cum eius motus sit minimus:sicut motus formice minor est motibus aliorum animaliũ:sed pulsus aliquis deficit vsq; in formicationem:z hoc fit ex synthomate acute febris z ex consumptione spirituũ omnino depriuãdus est z vita patiens.Si vero deficiat vsq; in vermiculosum z ibi maneat z nõ progrediatur ad formicantem non moritur omnino.Et nota q̃ ante formiculosum necessario venit vermiculosus.si de formicante fiat regressus in vermiculosum bonum est.sed si de vermiculoso fiat descensus in formiculosum est.Formicans z vermiculosus quandoq; fiunt ex subita dissolutione virtutis sicut propter multam inanitionem sanguinis:vt in fluxu per emorroidas:vel a naribus vel a ventris immoderato fluxu:vel menstruorum in mulieribus.vnde patiens ex tanta virtutis cõsumptione vel dissolutione propter defectum spirituum:z nutrimenti subtractionem syncopare cogitur:z pulsum habet formicantem vel vermiculosum.De tali autem pulsu non est desperandum:qr ex tali causa habet contingere. Videmus quandoq; multos syncopizantes:in quibus nec flatum nec pulsum perpendimus:qui tamen per assumptionem aque frigide z confortatione exaromaticis ad priorem statum regrediuntur.De pulsu ergo ex tali causa mutato non debet desperare medicus:nec morti patientem adiudicare. Galienus nãq; exemplum ponit de quadã muliere habente suffocationem matricis:in qua nullus sentiebatur pulsus cuius ori lane floseulum apposuit subtiliter carpinare vel carminate:z lana aliquantulum commota z calefacta:ex anhelitu eius cognouit eam adhuc viuere:z post operam suam adhibendo:eam ad sanitatem conuertit. Qr si pulsus formicans z vermiculosus fiat in corporibus defectis:z desiccatis ex febribus acutis non propter immutationem nature subitam:tunc desperandum est:z per talem pulsum sententia mortis diffinienda est.

(c) 2007 Ministerio de Cultura

Sequitur de pulsu serrino.

Occurrit:digito species serrina priori.
Debilis:in reliquo fit languida:nulla sequenti.
Hic trahit a serra cognata vocabula pulsus.
Cuius cum primis incisio dentibus acta.
Est grauis:in reliquis grauior:funesta supremis.
Corporis hoc pulsu fatalis serra vigorem.
Amputat:& vitam nubes letalis obumbrat;

¶ Hic agit auctor de pulsu serrino qui diuersis modis intelligi potest. Nam quandoq; sub vno digito mouetur:sub tribus est quietus:aut sub duobus primis mouetur:sub aliis quiescit:aut sub vno fortis:sub alio debilis:sub tertio velox:sub quarto tardus. Serrinus autem notat a serra: quia dentibus serre assimilatur:quando inequalem facit incisionem.& sm hoc clauditur serrinus. Serrinus pulsus sub quibusdam speciebus predictoꝝ pulsuum potest contineri. Fit autem serrinus quãdoq; vt in ꝑ° digito sentiat debilis in ꝛ° quasi deficiens. In tertio omnino nõ sentitur. sm aũt hanc estimationem quedã cauda soricina finitiua erit pulsus serrinus.

Hic auctor musam suam alloquitur vt sigillet opus de pulsibus.

Fige tuo metas operi.sat prata biberunt.
Semina luxuriant.prius arida terra colono.
Plenius arridet pingui letamine gaudens.
Et fructus nobis exponens diuite vena.
Jam sterilem cultum philareti fomeris horret.

¶ Hic finis imponitur tractatulo de cognoscendis vrinis & pulsu pertissimi magistri Egidii cum expositione & commento magistri Gentilis de fulgineo summa cũ diligentia pluribus in locis castigatus a magꝝ Auenãtio de camerino artiũ & medicie ꝓfessore Venetiis iꝑessus ꝑ Benardinũ Venetũ expensis.d. Jeronymi duranti.die.16.mensis februarii.1494.



(c) 2007 Ministerio de Cultura

(c) 2007 Ministerio de Cultura

792

(c) 2007 Ministerio de Cultura

est Doctoris quod

MACARIVS MVTIVS
EQVES CAMERS
DE TRIVM-
PHOCHRI
STI.

(c) 2007 Ministerio de Cultura

794

MACARIVS MVTIVS EQVES CAMERS LECTORI FELICITATEM.

AERET ín prímo límine líbellus meus paruus blæſus uerecundus nec dum cõſiſtit ínfans: uíx pendens á manu gradítur: lucem refugit: & ad ſolem cæcutít tenebrarum alumnus. Nudus eſt rudís ſolutus; nullís placet umbílícís: nõ eſt pumícata frons: formídat líturas: ſed ſpongíam magís: omnía ueretur: críticos præſertím: & μαστιγοφόρους: horret ínuídíæ genuínum: iam ſagum cogítat: & ín globum ſe collígit: & ſaltum medítatur: iam thura tímet et píper: iam non líbellus erít: ſed cucullus: et ſcombros ueſtíet tandem ínuolucro. Quod ſí ronchí prímum non excipíẽt: & ſannæ et ſibíla: ſi blande allícías ut tactum patí díſcat: ſí mẽtum palpes: ſi pendulum crínem concínnes: & à fronte reducas: fortaſſe cupíet depellí: et ab ubere longíus reptabít. Sí oſcula dabís et plauſum: ſalua res: iam garrít morío: iam conſiſtít & gradítur: exílít erro: iam fugít:

(c) 2007 Ministerio de Cultura

ſurgũt plumæ: prominẽt pennæ: iam uolitat: iã nõ cucullus eſt. ſed cuculus: iam oẽs nidos pererrat omnium bibliothecarum iquilinus. Hunc tibi commẽdo ut blandiaris foueas defendas: in manu tua eſt: an perpetuo lateat: an perpetuo uagetur. Vale.

MACARIVS. M. EQVES CAMERS LECTORI FELICITATEM.

IRATVS ſum frequenter nec ſemel doluí non nullos quibus neq; íngenium neq; bonarum artíum ſtudíum & erudítio neq; dícẽdí facultas defuít ludícrís narratiónibus & cõmentís turpíbus etiam plerumq; fabulís ínanem operam ímpendere uoluíſſe: quũ ad poſteritatís cõmodítatem & nomínís ſuí memoríam haud dubía cũ laude multa ſcríbere potuíſſent quæ ad bonos mores excítarẽt: & ad uírtutem capeſſendam comparandãq; gloríam hortarẽtur. Quo ín genere ut Arbítrum Apuleíum Lucíanum uíros non contemnendæ doctrínæ adque facundíæ planè accuſare nõ auſim: íta aſſeuerare cítra íuſtam reprehenſíonem poſſe uídeor huíuſcemodí ſcríptores ſíbi & poſteris cõmodíus conſulere potuíſſe ſí tantum ueram narratíonem aggreſſí híſtoríam aut ſi mínus rerum geſtarum matería dabatur alíquíd ad humanæ uítæ ínſtitutíonem:

(c) 2007 Ministerio de Cultura

2.7.98

& politicæ rei utilitatem ſcribere maluiſſent:
Neq; ignoro: neq; inficior, huiuſmodi ſcripta
(ſi qui ſũt qui ſcrutari uelint: & iteriorem ſen-
ſum indagare) multa in receſſu & altiora &
utiliora q̃ fronte appareant eſſe inuenturos.
Maneo tamen in ſententia: quod tenuem fru-
gem ſparſam & magno & confuſo aceruo ab-
ſtruſam ad iacturam potius q̃ ad lucrum ac-
cedere arbitror: ſi longæ inquiſitionis labor
conſideretur: & temporis ratio quæ non parui
ducenda eſt habeatur: Verum ne hos auidi-
us cuiquam uel pertinacius inſectari uidear li-
berũ iudicium omnibus relinquo: qui uolue-
rint diligentius ueritatem intueri: Abſoluant
ſane ſi libet: & omni laude cumulẽt: iudicium
uero meũ præceps & temerarium exiſtiment:
ego uel ſponte á cauſa cado: dixi quod ſentio:
mihiq; perſuadeo: apud integrum iudicem
nõ facilius illos abſolutum iri q̃ pleroſq; poe-
tas: quos clariſſima ingenia: doctrinã ſingu-
larem: & ſcribendi elegãtiam: meretriciis amo-
ribus & impuriſſimis ſcortorũ lenociniis ma-
culare: & diuinæ poetices dignitatem ſancti-
tatem & gloriam ad libidinem ſuã traducere

(c) 2007 Ministerio de Cultura

ac turpiter fœdare nõ puduit. Díſſimulãt ſcílícet Clodíam Hoſtíam Planíam ímpudícas ꝓcul omní dubío feminas & lícentía íngenío rum nomínibus alíis: Leſbíam Cithíam Delíam luculentís uerſibus íllustrant. Equídem nunquam adducí potuí ut cum íllís ſentírem qui línguæ íntemperantíam cum uítæ probítate cõíũgũt: ſiquídẽ ímpure loquí et bene honeſteq; uíuere lõge díſſentíũt. íllud nímírũ uítíum ẽ: hoc autẽ omnẽ cõplectít honeſtatem Clamítẽt ut uelít & obſtrepãt: Síc ſcrípſít Pedo: ſíc Marſus: ſíc Getulícus: prurít opuſculũ Sulpítíí nec frõtẽ caperat: ſíc feſcenínì: ſíc crotopægnion líbrí placẽt. Quíd ad cauſã? habẽt culpæ auctores quí ĩ eadẽ nauí ſunt nõ tamen uíndícant à culpa: frívola eſt horum defenſío quæ ſecũ pugnat: a qua quũ díſceſſerínt quíd amplíus dícant plane non habent. Hoc ígítur ſubínde ínculcant: laſcíua eſt nobís pagína uíta ꝓba. hícẽ hís clypeus: hũc obíectant hoc ſe tuentur: nõ tamen euadunt: laſcíua etením pagína laſcíuæ uítæ nõ probitatís eſt argumẽtum. Quæ probítas quæſo eorum eſſe poteſt quí uelutí ſanctíones & dogmata quædam te-

(c) 2007 Ministerio de Cultura

neant libidinis? neqꝫ existiment sine ueneris
prurítu et tẽtígine quæ per omnem nequítiam
lumbos scalpat: & flagítioso aliquo mẽdacio
poemata placere: eóqꝫ ímpudentiæ progressi
sunt: ut deorum etiam quibus templa & aras
erexerũt: & cerimoníis díuínoqꝫ cultu passim
uenerati sunt: non sine offensione díuínitatis
quam íllis tríbuerunt furta cædes adulteria &
stupra ímpudentíssimis carmínibus uulga-
rint: Vtrunqꝫ profecto ímpium fuít: & scele-
ratos homines iter deos recípere & apotheo-
sim celebrare: & receptos probrosis cumulare
crímínibus: Neutrum sane tolerarí decuít: ne
humana íngenia ín uitium prona deis aucto-
ribus scelerum ímpunitatem sibí promitterẽt
Verum neqꝫ humani neqꝫ díuíní iuris ratione
habẽtes íllos nõ modo sceleratos sed ímbelles
quoqꝫ & ridículos fuísse non mínus ímpie q̃
ímpudenter palam testatí sunt: legímus nãqꝫ
deorum catenas et uulnera & alía quædam fu-
tílium uatum delíramenta sapientum auríbus
ac lectione penítus índigna: quo fit ut tolera-
bilior fortasse pleríqꝫ exístímetur Zoílus ora
tor quí homerum perínde ac fabularũ scríp-

(c) 2007 Ministerio de Cultura

torem castigat unde homeromastigos appel-
latio nata est: & Plato qui poetas á ciuitate
sua eliminat: ac nominatim in homerum in-
uectus est: illius enim exemplo & auctoritate
leuiora ingenia ad confingendum concitata
ineptissimis erroribus legentium mentes im-
plicuerunt. Vtinam intra illas saltem fabulas
constitissent quæ ad illecebras studiorum citra
omnem turpitudinem nouitate rerum & iu-
cũditate narrationis gratæ ad huc teneræ pue-
rorum ætati ꝓponunt: in quibus sæpenume-
ro honesta ueritas latet: quæ ad uirtutis rudi-
menta cum uoluptate allicíat: uel quæ metu
futuræ pœnæ uel alicuius specie mõstri adque
formidine à uitiis deterreret: quales olim fue-
re larua incubus & gorgon quarum nomina
terroris argumenta præseferunt: neq; flagitio-
sa potius & sacrilega & ipsis prorsus indigna
numinibus excogitassent. Quis etenim patrẽ
hominum adque deorum quem appellant et
dominum rerum posita grauitate tonantis in
faciem tauri uersum mugire per æquor et pre-
cium tergi stuprum portare puellæ æquo a-
nimo ferat? Quis iouis optimi maximi uolã-

(c) 2007 Ministerio de Cultura

tís unguíbus raptum ganymedem ad pocu/
la & ínfanda cœlí facínora ſublímem ferrí &
Martem cum Venere deprehenſa ſpectante
deorum cœtu íacere turpíter nõ abomínetur?
Vtínam íterum adque íterum huíuſmodí fa/
gítía ab hís aut nũquam excogítata aut é me/
dío ſublata fuíſſẽt; haberemus profecto ſanctũ
& ínuíolatum poetæ nomen quale deſíde/
ramus & quondam habuere quí caſtís morí/
bus myſtíca cerímoníarum ſacra & díuínos
hymnos aut heroum & fortíum uírorum ge/
ſta ad ímítandum cum laude cecínerunt; nec
lauream íllam quam cum ímperatorum tríũ/
phís accepere communem fœda proſtítutæ
ueneris proluuíe per meretrícum concubítus
& puerorum ſtupra maculaſſent. Verumta/
men dum praua íngenía lícentíus excurrunt:
paucorum laſciuía uel ínſanía poetice apud
omnes ferè ínfamís írríſa adque exploſa íacet:
& hí malorum dæmonum cíbum carmína íllí
meretrículas muſas ímmerito appellant: quã/
do hæc hominũ quí fuerínt abuſí culpa ſít: nõ
uítíũ facultatís. An quía Arellíus celebrís alíó/
quí romæ pictor ſemper alícuíus amore fe/

(c) 2007 Ministerio de Cultura

mínæ flagrans ínſigní flagítío artem corru/
pít quod dílectarum ímagíne deas pínxít:
omnís píctura fuít ímprobanda: Aut ſí Día/
goras quí á reípſa ἄθεος dícítur: & Theodo
rus philoſophí deorum naturam ſuſtulerunt:
íccírco omnem philoſophíam explodemus:
míníme ſanè: ſed ínſignem íllíus íntemperan/
tíam horum ímpíum errorem adque ígnorãtí/
am acríus taxãdã exíſtímo: íníquũ enim foret
& nulla parte ferendum: & hanc & íllam ad
uítæ dignitatem et cõmodum repertam uní/
us aut alterius culpa exterminare: quãdo nul/
la ſít ars aut facultas ín qua nemo alíquando
peccarít. Par ratío ẽ poetarum: apud quos ta/
mẽ optíma quæqꝫ deligẽda ſunt quæ ſtudíoſe
ímítemur: ſí quíd ímpudícum íntercídít: re/
ſpuẽdum eſt: ſí mala omníno occurrãt: ſtatím
fugíenda: ne conſuetudo obícœnæ lectíonís
íllecebrís uoluptatís & laſcíuæ narratíonís tí/
tíllatío obrepat: & ín uítíum íncautos trahat:
blanda equídem nímís eſt muſarum uís ad u/
trãqꝫ partem: et carmínum modulatío: ſí aures
pateãt: facíle enim quæ uelít íngerít ſecum &
mentem ſermonís ſuauítate occupat: & aní/

(c) 2007 Ministerio de Cultura

mum ínuítum quoq; quo uelít iclínat: ut me/
rito flexanímam díxeris. ¶Sed quoniam la/
ſciuíentíbus etíam íngeníis nō nulla cum lau/
de ínterím ſcríbuntur quæ míníme ſunt negli/
genda: ubí ínuenías: aurum (ut aíunt) é ſor/
díbus eruēdum & per ſpínarum denſitatem
roſa cautius decerpēda: nec magní laboris eſt
neminem fallunt: emínent nāq; & uelutí lu/
mína quædam é tenebrís clarius lucēt: & íp̄a
raritate cōmendantur Splendeſcunt poſt Eu/
nū líguritorem & Zoílum ſemíuírū paſcha/
les uerſus Auſonii: & poſt centonem pía uota
matutínæ precatíonís. V tínam nobíliſſimum
íngenium & perpetuum ſtílum ad hæc tantū
cōuertíſſet. ſed neſcío quo prauo errore & ím/
pío non mínus q̄ peruerſo íudícío uſu ue/
nit ut quæ pie ac rellígioſe ſcríbantur mínus
dígnitatís & elegantíæ pleríſq; habere uíde/
ātur. Atqui apud græcos orpheus & home/
rus gentílium deorum laudes eleganter ſcríp/
ſere. Apud romanos faſtorum líbrí quí feſtos
díes & ſacra cōtínēt: elegātíſſimí habítí ſunt:
Apud hebreos (ut híeronymí uerbís utar).
Quíd pſalterio canorius? quod ín morem no/

(c) 2007 Ministerio de Cultura

ſtrí flacci & græci píndari nũc íambo currit: nũc alcaíco ſonat: nũc ſapphíco tumet: nũc ſemípede íngreditur. Quíd deuteronomíi & Eſaíæ cãtico pulchríus? Quíd Solomone graúius? Quíd perfectíus Iob? quæ omnia hexamétris & pẽtametris uerſíbus (ut Ioſephus & Orígenes ſcríbũt) apud ſuos cõpoſíta decurrũt. Pudeat modo chriſtianos quíbus nec natura nec eruditío defuít: pauca habere huíuſmodí quæ aures uel mediocríter erudítas non offendant: & ã ſacrario religionís noſtræ muſas tãdiu procul exulare. Scrípſit olím Iuuencus Sedulíus Arator Prudentíus & Fortunatus: ſcrípſere & alíi quædam cum laude: & religionís cõmendatione: ſed obſoleuít íd genus camœnarũ íampridem: & ín tenebrís íacet: nemo feré exercet: nemo excítat: ecce florent noſtra tempeſtate íngenia: uígẽt ſtudía: quotuſquíſq; tamẽ eſt qui ad ílluſtrandas ſacras líteras ſtílum accõmodet? & ea ín re uelít exercerí quæ ad uerã frugem & ímortalítatem cũ gloría perducat? uíx unus aut alter ínuenítur quí eo ſtudío teneatur. maluntq; uel futíles æglogas plerícq; ſcríbere & paſtoralíbus nugís ob-

(c) 2007 Ministerio de Cultura

ſtrepere uel epigrammáton ſcõmata íacularí: uel ad gratíã cõponí: rídere: adulari: uel alíorum amores & propríam plerumq; ínſaníam uerſíbus teſtarí: q̃ ſacram alíquã híſtoríam canere: & ueram cæleſtíum rerum díſcíplínam ílluſtrare. Vtínam míhí íngenium foret & doctrína par deſíderio: quãdoquídem omne ocíum quod undíq; míhí daretur ín eo ſcríbendí genere líbentiſſime conſumerem: cuíus quídẽ reí amplíſſímum teſtímonium uíderí poterít q̃ ſucciſíuís & occupatís etíã tẽporíbus quãtum permíſerunt res meæ domeſtícæ & prín cípum negocia: quíbus multos annos nõ mínus aſſídue & díligenter q̃ fídelíter ſeruíuí: mínímam quãq; ſcríbendí occaſionem obſerua uí: íd quod epíſtolís quæ opuſculís meís præponentur: facíle declarabo. Et ſí carmína ípſa nímíum quoq; teſtentur non ex ocío & uacuo anímo (ut oportebat) eſſe cõpoſíta. ín quíbus níhil me torquet magís q̃ líma: cuí nullũ tempus congruum ínuenío. Premuntur ítaq; rudía apud me: quum neq; elímandí & excolendí commodítas ulla ſít: neq; ínculta auſím dímíttere, Excídít tamen íamprídem ín laudem

(c) 2007 Ministerio de Cultura

uírgíni s Maríæ Parthenodía elego ſtílo ædí-
ta: & hecatonſtíchon Heroíco. attamen ad fe
rulam redíbunt. Exíbit Níhílomínus prope-
díem Políuchus; ſic carmẽ ínſcríbítur quo dí-
uum Venantium camertem cuíus ſub numí-
ne & tutela íucundíſſima ac gratíſſima patría
mea eſt; celebraui. Feſtínat ex eadem officína
ἐγκώμιον Díuí Sebaſtíani: & Sícelis quæ
díuam Lucíam uírgínem ſiracuſanam elegís
complexa eſt. & breuis quædam cõqueſtío de
chriſto crucífixo: quæ omnía ı unum corpus
coaleſcẽt & tempeſtíue ín publícum egredíẽ-
tur. Nũc uero triũphus chriſtí ſeparatím pro-
perat ín lucem: partum flagítantíbus amícís
abortíuum dabo: Vrget etením me hínc mul
torũ flagítatío; hínc occupatío quæ maturare
non ſínít; malo tamen acerbum fœtum enítí q̃
nullum. Explorabít ígítur uadum: ſí fídum
ínueníet: ut neque fluctíbus ínuídíæ obruí:
neque obtrectatíonum ſcopulís allídí contín-
gat; ducet ín medíũ ſocíos líbellos: ín quíbus
mírarí oportet neminem ſíquíd deſíderetur.
Quíd ením ab homíne occupatíſſimo & qui
ſtudía lítterarum ıampridẽ poſthabuerít am-

(c) 2007 Ministerio de Cultura

plius expectant: quí omnia ad trutínam reuocant: dedí quod potuí: gratíam habeant sí uelínt: sí mínus æquo animo feram díssimulantíum íngratitudínem. sí musæ meæ non offendét: satís habeo: placere multís mínímæ curæ est: dísplícere non gratũ. Quod sí errorẽ exístímabunt & culpam non potuísse ad unguem omnía præstare: Dent ueníam quæso & ualeant: Non laudabũt:: níhíl ínuítí conferant: níl postulo: níl extorqueo. laudabũt alíí quos píí saltem anímí & relígíosæ mentís studíum delectabít. Vale.

(c) 2007 Ministerio de Cultura

MACARIVS MVTIVS EQVES CAMERS DE TRIVMPHO CHRISTI.

Nfernos adítus & fracti clauſtra
í profundi
Aetheria pulſata manu: ſpoliataq; cæcí
Antra ducís canímus: chriſtí pia muſa triũphũ
Incípe: ſíderei dícam ſpectacula regní.
Chriſtus ut ímmenſa deſcendít luce ſubũbras
Horrentes mortíſq; domos & regna ſilẽtum:
Inuaſitq; erebo clauſos trepídante receſſus:
Horruít ímmanis perculſí ianítor orcí:
Impulſæq; procul díſiecto cardíne dítis
Procubuere fores: timuít pallentis auerní
Regía: nigrarumq; cohors turbata ſororum
Occuluít pauídis horrentía monſtra ceraſtís
Aduentante deo: tremuerunt ſceptra recluſæ
Noctís & attonití dextra cecidere tyranní
Protínus: adque ímas barathrí petíere latebras.
Confuſumq; chaos: ſecretaq; tartara manes.
Ille ſereenata per aperta ſílentía fronte
Ingreſſus: pígram nubem noctemq; fugabat
Ante oculos furuí pulſa calígíne mundí.

(c) 2007 Ministerio de Cultura

Sternebant ſeſe paſſímq; æquata íacebant
Obuía: tum nouíes ſtygíís circũflua campís
Ceſſít nígra palus regí: lachrymaſq; remíſit
Et tríſtes cocytus aquas: curſumq; negauít.
Vt ſtetít ín medío cœtu caſtoq; píorum
Concílío: ínferna quos olím ſede repoſtos
Expectata ſalus ſperando læta fouebat:
Ora díu patríbus ſanctís optata reſoluít
Talíbus: & lentís uacuauít pectora curís.
Concío Affulſít promíſſa díes: delapſus ab alto
chríſtí Sum deus: humana tãdẽ ſub ímagíne corpus
Mortaleſq; uíces ſubíí: nam frígora & æſtus
(Vt ſors dura dabat) coníuncto numíne ſenſí
Factus homo: ſæuãq; tulí p uulnera mortem
Vítæ auctor: dígítís etíam explorare lícebít
Ingentem lateris plagam: manibuſq; refíxos
Et pedíbus clauos foſſis: dum corpus operto
Accípíam rurſus tumulo: prímuſq; reſurgam
Im patíens íterum letí: redímenda redempta
Mo rte mea uíta eſt hominũ: ſic myſtíca ſolui
Dícta patres: uarías olím complexa fíguras
Nexíbus ambíguís: quæ cõſũmanda ſupſunt
Protínus abſoluã: nũc ueſtra ergaſtula ſunto
Líbera: damnatís calcata ſuperbía críſtís

(c) 2007 Ministerio de Cultura

Submíſſa ceruíce gemat: rebuſq; ſecundís vii. uitía
Inuídía ínfelíx alíorum ſorte benígna capítalía
Præcípue ueſtra doleat: rabieq; cruentas
Ira premat fauces: ígnaua per ocía uítam
Torpor íners damnet, nímiũq; ísana cupído:
Congeſtíq; fames aurí: turpíſq; uoluptas
Infandæ uenerís: uentrís quoq; laxa uorago:
Aeternum cæcís tenebrarum línquítur antrís.
Vos alacres mecũ ſupera ad cõuexa triũphũ
Ducíte felíces anímæ: ſuper alta reducam
Sídera ſtellíferoſq; axes: ubí regna beatos
Nullo fíne manẽt: patrís dabo cernere uultus
Quos refero: æthería conceſſa ín luce quíete.
Hæc ínter lætas anímas ímmenſa pererrant
Gaudía: lætítíam radíantís gratía frontís
Spargebat: ſtygíís díuorum gloría regnís
Spectatur p̃ſente deo: gaudentq; tueri
Adque ſílent: auídos tardat reuerentía plauſus
Orantís: poſtq̃ díuína ſilentia fandí
Conceſſere uíces: grato pía murmure turba
Cœpít: & ínnumerís audíta eſt uocíbus una.
Veníſtí o ſuperum celſa regnator abarce Reſpon/
In tenebras: noſtrumq; chaos uíſurus adíſtí ſio
Squalentes ſine luce domos: & nígra pfundí.

(c) 2007 Ministerio de Cultura

Regna ſolí; merſis erebí ſub carcere tandem
Expectatus ades; nec ſpes fruſtratur: ouantís
Ora ducís ſpectare lícet; tu uíctor auerni
Humaniq; ſalus generís. tu noſtra relaxas
Víncula; & obſcura dãnatas nocte latebras.
Te duce tænareís fugímus loca tetra cauernís
Horrẽdaſq; ũbras; abſtruſaq; línqmus antra.
O píetas; unde hoc potuít mortale mereri
Aut ſperare genus? regem deſcẽdere ab aſtrís?
Induat ut ſeruí formam; pœnaſq; nocentum
Ipſe luat; uitamq; reís ut ſponte rependat
Morte ſua; quíd ením ſolío traxíſſet ab alto?
Immortalís eras; mortalía fata ſubíre
Suaſit amor; flexít píetas; clementía culpam
Díluít; ut ſuperas tecum redeamus ín oras.
Duc age (te ſequímur; tíbí fas; te gloría ſolum
Tanta manet) íuſtũ ſuperata morte tríũphũ.
Talíbus íntentís croceo títhonía peplo
Aurea ſurgebat; roſeí lux tertía mundí
Lutea puniceís ſparſít confínia flammís
Extemplo ſublímís abít; círcaq; frequentes
Obſeſſam tenebrís ſedem noctẽq; relínquunt
Inſígnes animæ; proceres uulguſq; beatum
Et notas repetunt auras; terraſq; reuíſunt.

(c) 2007 Ministerio de Cultura

Hic poſtq̃ manifeſta fides dubitantia ſoluit
Corda metu: charæq; ſimul genitricis amorẽ
Impleuit: monuitq; ſuos: mũdoq; reſurgens
Certa triumphato patefecit numina leto:
Ad patrẽ ſuperũq; choros remeauit in aſtra.
Gratior haud unq̃ cœlo: nec lætior alto
Vlla dies orta eſt: tanta nec luce ſereni
Arriſere poli: nitido nec purior orbe
Flammiferos titan radianti gurgite currus
Extulit: & claro ſpectauit ab æthere terras.
Quo rapit inualidas præceps audacia uires
Quo ſummi ſecreta dei ſpectacula cantu
Ordiar? & diuum cœleſtes ordine pompas
Exequar? aut tãtos capiã qua mente paratus?
Tu quæcũq; uoles alti monumenta triũphi
Qui nigris remeans duxiſti uictor ab umbris
Pande mihi: q̃tũ ipſe dabis mihi dicere fas eſt.
Scandebat niuea ſuſpenſus nube ſerenum
Aera libratis cœli per inania plantis
Chriſtus: & ætherii repetens faſtigia regni
Sidereum relegebat iter: dextraq; ſalutis
Signa ferens ſanctas ducebat in ardua turmas
Expectante polo: fulgebant uertice ſacro
Regis adorati uultus: unde omnia circum

(c) 2007 Ministerio de Cultura

Splendebant radíís: oculos quocunq; ferebat
Spectatus grata rídebat lampade mundus.
Catalog. Poné ſequebantur comites examíne longo
Adam Sublímes animæ: prímo commíſſa parentí
Prima phalãx: príſcũq; genus: cuí clara ꝓpago
Abel Hærebat paſtor prímus quí munera grato
Sacra deo: prímos lætís a matribus agnos
Obtulít: & prímus crudelía uulnera ſenſit
Germaníq; manus uíolentaq; funera cædís
Seth Inuídía ſuadente nefas. prope frater ademít
Quí luctum: mortíſq; tulít ſolatía mœſto
Fílíi ſeth Patre ſatus: proleſq; æuo documenta ſequentí
Q uæ ſcrípſít geminís cœlũ ſcrutata colũnís.
Et gens príſca ſimul ſeptẽ quæ ín ſæcula uíxít
Caſta deí ſoboles ſuperís íntenta nec ullas
Illa hominũ cupíít natas auram ue ſecuta eſt.
Hínc quí díluuío terrís undante capací
Noe Puppe nouos circũ fluctus deſpexít & æquor
Inſolítum: uíduo ſeruans anímalía mundo.
Abraã Et pater & ſtructa ſedít quí fílíus ara
Iſaac Mactãdus gladíũ ſpectans dextrãq; parentís
Iuſſa parat dum ſacra ſenex: patríãq; nefando
Loth Crímine damnatã: díuínaq; ſulfura & ígnes
Ardenteſq; uídere domos pollutaq; tecta

(c) 2007 Ministerio de Cultura

Q uí ſpreuít: retro flexít quæ lumína coníunx
In ſtatuam mutata ſalís: tum uíctus amore
Inuícto íuuenís bís ſeptem quí tulít annos Iacob
Seruítiũ: prímas flãmas pactoſq; hymenæos
Suſpírans: íuxta natus cuí læta íacentí Ioſeph
Víſa íubar placído ſummíttere ſídera ſomno:
Fraternoſq; ſuo ſtratos ſub mergíte culmos
Vídít adorantes: magní preſagía fatí.
Et fratrũ fœcũda cohors: numeroſaq; pubes:
Et clarus patruí ſanguís: cuí fuſa per orbem
Immenſum latís reſonat patientía terrís. Iob
Lecta manus patrũ: quos ínter maxímus altí
Præcípuo ſplendore mícans dux agmínís íbat
Accepít rutílo fumantís uertíce montís Moſes
Aeterní quí íuſſa deí: magnuſq; ſacerdos
Inſcríptas humero gẽmas: tunicãq; íacyntho Aaron
Intextam roſeo: quã círcum mala rubebant
Punícа quí primus radíantíbus índuit orís
Conſpícuo fulgens oſtro byſſoq; decorus
Dum lítat & flauo límbus círcũſonat auro.
Monſtratíq; hæres ſacrí cultuſq; paterní: Heleazar.
Et uolucres phœbí potuít quí ſíſtere currus Ioſue
Produxítq; díem uíctor. quíq; ora gígantís
Accínctus funda fregit; cytharaq; canoros Dauíd

(c) 2007 Ministerio de Cultura

Arguta cecínit modulato carmíne pſalmos.
Et quí díuíſas ſicco pede tranſíit undas
Helíſeus Fluminís: hoſpítio gratus dum p̃mía natum
Dat ſterílí: & functū uíta dum ſuſcítat orbæ.
Quēq; utero exceptū cetus uectare pundas
Ionas Aequoreas ualuít tutumq; exponere terrís.
Adque oculís captus tenebrís quē ſparſit hírūdo
Tobías Nec prius aſpexít luſtrarí lampade cœlum
Oblíta q̃ natus ſeruato lumína píſcís
Felle ducís monítu abſterſít: tū flebile threnos
Híerem. Quí ſcripſit q̃rulos numeris: quíq; ora leonū
Daníel Sæua lacu medío ſecurus mulſít & ungues:
Abacuc Et quí mulcentí portauít prandía raptus
Vertíce per uacuū: ſimul & fornace pfunda
Tres pu. Impía quí tumídí ríſere íncendía regís.
Eſdras Quíq; memor leges chaldæís ignibus uſtas
Reddídít: & ſeptem fortíſſíma pectora fratres
Maca- Quí língua & manibus ſcelerato uulnere cæſís
bei Subiectas paſſí flammas ſartagíne clauſi.
Mílle alíís clarí geſtís: acíeſq; ſubíbant
Quæq; ſuū comítata ducē: mílle agmína paſſím
Cernere erat uarioſq; globos: quos altus honore
Pater Præſtabat: regum natam quí ſanguíne príſco
uírgínís Regínam cœlo genuít matremq; tonantí:

(c) 2007 Ministerio de Cultura

Et modo iordanís dominũ qui lauerat undís Io.bap.
Quíq; crucẽ meríto paſſus dextraq; pepẽdít: Latro
Tantũ extrema fides ſummíq; modeſtía uoti
Præſtítít: aſſertís ſurgebat ín æthera díuís:
Ordíne quíſq; ſuo: quos íngẽs turba uolucrũ
Infantum dulces animæ nunc ore decoro Innocẽ/
Et ríſu ambíbant: nnnc oblectamíne uocum tes
Certantes blandís ímplebant cantíbus aures.
Hí ſunt quos ueneris nõ attígít ulla uoluptas:
Nec macula ífecít teneros: nã uulnere acerbo
Inſontes prímo líquerunt límíne uítam.
Tũc hílarís cœlũ ſcãdẽs manus aſtra ſubíbat
Candída ſupmí decus & pars magna tríũphí.
Nec pía femíneo ceſſabat gloría ſexu:
Príma parens alías acíes: ac ſigna regebat Eua
Adque alíos amíſſa choros ín regna uocabat
Morte recepta ducis: matrũ ſpectabílís ordo
Hanc natæ caſtæq; nurus nepteſq; ſecutæ.
Quæq; díu ſterílís fœcundam ſponte marítí
Cõnubío famulam íunxít: ſoboleq; benígno Sara
Illíus amplexu fouít: ſua gaudía partus
Attulít: & nato arríſít deſpecta ſenectus.
Et quæ ſopíti lectum ſubíere parentís Fílíæ
Et fratres peperere ſibí; ne ſtírpe carerent. Loth

(c) 2007 Ministerio de Cultura

Híc amor ín uenerẽ duxít nõ fœda uoluptas
Humanum reparare genus ſolumq; putantes
Orbe patrem toto mundí ſupereſſe fauíllis.
Rebeca Tum mater geminí ſenſít quæ p̃lía fœtus
Dum ꝓperat; naſcíq; príor dũ pugnat uterq;:
Híc mãíbus retrahítq; pedes; híc calce repellít.
Lía Et quæ coníugíum furtím thalamoſq; ſororís
Rachel Prerípuít; ſeptẽq; alíos deduxít ín annos.
Vtraq; chara deo; communís ferre maríti
Alternas contenta uíces tantũ æmula partus.
Delbora Q ueq; ſub ũbroſo reſpondít tegmíne palmæ
Et ſolymos octo rexít iuſtíſſima luſtrís
Conſilío; & longam peperít poſt bella quíetẽ.
Suſan/ Et quæ íudícium ſaluo íntemerata pudore
na Pertulit; & falſo conuícít crímíne teſtes.
Iudíth Aſſyríís & quæ uoluít ſe credere caſtrís
Aeternum medítata decus; cæſíq; cruore
Aſperſit uíduas animoſo uulnere palmas
Hoſtís; & obſeſſæ uíctrix caput íntulít urbí.
Heſter Huíc regína comes patruũ formoſa gementẽ
Et populum tutata ſuum; ſíne nomíne círcum
Turba frequẽs læta díuas complexa corona.
At geminæ claras ínter duo lumína matres
Tendebant greſſus líquída regíone uolucres

(c) 2007 Ministerio de Cultura

Altera quæ dominam cœli terræq; potentem — Anna
Aedíderat: felíx fero tamen altera fœtu — ñr uirg.
Quí regís p̃cursor íter monstrauít: & íllo — Elísa-
Femíneo maíor partu non attígit auras. — beth
Innumeræq; alíæ castís quæ mílíbus íbant
Admíxtæ: & uarío concordes ore canebant:
Q uís turbam uaríosq; duces populíq; beatí
Sígna canat: densaq; acíes: qs ue ínclíta dícet
Nomína sidereí scãdentís summa triumphi:
Scíndebant puras auras: puroq; uolabant
Orbe uírí: matresq; símul castæq; puellæ
Annosíq; senes pueríq; & læta íuuentus
Precípue uates experti uera fidemq;
Dictorum pulchro subeũtes agmíne pompæ — Prophe
Sacra manus dílecta deo quæ numíne uero — tæ
Afflata: & sancti stímulís agítata caloris
Euentus rerum cœlíq; arcana reclusit.
V na omnes dulcí mulcentes sídera cantu
Aetherías arces promíssaq; regna petebant.
Interea læto díuorum ianua cœlo
Ardua laxabat supremí tecta parentís
Cœlícolũq; domos placídas claroscq; penates.
Aurea perpetuís superum laquearía flammis
Ardebant sacríq; tholí sedesq; tonantís

(c) 2007 Ministerio de Cultura

Stellatæq; fores accenſa per atria lucem
Spargebant nitidís ígnem míſcentíbus aſtrís.
Regia ſublímí pompa luxuq; beato
Obuía prodíbat: cæliq; exercítus omnís.
Summa poteſtates ducebant agmína: & altæ
Vírtutes celſiq; throní: tum claſſica ſancto
Ore procul clangore pío pía ſígna canebant
Víctorís uexílla deí lectaſq; cohortes
In ſuperum cœtus longo teſtantía cantu.
At círcum propíore ſono recínente cítatís
Ad cítharam leuíbus dígítís plectroq; uolantí
Innumera certante lyra díſcrímína mílle
Míllefídes íctís uarío modulamíne chordís
Et totídem ſurgens ad ſacras barbítus odas
Aedebat: duplíceſq; manus agítantía naula
Cymbalaq; et pulſís reſonabat bracthea palmís
Tínnítus tremula críſpãs ad carmína dextra.
Nec mínus oblíquas íungebat conſona uoces
Pluríma compactís reſpondens tíbía cannís
Et ſíſtra & grato crepítantía tympana bombo
Sãbucæ: & molles numerí quos tẽperat unda
Hydraulís: cæleſte melos referente monaulo:
Díuínos íunxere modos rhythmoſq; ſonãtes
Acta deí: tales modulans ſymphónía cantus

(c) 2007 Ministerio de Cultura

Læta triumphãtes reuocabat in ethera díuos.
Vt ualuas tetígere polí: exultantía clauſtra
Intrantem ſenſere ducem: mícuere benígnis
Igníbus & dulcí tonítrus crepuere ſereno.
Accepít lux alma pios: fouítq; beatí
Aura locí: íncedunt pariter: ſpecíẽq; tuentur
Aeterní ſummíq; boní: domus alta nítebat
Díuíno fulgore: acíes dum templa ſubírent
Celſa polí: mediaſq; uías ſuper aſtra tenerent.
Ventum erat ad cœlí ſolíum: mũdíq; tríbunal
Quo ſumma æterní fulgebant ora parentís.
Tum uero audítæ uoces: & carmína ſacrís
Dícta chorís: laudes & fortía geſta triumphí
Tollebat gauíſa manus: grateſq; canebat
Ante pedes affuſa ducís: uultuq; ſereno
Intentos oculos menteſq; æterna uoluptas
Paſcebat: geminata pío tum gaudía plauſu
Lætítíaq; ſuís explebant pectora uotís.
Ipſe tríumphator magno cum patre ſedebat
Sublímís: dextram ſedem ſceptrumq; tenebat
Maieſtate parí: unde æqua dícíone gubernat
Omnía: ſola eademq; tríbus ſociata poteſtas.
Quæ facies: quæ ue ora deí: qs cultus olympo
Quo ue pater natũ uultu amplexuq; recepít

(c) 2007 Ministerio de Cultura

Dícere mortalí uetítum: neç ſcíre uolentí
Plura datur ſuperantq; meas cæleſtía uíres.
Sed cũ ſumma díes aderít: cũ noſtra redíbunt
Corpa poſt obítus: ubí flãma uíndíce mũdus
Arſerít: ætherios uultus habítuſq; lícebít
Cernere: quum denſa íudex ín ualle ſedebít
Aeternus íuſta decernens ultíma lance.
O utínam dextra líceat ſedíſſe tonantís
Electos ínter cuneos: ædeſq; beatas
Scãdere: & extremo ſaltem remeare tríũpho.

FINIS

Impreſſit Venetíis preſbyter Francíſcus Lucenſís Cantor eccleſíæ. S. Marcí. Et Antonius Franciſcí Venetus lítteraꝝ artífex Regnãte Sereníſſimo Príncípe: & .D.D. Auguſtíno Barbadíco deí gr̃a. Inclíto duce Venetíaꝝ. Anno ſalutís dn̄í .M.cccc.xcíx. díe xxíx. menſís martíí feliciter.

(c) 2007 Ministerio de Cultura

822.

MACARIVS.M.EQVES CAMERS LECTORI FELICITATEM.

Erlegíſti facíle(ní fallor)líbellum me/
p um:ín quo ſi elegantía & uaríetas quã
deſideraſti:lectionís faſtídium nõ ſu/
ſtulít:leuauít breuítas.æquũ te præbeas oro:
ſi epíſtolis meís ſcríptorum quorũdam laſcí/
uíam negligentíam leuítatem non probo: nõ
crímen eſt:ſed deſiderium:utílem enim & ho/
neſtam operam quam præſtare poterãt expe/
tuí. Abſit praua ínterpretatío:ut ín nomẽ cu/
íuſq̃ íuectum exíſtímes eorum præſertím qui
uíuunt. Porro ſi errata ínuenerís:non ínuenies
pertínacẽ.admoneas quæſo: Non ægre feram
díſcere: & emendare: & ímprímís chríſtíanæ
cedere ueritatí. Vale.

(c) 2007 Ministerio de Cultura

(c) 2007 Ministerio de Cultura

(c) 2007 Ministerio de Cultura

(c) 2007 Ministerio de Cultura

(c) 2007 Ministerio de Cultura

Est Joannis anfy
Gual

(c) 2007 Ministerio de Cultura

(c) 2007 Ministerio de Cultura

(c) 2007 Ministerio de Cultura

(c) 2007 Ministerio de Cultura

INC.
284